Nyss. qua hunc vindicat contra eos, qui ipsum in- simulabant, quod fallacem quamdam immutationem status animarum in suis scriptis memorasset. Accedit series varietatum epistolarum Gregorii, a Zaccagnio editarum, quas ex collatione cod. Vatic. et Medicei observare licet, interposito interdum de iis iudicio. Plura leges de hæc edit. in nov. actis erud. Lips. m. Jun. a. 1759. part. II, pag. 557, sqq. Anipadvertit tamen Bandin. l. c. pag. 557 postre- mas epp. in ed. Caraccioli minus fide ex cod. Medic. fuisse descriptas, et a futuro opp. Nyss. editore novam illius cod. collationem esse instituendam. — Paris. in bibl. Publ. sunt Nyss. pauca jam editæ epistolæ in XIII codd., in plurimis tamen codd. solummodo est epistola canon. ad Letoium. HARL.

B *Epistolæ Nysseni ad Amphilochem*, qua queritur ab Helladio non invitatum se, ut in ecclesia ejus verba sacra faceret, meminit Baronius. [Diversa igitur erit ab *Epist. ad Amphilochem*, quæ septima est in ed. Caraccioli. II.]

VI. In Catalogo bibl. Barberinæ p. 494 memoratur Greg. Nyssenus *De transsubstantiatione*. Nimirum Parisiis a. 1560, fol. post Liturgias Jacobi, Basilii et Chrysostomi inter varia veterum Patrum scripta de S. Cœna p. 125-125, Græce exstat sub Nysseni nomine, "Ὅτι ἀγιαζόμενος ἄρτος εἰς σῶμα τοῦ Θεοῦ Λόγου μεταποιεῖται, καὶ ὅτι ἐπάναγκες τῆ ἀνθρωπείᾳ φύσει αὐτοῦ μεταλαμβάνειν. Quod sanctificatus panis in corpus Dei Verbi transmutatur, quodque necesse sit humanæ naturæ eo participare. Eadem Liturgica Latine edita a Claudio de Sainctes, Antwerp. 1562, 8, ubi Nysseni idem apospasmation pag. 74 Latine legitur. Est autem petitum ex magno illius Catechetico cap. 37, atque expenditur copiose ab Edmundo Albertino, in opere *De Sacramento Eucharistiæ* p. 485 seq. De catechetico illo libro dictum supra nr. 53.

Symbolum fidei Christianæ, quod Gregorii Thaumaturgi est, adducitur a Nysseno in *Vita Gregorii Thaumaturgi*, in quibusdam codicibus mss. ut Græco Cæsareo theologico XLXII legitur sub Nysseni nomine.

In codice altero bibl. Seguerianæ sive Coislini- anæ *Vita Gregorii Thaumaturgi* non, ut in altero, desinit in hæc verba, ψευδὲς οὐράμενοι τοῖς γεγραμμένοις οὐ προστεθειμένοι, neque, ut in editis, statim subjungit conclusionem, in homiliis et vitis sanctorum solitam: sed ejus loco habet hæc, quæ ex Montfauconi Catalogo bibl. Coisliniæ p. 180 hic ascribere juvat:

Postquam igitur precatus esset pro iis qui jam crediderant, ut usque ad finem in melius profice-

juncta est cum superiore; in cod. Laur. scripta est *ad Strategium*, incipitque: Ὅσον τι ποιοῦσιν οἱ τῆ σφίρα, etc. In illo igitur cod. sunt XIV epp. quas Zaccagnius ex cod. Vatic. primus evulgaverat. HARL.

rent, et in fidelibus, ut converterentur : sic ex humana vita ad Deum transfertur, cum domesticis suis praecepisset, ut ne ipsi locum proprium ad sepulturam emerent : nam quia dum viveret nunquam voluerit loci enjuspium dominus vocari, sed ut peregrinus et advena in aliis locis vitam degerit, neque post mortem pudebit peregrinum agere. Sed post hanc vitam, inquit, hoc in ore hominum versetur, nempe Gregorium, dum in vivis esset, nulli loco nomen indidisse suum, et post mortem apud alienos quasi advenam fuisse, quia se a toto orbe terrarum alienum fecerat, ita ut ne in loco quidem sibi proprio sepeliri voluerit : solam quippe sibi possessionem honorabilem esse eam, quae avaritiae nullum admittit vestigium, in Christo Jesu Domino nostro : cui gloria cum Patre et Spiritu, nunc et in secula saeculorum. Amen.

Gregorius Nyssenus *De homine, anima, elementis, viribus animae*, Latine Joan. Conone, Norimbergensi, interprete, editus per Beatum Rhenanum Argentor. apud Schurer. 1512, fol. Paris. 1515, fol. Basil. 1521, 4, [1512, in Panzeri A. t. VI, p. 190]. Hi sunt libri viii philosophiae De natura humana, qui sub Nysseni nomine exstant in antiquis editionibus Latinis, ut Basileensi 1562, fol. Nihil autem aliud his continetur, quam liber Nemesii *De homine*, in octo libellos distractus, ut jam notui VIII volumine lib. v [cap. 10, § 6, pag. 448 sqq. Add. Mansium ad Fabric. *Bibl. Lat. med. et inf. ct.* tom. I, p. 593 sq. HARL.].

VII. *Scripta deperdita.*

In *Proverbia* scripsisse se, videtur innuere Nyssenus homil. I in *Ecclesiast.*, licet locus non ita evidenter hoc evincat. Confer Tillemontium tom. IX, p. 742.

In *Epist. ad Philippenses*. Cyrillus Alex., ad *Evoptium*.

Ad *Theodosium, episc.*, *Quomodo Cornelius Spiritum sanctum ante baptismum acceperit*. Meminit Nyssenus ipse in fine scripti *De engastrimytho* ad eundem Theodosium.

Damascenus in *Parallelis* p. 775 citat Nyssenum in illud : *Hic est Filius meus dilectus.*

Euthymius in *Panoplia* affert nonnulla ex τῆς λεγομένης εἶναι τοῦ Νύσσης, καὶ καλούμενης Θεολογίας.

Idem ex Nysseno ad *Ablabium* quaedam recitat, quae non leguntur in scripto *Ad Ablabium*, de quo supra, nr. 50.

VIII. *Editiones operum Nysseni.*

Latinæ. — Coloniae, 1557, fol., ejus editionis notitiam petere licet ex *Bibliotheca* Gesneri.

Basil. 1562, fol., pleraque Laurentio Sifano interprete. Hanc editionem recenset Bellarminus de S. E.

Basil. 1571, fol., Paris. 1575, fol., quae editio recensetur a Possevino in *Apparatu* S. Paris. 1605, fol., curante Frontone Duceo, quae et plenior et accuratior caeteris est editio.

Carolus Bovium Nysseni opera vertisse legas in tomo IX *Italiae* S. Ferdinandi Ughelli p. 60,

οὕτως τοῦ ἀνθρώπινου βίου πρὸς τὸν Θεὸν μετατίσεται, ἐπισκέψας τοῖς ἐπιτηδείοις μὴ κτήσασθαι· αὐτῷ τόπον πρὸς ταφὴν ἰδιάζοντα. Εἰ γὰρ ζῶν Κόριος κληθῆναι τόπου τινὸς οὐ καταδέξασται, ἀλλὰ παροικῶν ἐν ἀλλοτρίοις τὸν βίον διήγαγεν, οὐδὲ μετὰ θάνατον τῇ παροικίᾳ πάντως ἐπαισχυνοθήσεται, ἀλλ' ἔστω, φησὶν, τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ διήγημα, ὅτι Γρηγόριος οὕτε ζῶν ἐπωνομάσθη τόπῳ τινί, καὶ μετὰ θάνατον ἀλλοτρίῳ ἐγένετο πάσης τῆς γῆς ἑαυτὸν ἀποστήσας, ὡς μὴ ἐνταφῆναι ἰδίῳ καταδέξασθαι τόπῳ. Μόνον γὰρ αὐτῷ κτήσιν τιμίαν ἐκείνην, ἣ πλεονεξίας ἐφ' ἑαυτὴν ἔχουσα οὐ δέχεται, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

nunc et in secula saeculorum. Amen.

sed illa interpretatio, quod sciam, lucem non aspexit.

Græco-Latinæ. — Paris. 1615, 2 volumina, fol., curante Frontone Duceo, ex officina Nivelliana.

Appendix ibid. 1618, fol., ex suppediatis et transmissis a Jacobo Gretsero.

Paris. 1658, fol. tribus volum., in qua editioe nihil præter appendicem jam memoratam accessit, cum alioqui nec tam nitida sit, nec tam emendata, quam prior Nivelliana. De utraque Labbeum, si placet, vide et Oudinum. FABR.

Sed quam necessaria sit nova Greg. Nyss. ed. e codd. emendanda, et ex illis et Zaecagnii atque Caraccioli edit. memoratis loeupletanda, ex iis, quae hucusque a me et a Fabricio observata sunt, facile elucebit. Amplissimum autem futuro editori patet campus, in quo vires ingenii, eruditionis, atque diligentiae cum laude pariter ac utilitate possit exercere.

Aldinae editiones sunt : Gregorii Nysseni liber *De homine*, cum Gregor. Nazianz. orat. IX, quæ omnia nunc primum emendatissima in lucem prodeunt, Gr. Venet. in ædibus her. Aldi et Andr. Asulani soceri. 1556, 8. — Greg. Nyss. opuscula Venet. apud Aldi filios 1555, 8. — Conciones v *De oratione Domini*. Ejusd. conciones octo *De beata vita*. Omnes a Petro Galesinio conversæ : his adjuncta est ab eodem Nysseni vita, e veteribus auctoribus collecta. Romæ, Paul. Manutius, 1565, 4.

Frequens mentio quoniam facta est editionis Hæschel, curatius eam et propter raritatem illius, quæ penes me est, et propter additamenta describam. Integra autem est inscriptio : « D. Gregorii Nysseni opuscula quinque. » I. *De professione Christiana*. II. *De perfectione, et qualem Christianum esse deceat*. III. *Anagogica vitæ Moysis enarratio*, qua vitæ Christianæ quidam is typus fuisse ostenditur. IV. *Contra Apollinarium*. V. *De fide*. Græce nunc primum edita studio et opera Davidis Hæschelii, Augustani, Lugd. Batav. ex offic. Plantin. apud Franc. Raphelengium, 1595, 8, ex codd. August. et Maximi Margunii; de quibus agit in præfat., et ego quaedam adnotavi in *Introduct. etc.* II, 2, p. 257, sq. Quo-

niam vero Fabric. in vol. XIII, p. 508-541, ea, quae in illa editione continentur, jam plene indicavit: integrum illum locum huc reducam.

« S. Gregorii Nysseni opuscula quinque Graeca, primum edita ex codicibus bibl. Augustanae et Maximi Margunii. » α) πρὸς Ἀρμόνιον περὶ τοῦ τί τὸ χριστιανῶν ὄνομα ἢ ἐπάγγελμα. p. 1, Incip. ὅπερ ποιοῦσι πρὸς τοὺς κρατοῦντας. β) περὶ τελειότητος, καὶ ὁποῖον χρῆ εἶναι τὸν χριστιανόν. p. 15, Incip. πρέπουσα τῇ προαιρέσει ἡ σπουδῇ. γ) περὶ τοῦ βίου Μωσέως τοῦ νομοθέτου, ἢ περὶ τῆς κατ' ἀρετὴν τελειότητος. pag. 54, Incipit: οἶόν τι πάσχουσιν οἱ τῶν Ἰππικῶν ὀργάνων φιλοθεάμονες. δ) πρὸς Θεόφιλον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας, κατὰ Ἀπολλιναρίου. pag. 169, Incip. οὐ μόνον ἐστὶ τῆς κοσμικῆς σοφίας. ε) λόγος πρὸς Σιμπλίσιον περὶ πίστεως. p. 175-180, Incip. κελεύει ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Προφήτου. Lugd. Batav. 1595, S. Praeter Hoeschelii notas in hoc volumine exstant Maximi Margunii, episcopi Cytherensis, epistola quatuor ad Hoeschelium Graece p. 1, 5, 45 et 57. Exstant et haec p. 153 notata documenta quinque, de divina Christianismi origine testantia, et quatuor usus saerarum Scripturarum: *Τεκμήρια τοῦ θεοῦ ἐνταῦθα τὸν χριστιανισμόν.*

α'. ἡ θεία πρόνοια.

β'. τὸ κῦρος τῆς ἐκκλησίας.

γ'. ὁ Χριστοῦ βίος.

δ'. ἡ ταυτοτης διδασκαλίας.

ε'. τὰ θαυμάσια τῶν ἔργων καὶ παθῶν.

Ἡ περιβολὴ τῶν μυστικῶν γραμμάτων.

α'. παραμυθία τῶν μισοφύλων.

β'. διδασκαλία τῶν ἀγνοούντων.

γ'. προτροπὴ τῶν ἐθελοκακούντων.

δ'. ἐλεγχοὶ καὶ κατάδηξις τῶν ἀμετανοήτων.

Lubet etiam hoc loco exhibere catalogum operum Gregorii Nysseni, quem ad ejusdem libelli calcem Hoeschelius consignavit.

Catalogus operum divi Gregorii Nysseni.

B. A. Bibliothecam Augustanam,

M. M. Maximi Margunii, Cythereensis episcopi,

D. H. Hoeschelii privatam, significat.

Asteriscis notata excudit Michael Mangerus, Auguste.

α'. Λόγος περὶ θεότητος Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἁγίου, καὶ εἰς τὸν Ἀθραάμ. B. A. et M. M.

β'. Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν, B. A. *

γ'. Εἰς τὸν ἅγιον Στέφανον τὸν πρωτομάρτυρα, B. A. *

δ'. Ἐπιτάφιος εἰς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν τὸν μέγαν Βασίλειον, B. A. *

ε'. Εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα, B. A. *

ς'. Εἰς τὸ ῥητὸν, ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἐνὶ τούτων.

ζ'. Εἰς τοὺς κοιμηθέντας, B. A.

η'. Εἰς τὸν ἅγιον μέγαν μάρτυρα Θεόδωρον, ἑλληπής. B. A.

θ'. Ἐπιτάφιος εἰς τὸν μέγαν Μελέτιον, ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας. B. A.

ι'. Εἰς τοὺς ἁγίους μ' μάρτυρας. B. A.

ια'. Εἰς τοὺς αὐτοὺς λόγους β', ἑλληπής. B. A.

ιβ'. Εἰς τὸ ἅγιον Πάσχα λόγους α'. B. A. et M. M.

ιγ'. Εἰς τὸ αὐτὸ, λόγους β'. B. A.

ιδ'. Εἰς τὸ αὐτὸ λόγους γ'. B. A.

ιε'. Ἄλλος εἰς τὸ αὐτὸ βραχυτέρος.

ις'. Εἰς ἀνάληψιν Χριστοῦ. B. A.

ις'. Πρὸς Εὐστάθιον B. A. exstat inter opera Basilii magni, pag. 555 et recte. Sic enim ad codicem ms. Gr. Nyss. testatur, qui isthaec margini ascripsit: Ὁ παρὼν λόγος, ὅς καὶ ἐν εἰδῆ ἐπιστολῆς γεγραπται, πρὸς τινα φιλόσοφον Εὐστάθιον τὸν ἱατρὸν ἐγράφη παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις μεγάλου Βασιλείου, καθὼς ἀσφαλῶς ἐν ἐτέρῳ βιβλίῳ εὔρον, καὶ οὐ τοῦ τοῦ Γρηγορίου. Ἐστὶν ὁμοίως καὶ ὁ ἕτερος, ὁ περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως πρὸς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Πέτρον. Καὶ δηλὸς ἐστὶν οὗτος κἀκεῖνος ἀπὸ τῆς φράσεως τοῦ μεγάλου Βασιλείου. Τοῖς οὖν ἐντυγχάνουσι περιεσκεμμένοις, ἐκατέρου τὴν φράσιν ἐν τοῖς αὐτῶν συγγράμμασι εἶπονται τὸ οὕτως ἔχειν.

ιη'. Περὶ τοῦ μὴ εἶσθαι λέγειν πρὸς Θεοῦ, πρὸς Ἀθλάθιον. B. A. Hic, cum quibusdam aliis, ad Christoph. Plantinum ut exprimeretur missus, nescio qui perierit. Ejus certe ministro sese tradidisse, Hoeschelio scrip. Syllburgius.

ιθ'. Πρὸς Πέτρον τὸν ἴδιον ἀδελφὸν περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως. B. A. editus inter Basilii M. opera, p. 297. Ad marginem codicis A. haec leguntur ascripta: Ὁ παρὼν λόγος ἐστὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, γραφείς καὶ σταλείς εἰς τὸν παρόντα ἅγιον Γρηγόριον, ὡς ἐν ἐτέρῳ βιβλίῳ κέκτημαι, καὶ δηλὸς ἐστὶν ἀπὸ τῆς φράσεως καὶ τοῦ χαρακτήρος, διὸ καὶ ὀφείλει γράφεσθαι Βασιλείου πρὸς Γρηγόριον τὸν ἴδιον ἀδελφόν, περὶ, etc.

κ'. Πρὸς Σιμπλίσιον, περὶ πίστεως. B. A. D. H.

κβ'. Περὶ τοῦ τί τὸ χριστιανῶν ὄνομα ἢ ἐπάγγελμα, πρὸς Ἀρμόνιον. B. A. et D. H.

κβ'. Περὶ τελειότητος, καὶ ὁποῖον εἶναι χρῆ τὸν χριστιανόν. D. H.

κγ'. Εἰς τὸ, τότε καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς ὑποταχέσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα. B. A.

κδ'. Εἰς Πουλχερίαν. B. A.

κε'. Εἰς Πλάκιδαν. B. A. et M. M.

κς'. Εἰς τὸν σ' ψαλμὸν, περὶ τῆς ὁδοῆς. B. A.

κς'. Εἰς τοὺς μακαρισμοὺς, B. A. et partem M. M. atque D. H.

κη'. Εἰς προσευχὴν. B. A.

κθ'. Εἰς Γρηγόριον τὸν θαυματουργόν. B. A. et D. H.

λ'. Εἰς τὸν ἅγιον Ἐφραίμ. M. M.

λα'. Λόγοι τρισκαίδεκα πρὸς Πέτρον τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφόν, κατὰ Εὐνομίον. M. M.

λβ'. Πρὸς Θεόφιλον Ἀλεξανδρείας, κατὰ Ἀπολλιναρίου. M. M. et D. H. ex Maximi Margunii liberalitate.

λγ'. Εἰς τὸν ἐκκλησιαστικὸν λόγον η'. M. M.

λδ'. Ἀπολογία, περὶ τῆς ἐξαήμερου, πρὸς Πέτρον τὸν ἀδελφόν. M. M.

λε'. Εἰς τὰς ἐπιγραφὰς τῶν ψαλμῶν. M. M.

λς'. Περὶ τοῦ βίου Μωσέως τοῦ νομοθέτου, ἢ περὶ

τῆς κατ' ἀρετὴν τελειότητος. Hujus apographum A reverend. et doctissimus dominus Margumius, ἐπίσκοπος Κυθέρων, sua manu exaratum, dono Hæschelio misit.

λζ'. Εἰς τὴν ἑαυτοῦ χειροτονίαν. M. M.

λη'. Κατηχητικὸς λόγος, M. M. hujus exemplum ab eodem rev. ep. Cyth. Hæschelio accepit.

λθ'. Περὶ παρθενίας, exstat in bibliotheca Vaticana, conversus a Joan. Livineio, G.

μ'. Εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευὴν. B. A. exstat interprete Joan. Leunclavio.

μα'. Περὶ ψυχῆς, πρὸς τὴν ἀδελφὴν. B. A

μβ'. Εἰς τὰ ἄσματα τῶν ἁσμάτων, λόγοι λε'. Latine exstant, interprete Joann. Leunclavio.

μγ'. Πρὸς τοὺς ἀχθομένους ταῖς ἐπιτιμήσεσι. Græce editus Parisiis.

Codex orationum S. Greg. Nysseni, satis magnus in bibliotheca nobilis et cl. v. D. Theodori Canteri.

PROLEGOMENA EDITIONIS MORELLIANÆ.

ILLUSTRISIMO ET REVERENDISSIMO

FEDERICO BORROMEO

S. R. E. CARDINALI

MEDIOLANENSII ARCHIEPISCOPO,

CLAUDIUS MORELLUS XAIPEIN ΚΑΙ ΕΥΘΟΔΟΥΣΘΑΙ.

Quod Basilius Magnus, Cardioalis amplissime, ad beatum Ambrosium Mediolanen. antistitem scribens, post luculentam maximorum Domini Deique nostri beneficiorum in genus humanam enumerationem, ait se summam Dei Opt. Max. gloriam predicando extollere, qui per singula quæque secula nimium suo placentes deligit, ἐκλεγόμενος τοὺς αὐτῶ εὐαρεστούοντας, cum præsertim ævo suo e civitate regali, virum spectatum, ejus fidei totius gentis prefectura commissa fuerat, generosa mente, illustri artum prosapia, vitæ splendore, dicendi virtute clarum, negotiis civilibus tractandis conspicuum, ad sedulam ovilis Christi curam traxisset, atque a iudicibus terræ ad præsentiam apostolicam transtulisset, ἄνδρα ἐκ βασιλευσούσης πόλεως ἀρχὴν ὄλου ἔθνους πεπιστευμένον, ὑψηλὸν τῷ φρονήματι, γένους λαμπρότητι, περιφανείᾳ βίου, λόγων δυνάμει, πράγμασι τοῖς κατὰ τὸν βίον περιθλεπτον, εἴλικυθεν εἰς τὴν τῶν ποιμνίων τοῦ Χριστοῦ ἐπιμέλειαν, καὶ ἀπὸ τῶν κριτῶν τῆς γῆς, ἐπὶ τὴν προεδρίαν τῶν ἀποστόλων μετέθηκεν. Quæ ab omni assentatione remotissima elogia a tanto archiepiscopo Casariensi, sanctissimo præsulī Mediolanensi jure tributa, nonne meritissimo ad beatissimum Carolum cardinalem Borromæum, patrualem tuum, patria regnoque cælesti jam perfruentem, et ad te pari purpura, animi candore, doctrinæ præstantia, vitæ morumque modestia ac sanctimonia exornatum, videntur transferenda? Jam vero cum S. Gregorii Nysseni episcopi, Basiliæ illius germani fratris, Operum fetuorumque augusti ingenii legitimum editioni διγλώττω καὶ συμφερτῇ, patronum optimum et προαπιστήν πανάριστον, quæreremus ad virulenta Zolitorum κακοδόξων tela retundenda; in quem potius oculos conjicere debuimus, quam in eum ejus respublica Christiana, sanctaque Ecclesia Romana nomine ipso recreatur? quippe in quo 'Ρώμης omen faustissimum continetur: ἐπιώνυμον τοῖς καλοῖς ἕνομα, siquidem, *Ignæus est vigor et cælestis origo Borromæis*, quod olim me de sancto Carolo, quem tu sequeris prope passibus æquis, deprecicasse nunquam pœnitebit. Quocirca Nyssenum pervigilem antistitem, γρηγορήσει φερώνυμον, ad te ἐρόρωμενέστατον καὶ ἐξυδερκέστατον ἀρχιερέα, ultro cum charissimis mentis pignoribus perditū abditis, accedentem, ea φιλοφροσύνη, benignitate, humanitate et alacritate, qua veterum sanctorum potissimum Patrum Græcorum et Latinorum monumenta prosequi soles, accipito; ac pietate gravem et meritis in locupletissimæ bibliothecæ tuæ, quæ φιλομούσους omnes exhilaras, potiori, quæso, parte collocaato. Sic utique, magne Federicæ, sædus Musarum castarum inviolabile servans, φίλοθέους Τυι memores fecisse merendo, χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τικτοῦς ἀεί, omne ævum diceris, et τὸ τοῦ Θεοῦ εὐμένες tibi cum nominis immortalitate comparabis. Bene diuque, Borromæorum θάλας βρωμαλέον, valeas. Lutetiae Parisior. A. S. 1645.

QUE AD VITAM LAUDEMQUE S. GREGORII NYSSENI

PERTINENT

EX ALIORUM SCRIPTIS ELOGIA.

D. Hieronymus in Catalogo script. eccles.

Sophronius Græcus interpres.

Γρηγόριος Νύσσης ἐπίσκοπος, ἀδελφὸς Βασιλείου Ἀ Καίσαρειας, πρὸ ἄλλων ἐναυτῶν ἐμὸι καὶ Γρηγόριῳ τῷ Ναζιανζηνῷ κατὰ Ἐὐνομίῳ ἀνέγνω λόγους, ὅστις καὶ ἄλλα πολλὰ γεγραφεῖναι καὶ γράφειν λέγεται. *Gregorius Nyssenus episcopus, frater Basilii Cæsariensis, ante paucos annos mihi et Gregorio Nazianzeno suos contra Eunomium legit libros, qui et multa alia et scripsisse et scribere dicitur.*

Nicephorus Callistus Ecclesiasticæ historiæ lib. xi, cap. 29.

Habuit Basilius fratres, quorum unus Gregorius fuit, Ecclesiæ Nyssense lux et ornamentum : vir secundum fratrem doctrina, moribus, et vitæ sanctitate spectatus. Et quamvis conjugem habuerit, rebus tamen aliis fratri minime cessit. Qui Basilio mortuo, *Hexameron* sive sex dierum opus illius adimplevit ; et *Adversus Eunomium* et *Appollinarem* conlutationes scripsit. Constantinopoli quoque in divum Meletium orationem funebrem composuit, aliaque insuper plurima opuscula doctrinis et institutionibus plena Ecclesiæ Dei reliquit. Ostendunt autem virum talem cum aliâ, tum præcipue in Gregorium illum miraculis celebrem oratio ab eo edita.

Ἐκ τοῦ Σωκράτους Ἱστ. ἐκκλησι. βιβλ. Δ', Β *Ex Socratis Hist. ecclesiast. lib. iv, cap. 21.*
κεφ. κε'.

Ἐγένοντο δὲ ἀδελφοὶ Βασιλείου, Πέτρος καὶ Γρηγόριος : ἀλλὰ Πέτρος μὲν τὴν μονήρη βίον Βασιλείου ἐξήλωσε· Γρηγόριος δὲ τὸ διδασκαλικὸν τοῦ λόγου, ὅς καὶ τὴν πονηθεῖσαν Βασιλείῳ ἐξαήμερον, ἅτε δὴ καταλειφθεῖσαν, προσανεπλήρωσε μετὰ θάνατον τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ ἐπιτάφιον εἰς Μελέτιον τὸν Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει διεξήλθε. Φέρονται δὲ αὐτοῦ καὶ ἄλλοι λόγοι διάφοροι.

Theodoretus, βιβλ. Δ', κεφ. κη'.

Ἐν ἐπισκόποις, ἀλλὰ καὶ τὰ [τοῦ] τούτων νοήματα. ἐν μὲν οὖν ἀσκηταῖς καὶ τῆς ἀρετῆς φροντισταῖς οὗτοι κατ' ἐκείνον διέλαμπον τὴν καιρὸν. Γρηγόριος ἐκείσερος, ὅ τε Ναζιανζοῦ, καὶ ὁ Νύσσης· ὁ μὲν ἀδελφός, ὁ δὲ σύσκητός τε καὶ συνεργός τοῦ μεγάλου Βασιλείου τυγχάνων. Οὗτοι μὲν οὖν ἐν Καππαδοκίᾳ τῆς εὐσεβείας ὑπερμαχοῦντες ἤρριστευον· συνηρίστευε δὲ αὐτοῖς καὶ Πέτρος, γεννητόρας μὲν Βασιλείῳ καὶ Γρηγορίῳ τοὺς αὐτοὺς ἐσχηκώς, τῆς δὲ θύραθι παιδείας οὐ μετειληκώς σὺν ἐκείνοις, τὰς δὲ τοῦ βίου μαρμαρυγὰς ἀφίεις.

Ἐκ τῶν τοῦ Φωτίου.

Ἀνεγνώσθη Γρηγορίου Νύσσης ἁμολῶς ὑπὲρ Βασιλείου κατ' Ἐὐνομίῳ, τὴν μὲν φράσιν εἴ τις ἄλλος βητόρων, λαμπρὸς, καὶ ἡδονῆς ὡσὶν ἀποστᾶζων. Οὐ μὲν τοι καθεξῆς οὐδ' αὐτὸς τὴν Εὐνομίῳ γραφὴν ἐπαλέγγει. Διὸ καὶ συντομώτερός ἐστι Θεοδοῖρον, Σωφρονίου δὲ πλατύτερος. Πλεονάζει μὲν γὰρ τοῖς ἐνθυμήμασι καὶ τοῖς παραδείγμασιν. Ἔστι δὲ, ἀδεκάστως εἰπεῖν, ὡς ὅσον ὑπερβάλλει κάλλι τε καὶ λαμπρότητι καὶ τῷ ἡδυστάτῳ Θεοδοῖρον· τοσοῦτον τὸ πλήθος τῶν ἐπιχειρημάτων καὶ τὸ γόνιμον εἰς τὸ προέχειν ἐκδηιάζεται. *D*

Basilius duos habet fratres, Petrum et Gregorium : Petrus solitarium vitæ genus Basilii secutus est ; Gregorius autem, docendi rationem : qui librum a Basilio in *Hexameron* editum, utpote imperfectum, post mortem fratris cumulate explevit. Idem funebrem orationem in Meletium episcopum Antiochiæ, Constantinopoli recitavit. Exstant quoque alie diversæ orationes ab eo conscriptæ.

Theodoretus, lib. iv, cap. 28.

Ex eorum numero qui vitæ monasticæ et severæ vivendi discipline, studioque virtutis operam navarunt, Gregorius uterque, Nazianzenus et Nyssenus tulere principatum, quorum hic frater Basilii magui fuit, ille socius studiorum ejus, et adjutor fuit. Isti in Cappadocia pro pietate dmicantes facile primas obtinuerunt. In ejusdem cum illis laudis societatem venit Petrus, qui Basilii et Gregorii frater germanus fuit : quique tametsi humaniore litteratura non perinde, ut illi, instructus erat, pio tamen vivendi genere admodum excelluit.

Ex Photio.

Lectus est Gregorii Nyssæ episcopi similiter pro Basilio *Adversus Eunomium* liber. Stylus illi, si cui rhetorum, illustris, et jucunditate auribus instillans. Sed nec ipse quidem ordine Eunomii scriptum reprehendit. Quamobrem et Theodoro concisior est, et Sophronio latior, abundat enim enthymematis, atque exemplis. Illud autem vere pronuntiaverim, quantum Gregorius venustate, splendore, et mirifica jucunditate antecellit Theodoro, tantum etiam argumentorum copia et ubertate eundem vincere committitur.

Locum est alterum ejusdem Gregorii Nysseni A opus, de eadem ipsa re : in quo rationibus validioribus cum Eunomio manus conserens, cum vi expugnat, omnia impietatis firmamenta labefactans. Venustas vero orationis, et splendor juvenitudo mistus, etiam in hoc opere decenter se ostendit.

Ex Suida.

Gregorius Nyssenus episcopus, Basilii Casariensis frater, vir et ipse insignis, omnique doctrina exuberans, addictior tamen rhetorices studiis, tam ceber præclarusque in ea evasit, quam quisquam veterum. Is conscripsit egregium librum *Adversus Eunomium*, tum opus admirandum *De creatione hominis*; complures præterea conciones, tum in *Canticis Canticum*, atque in *Ecclesiasten* : tum ad *sororem Macrinam* magnam et perpulchram Sermonem: *De anima* composuit, multaque alia commentus est : ex quibus celebre illud Stephani protomartyris encomium, et Gregorii miraculorum opificis vita habenter.

Quis quantusque vir fuerit Gregorius Nyssenus, docet *Martyrologium Romanum IX Martii. Nyssæ depositio S. Gregorii episcopi, fratris Basilii Magni, vita et eruditione clarissimi, qui ob fidei catholicæ defensionem sub Valente imperatore Ariano civitate sua pulsus est.*

Menæum Græcorum X Januarii.

Hic erat frater Basilii Magni, eloquentia præclarus et orthodoxæ fidei æmulator, propterea etiam Ecclesiæ Dei præfuit; et cum illis, qui Constanti- C nopolim secundam synodum celebrarunt contra impias hæreses tunc exsurgentes, invictum pugilem sese præbuit, adversariis dicendi potentia et Scripturarum demonstrationibus profligatis. In omni enim orationis genere exercitatus, et virtutis gloria illustris, vim et robur obtinuit, et ad justam senectutem proventus, obdormivit, et ad Dominum abiit. Erat autem corporis constitutione et figura similis per omnia fratri suo Basilio, excepta canitie et minus gratioso aspectu.

S. Hieronymus lib. De viris illustribus.

Gregorius Nyssenus episcopus frater Basilii Casariensis, ante paucos annos mihi et Gregorio Nazianzeno contra Eunomium legit libros: qui et multa alia scripsisse, et scribere dicitur.

Uti vero tota hæc cum Eunomio controversia D melius intelligatur, sciendum est, Eunomium, Arianae sectæ antesignanum et Cyziæ episcopum, pestilentissimum librum adversus orthodoxam de Trinitate sententiam edidisse: de quo libello Photius in sua *Bibliotheca (a)*: *Legi libellum Eunomii, quoniam ipse prodit impietatem, cuius hic est titulus. Libellum hunc, quod Eunomianum in admiratione esset, de industria, ne ad alios perveniret, occultatum, vix tandem nactus Basilium Magnum, fortiter cum ac splendide, omnemque adeo dicendi vim ac facultatem pervadens, evertit ac jugularit: diceret enim Babylonis infantem ad firmam fidei petram allidendo*

Ἀνεγνώσθη ἐτέρα πραγματεία τοῦ αὐτοῦ Γρηγορίου Νύσσης, περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως· ἐν ἣ λογικώτερον Εὐνομίῳ συμπλακεῖς, κατὰ κράτος αἰρεῖ, πάντα σαθροῦσας τῆς δυσσεβείας αὐτοῦ τὰ ὀχυρώματα. Τὸ δὲ κάλλος τοῦ λόγου, καὶ ἡ σύγκρατος λαμπρότης, γλυκύτητι κἀνταῦθα διαπρεπῶς ἐπιδείκνυται.

Ἐκ τῶν Σουΐδα.

Γρηγόριος Νύσσης ἐπίσκοπος, ἀδελφὸς Βασιλείου τοῦ Καισαρείως· ἀνὴρ καὶ αὐτὸς ἐλλογιμώτατος καὶ πάσης ὑπάρχον παιδείας ἀνάπλεως· προσκειμένος δὲ μᾶλλον τοῖς τῆ ῥητορικῆς χαίρουσι. Καὶ γοῦν εὐδοκίμος ἐν ταύτῃ γεγένηται, καὶ λαμπρὸς, εἴ τις ἄλλος τῶν πάλαι ταύτῃ γεγενημένων· οὗτος συνέταξε κατ' Εὐνομίου λόγον ἐξείρετον, καὶ τεῦχος θαυμάσιον εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατωσκευήν· ἄλλως τε πικρίας καὶ συνεχεῖς ὀμιλίας, εἰς τε τὰ ἴσματα τῶν ἁγμάτων, καὶ εἰς τὸν Ἐκκλησιωστήν· καὶ πρὸς τὴν ἀδεῶσιν Μακρίταν, μακρὸν τινα καὶ περικαλλῆ περὶ ψυχῆς συνέθεκε λόγον· ἄλλα τε πολλὰ γεγραφῆκει· καὶ πολυθαύμαστον ἔπαινον τοῦ πρώτου τῶν μαρτύρων Σεφάνου, καὶ βίον δὲ συνέταξε Γρηγορίου τοῦ ἐν θαύμασι διαλάμψαντος.

Οὗτος ἦν ἀδελφὸς τοῦ μεγάλου Βασιλείου λαμπρὸς ἐν λόγοις καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ζηλωτῆς. Διὰ τοι τοῦτο καὶ τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ προσέστη, καὶ μετὰ τῶν συγχροτούντων τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει δευτέραν σύνοδον κατὰ τῶν δυσσεβῶν αἰρέσεων ἐνισταμένων ἐλθὼν ὑπέρμαχος εὐρέθη τοῦς ἐναντίους λόγων δυνάμει καὶ γραφικαῖς ἀποδείξεσι τροπωτάμενος. Διὰ γὰρ πάσης ἐλθὼν ἰδέας λόγων καὶ ἀρετῆς εὐδοκίμησεν τὸ κράτος ἐδέξαστο. Καὶ φθάσας ἐν γῆρει καλῶ ἐκοιμήθη, καὶ πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν. Ἦν δὲ κατὰ τὴν τοῦ σώματος τύπον κατὰ πάντα τῷ ἀδεῶσῳ Βασιλείῳ προσεικῶς, πλην τοῦ πολιοῦ τε καὶ χρισιστάτου ἐπὶ βραχύ.

contudisse, ac putidi cadaveris instar, risu dignum ostendisse, quod tantum ante sui admirationem aliis concitaret.

Exstant adhuc quinque libri S. Basilii *adversus Eunomium*, et ipse etiam impius Eunomii commentariolus in Bibliothecis reperitur: nominatim in Bavarica, et in codice Livincii, post Nysseni in *Eunomium* libros subiungitur Eunomii libellus, hac inscriptione: Ἦ τοῦ δόγματος Εὐνομίου ἐκθεσις, *Expositio dogmatis Eunomii*, unde fortassis explere licet hanc Photianam. Præponit huic titulo quidam hæc verba: Σίγα, μιὰρὲ καὶ ψυχὴν καὶ καρδίαν. *Sile et animo et corde execrabilis. Impii*

hujus scripti principium est: Τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ δικαίαν χάριν φήσαντος ἐμολογεῖν ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς.

multoque magis nostræ theologiæ pluribus ostendens. Hic vero Mopsnestiæ, ut puto, episcopus fuit.

De eodem Eunomio S. Hieronymus in *Catalogo scriptorum ecclesiasticorum*: Eunomius, Arianae partis, episcopus Cyzicenus in apertam hæreses prorumpens blasphemiam, ut quod illi legunt, iste publice fateretur, usque hodie vivere dicitur in Capadocia, et multa contra Ecclesiam scribere. Responderunt ei Apollinarius, Didymus, Basilus Cæsariensis, Gregorius Nazianzenus, et Gregorius Nyssenus.

Sed hæc minus distincte S. Hieronymus, priora et posteriora simul jungens. Ut ergo confusionem vites, sic habeto, ubi contra primum Eunomii fetum disputationes S. Basilii in publicum exiverunt, tum ille furere, et instar calcæti serpentis colla contrita attollere, arreptoque calamo virulentius tam in Basilium, quam in doctrinam orthodoxam bæchari cepit, et quidem triplici invecctiva, S. Basilio inferni ad cælestem beatitudinem translato. Audi Photium (a): *Lectum ejusdem impij hominis tres libros continens volumen, quod velut confutatio est illarum ineptiarum, quas in ipsius reperiri blasphemias S. Basilii demonstrat. Hoc in opere parturiendo, multas eum amorum olympiadas ædicula inclusum suæ absumpsisse ferunt; ac vix tandem post multorum annorum intervallum abortiendo improbum illum ac prodigiosum, quem furtivis congressibus conceperat, fetum in lucem eiecisse. Quin tunc etiam miserum illic fovendo partum, ipsis quoque sectæ asseclis non temere exhibuisse, veritum nimirum maxime, ne quando et hoc opus in Basilii manus prius veniens, quam coalesceret, dissiparetur, et antequam floreret, præmature corruptum marcesceret. Igitur studiose velut alter in fabulis Saturnus, natum devorando textit, atque abscondit, quandiu quidem Basilii in fluxa ista vita degens metum incuteret. Postquam vero vir ille divinus, peregrina habitatione relicta, in suam, hoc est, in cælestem commigravit hæreditatem, et ingenti illo metu discusso, vix tandem sero edendi advenit occasio, ne tunc quidem omnibus, sed amicis duntaxat, crulgare ausus est. In quem incidentes Theodorus et Gregorius Nyssenus, atque Sophronius (quorum supra est a me habitamentio) multis verborum plagiis; non secus quam priorem (illum ejusdem) Basilium, conficientes, jugulatum jam, et præ impuritate olidum in auctorem suum conjecerunt. Has itaque tum impietatis pœnas dedit.*

De singulis hæc Eunomii oppugnatoribus specialim Photius. De Theodoro ista (b): *Lecti sunt Theodori Antiocheni pro Basilio adversus Eunomium libri viginti quinque. Est illi phrasis non usquequaque perspicua, sensibus tamen et argumentis nimum quantum densus, S. Scripturæ testimoniis egregie abundat. Ad verbum fere Eunomii rationes refellit, imperitum cum valde externarum disciplinarum*

De Gregorio Nysseno idem Photius (d): *Lectus est Gregorii Nyssæ episcopi similiter pro Basilio adversus Eunomium liber. Stylus illius, si cui rhetoricum, illustris, et jucunditatem auribus instillans. Sed nec ipse quidem ordine Eunomii scriptum reprehendit. Quamobrem et Theodoro concisior est, et Sophronio latior; abundat enim enthymematis, atque exemplis. Illud autem vere pronuntiaverim, quantum Gregorius venustate, splendore, et mirifica jucunditate antecellit Theodoro, tantum etiam argumentorum copia et ubertate eundem vincere committitur. Lectum est alterum ejusdem Gregorii Nysseni opus, de eadem ipsa re: in quo rationibus validioribus cum Eunomio manus conserens, eum vi expugnat, omnia impietatis firmamenta labefactans. Venustus vere orationis et splendor jucunditate mistus, etiam hoc opere decenter se ostendit.*

Loquitur Photius de longissima illa oratione, quæ in opere contra Eunomium, secundum quosdam, duodecimum, secundum alios, decimum tertium locum tenet, cujus hæc est in Bavarico codice inscriptio: Τοῦ ἀπὸ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἀντιβλητικὸς πρὸς τὸν Εὐνομίου τοῦ δυσσεβοῦς δευτέρου λόγον: cujus principium est, Τὴ μὲν δὴ πρῶτα τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀγώνων.

In judicio de stylo Eunomiano plane concinit Photius cum Gregorio Nysseno: id intelliges ex primo libro Nysseni, et ex his Photii verbis: *Ad stylum (Eunomii) quod attinet, tantum is ab omni gratia et jucunditate remotus est, ut ne cognovisse quidem, an tale quid exstaret, videatur. Jactantiam tantummodo quamdam prodigiose ostentat, sonumque dissonum stridendo edere affectat, tum consonantium alterna vicissitudine, tum vocibus pronuntiatis difficilibus, et quæ multis abundant consonantibus: idque poetico more, vel, ut verius dicam, dithyrambico potius ritu. Compositio ipsius coacta est, et vi compressa atque extusa, ut necesse habet illius scripta legens, aërem vehementer labiis verbare, si modo aperte pronuntiare velit, quæ forte nanciscens atque contorquens, aut collidens etiam, ac temere interjiciens, imo et truncans, vix tandem ille conjunxit. Longas quoque interdum, et immodice productas periodos fuit: obscuritatem insuper atque incerti-*

(a) Volum. 157.

(b) Vol. IV.

(c) Vol. V.

(d) Vol. VI.

audinem per omne opus effundens. Cum ut vulgo videtur ipsa suæ eloquentiæ vi eorum longe captum excedere; tum ut, quod in ejus sensis atque cogitatis imbecillum est (ut est sane plurimum), hac ipsa obscuritate et intelligendi difficultate obtegere, sententiæ celare vitium possit. Videtur vero et logicis ininiti argumentis, dum partim alios hoc nomine insectatur, partim ipse libentissime iis utitur, tametsi frequenter (cum sero hoc studium arripuerit, neque ad ejus intima penetrarit) in multis sæpe merito erroris notatur. Hæc Photius de genere dicendi Eunomiano.

Visus est S. Gregorius Nyssenus favere opinioni Origenis et Origenistarum de communi omnium tam demonum, quam hominum damnatorum ex inferno liberatione. Sed Nyssenus validum et tam eruditione, quam sanctitate potentem hyperaspisten reperit S. Germanum, patriarcham Constantinopolitanum; ex cuius pro Gregorio lucubratione hæc excerpta Photius nobis reliquit (a): *Legi librum, auctore Germano, qui primum Cyzici ordinatus, post Constantinopolitanus patriarcha fuit, qui liber inscribitur, Retribuens et legitimus: quod perinde est ac si dixeris: De vera et legitima retributione, quod rependatur hominibus, prout nixerint. Et hæc quidem tituli inscriptio. Contendit vero Gregorium Nyssæ episcopum, ejusque scripta ab Origenis errore esse immunia. Etenim quibus delirium illud placet, demonibus et hominibus in æternam pœnam conjectis liberationem inde expectandam: illi quod virum doctrina singularem, et eloquentia insignem cum agnoscerent, claramque sanctitatis existimationem per omnium ora decantatam viderent, aggressi sunt claris et salutaribus ejus scriptis, obscura et perniciose Origeniani somni venena admiscere, virtutisque hominis, et doctrinæ celebri hæreticam occulte amentiam subjicere. Quare partim additamentis falsis, partim rectis argumentis violenter detortis, multo ex irreprehensibilibus ejus monumentis calumniari conati sunt. Contra quos Germanus pietatis patronus, acutum veritatis gladium stringens, et vulnere prostratos hostes relinquens victorem superioremque eum constituit, in quem hæretica colluvies insidias struxerat et posuerat.*

Nonnullis interjectis idem Photius: *Ut breviter dicam, omnia sancti hujus patris scripta ab omni hæretica pravitate, et a calumnia, que in impietatem vergit, immunia esse declarat. Hæc porro im-*

(a) Volum. 155.

munitas et improbitatis refutatio, et ex antecedentibus locis depravatis, et ex consequentibus conficitur et demonstratur; et ex aliis sexcentis B. Gregorii Nysseni libris, qui orthodoxe et legitime sentiunt, recte excutients, ut nemo melius in salubres preces et laudes Dei laborem finierit. Libri autem, quos insidiis excipere hæretici moliti sunt, et quos Germanus veritatis propugnator primarius a latronum insultu sine noxa servavit, sunt, Dialogus ad Maerinam sororem de anima, et Liber catecheticus, et ille qui De perfecta vita narrationem continet. Hæc pro Nysseno Germanus. Ex quibus evanescit calumnia Casauboni, qui in Schobis ad epistolam quamdam Nysseno ascriptam, et Eustathiæ, Ambrosiæ, et Basilisse inscriptam, criminatur Nyssenum in catechetica oratione navos quosdam contraxisse ex lectione Origenis.

Eandem Origenicam labem ab eodem Nysseno depellit auctor anonymus, qui vitam ejusdem in litteras retulit.

Illud tamen monuerim, finem orationis catechetice non esse Gregorii Nysseni. Cum enim Severi mentionem faciat, et opus de distinctione vocabulorum contra illum promittat, clarum est totum illud nihil aliud, quam aliunde adscitum assumendum esse, cum Severus Acephalorum antesignanus multis annis demum post Nysseni obitum exstiterit; quod recte etiam observavit Fronto Ducaeus noster in Annotationibus ad magnam catechetica orationem

Porro licet tam multi contra impium Eunomium scripserint, paucorum tamen monumenta ævi longæva vetustas reliqua nobis ferit; ubi enim Sophronii, Theodori, Didymi, et Apollinarij disputationes? Ipse etiam Nyssenus, nimium quantum in tenebris delituit: quem jam olim in lucem vindicare aggressi eramus; verum aliis atque aliis negotiis semper incidentibus, desistendum fuit. Sed cessationem meam suppleverunt nuper Parisienses, qui opera Nysseni Græce et Latine duobus tomis elegantè vulgaverunt, additis etiam libris contra Eunomium; sed omisso primo, cujus exemplari editores carebant: quem nunc ex Bavarico codice publicamus, ut et alia nonnulla, quibus editio Parisiensis caret, ut plene confidam hoc nostrum ad Parisiensem editionem auctarium seu additamentum lectoribus non fore ingratum.

LECTORI ÆQUANIMO.

Quod aliquando contigit iis quibus aucta mediocritas etiam in votis placuerat, Lector æquanime,

ut quod exoptabant auctius atque melius faceres Deus, quo modo voti plusquam compos Flaccus au —

bene est, nihil amplius oro, nobis eὐχῆς ἀμέτρου cum Gregorio Nazianzeno metuentibus usuvenit. Enimvero primum votum et consilium nostrum fuerat initio libros tantum S. Gregorii *contra Eunomium* a doctissimo viro Nic. Gulonio Professore quondam regio latinitate donatos in lucem edere, quos πατέρες ἀμείνων R. P. Joannes a S. Francisco Faliensium monachorum prior recognovit. Sed cum ille in morbum incidisset, neque prælo posset prope-ranti pensum sufficere; visum est alios S. Gregorii libros jam Græce excusos ad alterum tomum conficiendum colligere. Jam enim olim apud Raphelengium lib. *De vita Mosis*; apud Plantinum, lib. *De virginitate*; apud Sartorium, *contra Apollinarem*, et alia ejus alibi opuscula fuerant publici juris facta. Quod cum audisset amplissimus præses dominus Thuanus, Regii Consistorii consiliarius, codices suos manuscriptos nobis benigne concessit, e quibus eruta est dissertatio *De anima* hactenus non edita.

Misit etiam ad nos ingentem codicem Antuerpia R. P. Andreas Schottus, qui libros sive homilias Nysseni amplius triginta complectitur, sumptibus clar. viri Theodori Canteri Ultrajectensis senatoris olim exscriptas, quibus additi sunt alii ex bibliotheca nobiliss. viri Francisci Olivarii, Fed. Morelli, Profess. reg. Decani, et aliorum amicorum nostrorum deprompti, quorum beneficium in notis ad singulos libros prædicabitur.

Licet enim editione operum S. Joannis Chrysostomi adhuc defineretur vir doctissimus, Θεοφιλέστατος Fronto Ducaeus S. I. Theologus, suo tamen subsidio nos juvare non destitit, eum et delectus habendus esset eodd. mss. et variantes lectiones cum judicio alia præ aliis amplectendæ, et notæ in varios libros olim ab ipso emendatos recognoscendæ, atque huic editioni adaptandæ essent.

Veruntamen hæc adhibita diligentia non potuimus quarundam homiliarum Græcum textum nancisci, quas sub finem secundi toni Latine tantum edidimus; sed neque totos *contra Eunomium* XII libros suppeditamus, cum ut ex synodo VI œcumenica constat, secundus numerus sit is, qui primi locum editione nostra obtinet, expressos ex apographo V. C. Franc. Pithœi, quo et interpres dum viveret eosque Latine converteret, usus fuerat. Nam ut ex Catalogo librorum bibliothecæ Vaticanæ constat, a librario in duas partes divisus fuit liber xii, cujus prior pars undecimum conficit librum hujus editionis, hoc initio inchoatum, ἀλλ' εἰδόμεν καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἀκολουθοῦ, quod initium ille catalogus libro xii tribuit. Remque synodus sexta actione 10, pag. 127 editionis Vaticanæ.

Exhibentur itaque nunc tibi S. Gregorii Nysseni *contra Eunomium*, quos S. Hieronymus in *Catalogo Scriptorum ecclesiasticorum* sibi et Greg. Nazianz. lectos ab auctore affirmat; et ne dubites num hi sint illi ipsi quos a se scriptos evulgavit Theodoretus, qui synodo Ephesina: anno Christi 450 inter-

fuit, in Polymorpho Dialogo 1, ubi de incarnatione Domini loquitur, hæc desumpsit testimonia fol. 124, editionis Tigurinae, τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ κατὰ Εὐνομίου λόγου. Φαμέν τόνου, ὅτι ἐν μὲν τοῖς πρὸ τούτου λόγοις εἶπων τὴν Σοφίαν ὡκοδομηκέναι ἐαυτῆ ὄκων, τὴν τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου κατασκευῆν τῷ λόγῳ αἰνύσεται. *Dicimus ergo, cum in iis quæ prius dicta sunt, dixit Sapientiam edificasse sibi domum, carnis Domini Verbo constructionem mystice intelligit.* Hoc testimonium reperies pag. 77, hujus editionis tom. II. Ergo dicimus, quod in his, quæ huic locum præcedunt verbis, eum dixisset Sapientiam sibi domum edificasse

In eodem Dialogo et fol. 124, τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς παρακαταίτας ὁ Λόγος πρὸ τῶν αἰώνων ἦν, ἡ σὰρξ δὲ ἐπ' ἐσχάτων ἐγένετο τῶν χρόνων, καὶ οὐκ ἄν τις ἀναστρέψας εἴποι ἢ ταύτην προαιώνιον εἶναι, ἢ ἐν τοῖς ἐσχάτοις γεγενῆσθαι τὸν Λόγον. *Verbum erat ante sæcula, caro autem extremis temporibus facta est, nec convertens contra quispian dixit vel eam esse ante sæcula, vel in ultimis temporibus factum esse Verbum.* Hoc testimonium habes p. 161 hujus edit. Citatur idem locus et in synodo VI Œcumenicæ, actione 10, pag. 126, editione Romana. Ἐκ τοῦ κατὰ Εὐνομίου τόμου πέμπτου, οὗ ἡ ἀρχὴ, Περὶ δὲ τῆς Πέτρου τοῦ ἀποστόλου φωνῆς. *Ex quinto tomo contra Eunomium, cujus initium, De voce itaque S. Petri Apostoli.* Unde colligimus deesse huic nostræ editorii librum primum, et orationem quartam ejus in synodo dici et vere esse quintam. In Catalogo etiam librorum bibliothecæ Vaticanæ numero 424, initium assignatur istud lib. 1 *contra Eunomium*, ὅς ἦν ὡς εἶπαι τῷ πάντα σε θέλειν εὐεργετεῖν; secundi autem istud, Ἢ τῶν Χριστιανῶν πίστις εἰς πάντα ἔθνη; quod est orationis primæ hujus editionis initium. Tertium testimonium profert Theodoretus in eodem Dialogo 1. fol. 125, ὅς ἐκ τοῦ θεοῦ τε καὶ ἀκράτου ἐστίν ἡ τοῦ ἐκτιστέ με φωνή, ἀλλὰ καθὼς εἴρηται ἐκ τοῦ ἀναληφθέντος κατ' οἰκονομίαν. *Non de divino, et ab omni corruptione et interitu alieno est hæc vox, « Creavit me: » sed sicut dictum est, de eo quod per divinam dispensationem assumptum est.* Idem exhibetur iisdem plane verbis p. 79 hujus editionis, nisi quod pro ἀναληφθέντος legitur illic ἀνακραθέντος. Quartum profert idem Theodoretus Dialogo 2, ubi de passione Christi disputat ex eodem opere *contra Eunomium* fol. 147. Εἰ δὲ ὁ μὲν ἐκ τῆς Μαρίας ἀδελφοῖς διαλέγεται, ὁ δὲ μονογενῆς ἀδελφοῦς οὐκ ἔχει ὡς γὰρ ἐν ἀδελφοῖς τὸ μονογενὲς διασώζεται; καὶ ὁ εἰπών: « Πνεῦμα ὁ Θεός, » φησὶ πρὸς τοὺς μαθητὰς ὁ αὐτοῦ. « Ἐπιλάφησατέ με. » *Si autem qui ex Maria natus est, cum fratribus disserit; unigenitus autem fratres non habet: quomodo enim inter fratres conservaretur esse unigenitum? Et qui dixit, « Spiritus Deus est, » idem dicit discipulis « Palpate me. »* Hæc autem excusa reperies pag. 281 hujus editionis.

Quintum in dialogo 5 reperitur fol. 129. οὕτως ζῶσιν οἱ τὸν Λόγον ἢ ἀνθρωπίνῃ φύσιν, οὕτως

δακρύει τὸν κείμενον ἢ ἀπαθῆς ἐξουσία· ἀλλ' ἴδιον τοῦ μὲν ἀνθρώπου τὸ δάκρυον, τῆς δὲ ζωῆς τὰ τῆς ὄντως ζωῆς. *Neque humana natura Lazarum vivificat, nec deflet jacentem impatibilis potentia: sed lacryma est hominis propria, vita autem ea quæ vere vitæ sunt.* Sed emendandus est hic locus ex actione X Synodi sextæ OEcumenicæ, ubi citatur ex lib. v *contra Eunomium* pag. 127 editionis Vaticanæ, ἢ δὲ ζωῆ τῆς ὄντως ζωῆς, *vita vero ejus qui vere vita est:* nam et ita totum exhibet locum hæc editio orat. 4, p. 161. Sextum citatum habes a synodo vi œcumenicæ, actione 4, pag. 59 edit. Vatic. Ἐξ τοῦ θεοπέρου βιβλίου τοῦ κατὰ Εὐνομίου. Ἡὼς ὁ Κύριος τὸν κόσμον ἑαυτῷ καταλλάσσειν ἐπεμέριζε τῇ ψυχῇ τε καὶ τῷ σώματι τῆρ παρ' αὐτοῦ γινομένην τοῖς ἀνθρώποις εὐεργεσίαν, θέλων μὲν διὰ τῆς ψυχῆς, ἀπτόμενος δὲ διὰ τοῦ σώματος. Ea vero tibi representat primus liber hujus editionis, quem etiam hinc constat

A secundum esse numerandum p. 56. *Quomodo Dominus per Christi humanitatem mundum sibi ipsi reconcilians, animæ et corpori beneficium ex se profectum hominibus dispertiendo tribuit, volens quidem per animam, attingens vero per corpus.* Septimum denique synodus eadem VI in eadem actione 10, p. 127 Vaticanæ edit. τέως δὲ μαθεῖν ἄξιον παρὰ τῶν προφερόντων ἡμῶν τὰς τοιαύτας φωνὰς, ὅτι τὸ ἀναβαῖνον. Quæ verba sic interpretatur Gulonius pag. 280: *Interea autem ab iis qui tales voces nobis proferunt, operæ pretium est discere, an id quod ascendit, etc.*

Quod ad lacunarum lacrymas attinet, facile a te condonabuntur ut et σφάλματα nimis crebra operarum properantium, quæ vix Argus πολυόμματος cuncta animadverteret. Παρὰ δύναμιν δ' οὐκ ἔστι καὶ ἐστύμενον μαχεῖσθαι. Bene vale, et κοινωφελείας studiosis tui similibus fave.

DE GREGORIO EPISCOPO NYSSENO, ET EJUS OPERIBUS

(a) PRÆFATIO.

Divus Gregorius, Nyssensis episcopus, frater germanus D. Basilii, ac natu quidem majoris, ut ex ejus scriptis conjicere est, potissimum ex *Hexaemero*, ubi de Basilio loquens præceptorem semper appellat, fuit eloquentissimus, et Suidas et plerique veteres tradunt, quod et illius scripta declarant, abundeque sacræ testantur historicæ. Primum artes dicendi exerevit, tantumque in his profecit, ut tandem rhetor illustri evaserit, laudatisque oratoribus antiquis non inferior exstiterit. Sed istis eloquentiæ studiis relictis monasticam disciplinam secutus, ut scribit Theodoretus lib. iv, cap. 28, ad theologiam se contulit, diligentemque studio sacrarum Litterarum operam navavit. Postea tamen cum jam ad episcopatum Nyssæ civitatis, a qua Nysseni nomen accepit, designatus est, sanctis Bibliorum libris, quos in ecclesia lectitare et interpretari solebat, neglectis, ad rhetoricam iterum profitendam animum convertit. Quam levitatem mutabilitatemque consilii D. Gregorius Nazianzenus epistola 34 ad illum pluribus scripta reprehendit. Quo vero anno ad eum episcopatum pervenerit, incertum est; sed eam prefecturam tempore Valentis imperatoris jam tum gerebat, cum a D. Basilio episcopatus Sasimorum Nazianzeno decretus est. Is enim postridie illius diei, quo episcopus fuit creatus, ad Nyssenum habita oratione, antistitem appellat tantisque laudibus tollit, ut ipsius commendatio, etsi taceant ceteri, Græcorum omnium instar esse possit. Cum autem anno 384 synodum episcoporum contra Macedonianos Constantinopolim convocasset Theodosius imperator, decretumque esset ut nullus episcopus relicta sua diœcesi ad alienas demigraret, tunc dispertitis per provincias Ecclesiis, Casarea post defunctum Basilium, obvénit fratri Gregorio, Nyssæ prius episcopo, ut scribit Socrates libr. v, cap. 8. Hic habuit uxorem, ut historicæ mandavit Nicephorus lib. xi, cap. 19. Quod tamen vix probari possit, ut aliqui censent, ex Nazianzeni oratione de laudibus Basilii; nam cum parentes tam egregiæ sobolis procreatione nobiles fuisse ostendit, Id, inquit, demonstrat beatus sacerdotum et virginum numerus, et eorum qui in vita conjugata vixerunt. etc. Sacerdotes procul dubio fuerunt Basilii, Gregorius, et Petrus Sebastæ episcopus, quem Basilii ipse sacris initiavit, et ad presbyterii dignitatem proximit; soror autem Macrina et Naueratius frater vitam solitariam et inopem sunt complexi, ut de vita Macrinæ continet epistola, quæ Nysseno ascripta inter sanctorum historias per Surium congestas ad diem 19 Julii legitur excusa, ex interpretatione Petri Francisci Zani; sed inter illos qui virgines et exsortes conjugii remanserint, aut ex cæteris (decem quippe liberi, si fides illi tribuatur epistolæ, iisdem parentibus nati sunt) qui matrimonium coluerint, non satis hinc liquido constat. Ipse vero Gregorius in libro quem *De virginitate* scriptum reliquit, videtur apertius

(a) Hæc præfatio Latinis editionibus Nysseni hæc tenus est præfixa.

innuere se conjugem, non cœlibem fuisse, eum ait cap. 5 : *Nunc mihi virginalium laudum cognitio quodammodo inanis est ac minime fructuosa*, etc. Sed esto connubialem vitam sit amplexus, ipsi tamen ea vivendi ratio nihil impedimenti attulit, quominus strenne pro catholica fide decertans, ad parvam virtutis gloriam aspirarit. Nam ut per Ecclesias hæreticæ pravitalis tenebras suis concionibus discenteret, lumenque veritatis hominibus quasi præluceret, crebras peregrinationes suscepit, viasque difficiles confecit. Quas cum agre ferret, et suam velut inconstantiam quereretur, Nazianzenus epistola 54 consolatus est, et ad bene de multis merendum, atque gratiam a Deo sperandam erexit. Quo demique anno decesserit et vivis et posterior Basilio (ut testatur Socrates lib. iii, cap. 8, idque manifestum reddit Nazianzeni ad Nysseum 57 epistola consolatoria de morte fratris) non constat ex historiis; sed ipse multis in locis meminit se jam grandem natu et senem scribere, maxime in epistola *De professione Christiana*, in libr. *De virginitate* cap. ultimo; et in oratione quam *De infantibus, qui ex utero præmature abripiuntur*, edidit, aliasque sæpe senectutem suam excensat. Hoc solummodo de ejus interitu sic notatur in Usuardi Martyrologio ad diem ix Martii : *Apud Nicenam civitatem depositio S. Gregorii episcopi, fratris beati Basilii Casariensis, tam vita quam eloquentia clarissimi*. Atque hæc quidem brevi dicta sufficiant de Gregorio Nysseño, de cujus laudibus egiã veterum postea fusius subjiciemus.

Jam vero quoniam naturalem et legitimum ordinem quo quisque librorum scriptus est, non potuimus in hac editione sequi, artificialem instituímus : nempe ut priorem locum sortirentur ea que ad Vetus Testamentum referri posse videbantur; deinde que ad religionis Christianæ institutionem, formam, et professionem spectant, et in quibus aliquot evangelicæ doctrinæ testimonia tractantur, secundum locum obtinerent, postea concionibus nonnullis ad Ecclesiæ consuetudinem pro ratione et serie festorum dispositis orationes funebres de laudibus quorundam sanctorum adjecimus. Et hoc de universis ejus doctoris operibus præmissum sit. De singulis autem pluribus tractare non convenit, sed quidquid de aliquibus monendum nobis occurret, paucis hic addemus.

Igitur rogante fratre suo Petro Sebaste episcopo confecit librum in *hexaemeron*, quem affirmat Socrates libr. iv, cap. 21, a Basilio morte præveniente imperfectum esse relictum. Eum nos primo loco ex translatione Zini præcedere volumus : quod eo libro *De opere sex dierum* in ordinem ac concordiam que de mundi procreatione primo quidem aspectu diffusa et inter se contraria videntur, accommodate disponat, ipsunque Moysem sibiipsi consentientem et constantem eleganter ostendat. Verum quia in eo commentariolo mundi fabricam ita contemplatur, ut naturalem tantummodo et historiæ congruentem in rebus creatis ordinem explicet, huic continuo duas subjungimus orationes in hominis procreationem admodum piæ et elegantes, quæ, inquit Zinus qui latinas fecit, *licet ab ejusdem auctoris, et multo etiam magis a Basilii magni, cui a quibusdam falso attributas audio*, (intelligit fortasse Godefridum Tilmannum, qui eas inter ejusdem Basilii opera transtulit, et pro loco paraphrasi distudit) *scribendi consuetudine abesse videantur, antiquissime tamen sunt, aut ab ipso Gregorio adhuc juvene forte compositæ, antequam absolutissimum librum De hominis opificio præscripsisset : aut ab aliquo ejusdem ætatis viro tum pio tum minime indocto*. Nos tamen conjicimus ex primæ orationis initio, ubi scriptum legitur : *Iniquum esset cum ea quæ ad feras tum natantes, tum gradientes, tum volantes, quæque ad cælum ad eaque quæ in cælo sunt, quæque ad terram et ad ea quæ sunt in terra pertinent, didicerimus*, etc. easdem non esse Gregorii nostri : neque enim de hisce tractavit, sed Basilius in *Hexaemero*. Ambæ autem si non habitæ ad populum, tamen scriptæ domi et eorum recitatæ videntur. Sed de his aliorum esto judicium. Liber ille *De hominis opificio* quem Latinis auribus dedit Joannes Leunclavius, admirandum opus a Suida vocatur. Hic si ordinis ratio, quo scriptus est, sequatur, debet præcedere. Nam, inquit Nysseus in *Hexaemero*, librum *De hominis opificio* ante hunc misimus. Ille primum damus ex translatione Gentiani Herveti conciones octo in *Ecclesiasten*, in quarum priore statim in limine testatur se etiam in Proverbia scripsisse, dum sic ait : *Cum sensa Proverbiorum jam mentem prius exercerint, quorum obscuræ sunt rationes, ad hanc Scripturam, quæ vere est excelsa, existit ascensus*. Sed hæc commentatio nondum venit in publicum. Homilias autem quindecim in *Cantica canticorum* meris ænigmatibus plenas, partim ex eadem Herveti translatione, quæ viris doctis purior et facilior visa est, appressimus; alias nempe quatuor postremas quousque Herveti procedebat exemplar, ex interpretatione Leunclavii compleximus. In fine præfationis, quam iisdem homiliis ipse Gregorius præfecit, reddit rationem institute commentationis, ubi ita loquitur : *Non est hic liber a me scriptus ad ostentationem; sed quoniam multa ex iis quæ in Ecclesiis dicta sunt, quidam ex iis qui nobiscum versantur, adnotarunt, ea in formam homiliarum enarravi in diebus jejuniorum : in his enim hic liber ut aures populi a nobis fuit elaboratus*. Singulis autem diebus singulas orationes recitavit : nam tertiam dicit esse diei tertii, et sic de reliquis. Sequitur elegantissima oratio, qua Christiani hominis formula traditur : id ipsum quoque profertur in libro *De vita Mosis*, quem Latinitate donavit Trapezuntius. Illam vero ex seorsum vulgatis a Francisco Zino hic apposuimus, sicut et Catecheticeam orationem, maximam appellatam, ex translatiõne

Herveti; nam cum jam legeretur reddita Latine per Petrum Morellum, placuit et hic versionem nondum haecenus impressam proponere. Ibi autem, maxime cap. 57 multa de transmutatione sive transsubstantiatione Dominici corporis et sanguinis adducuntur, et cap. 58, se aliis in locis plura de Eucharistia exposuisse narrat, quod tamen non ita frequens est in exemplaribus quae vulgo feruntur. Huic item Catechetico libro (sic enim Gregorius ipse appellat sapissime) sicut et illi de anima et resurrectione disputationi cum sorore Macrina, quidam haeretici, ut in plerisque veterum lucubrationibus, dogmata nonnulla, praecipue vero Origenis injecerunt, Niephoro teste lib. II, cap. 19. Sed et immistas hujusmodi falsas opiniones demonstrare possis ex eo quod in Catechetico cap. 55, circa finem ex sententia Origenis reperitur, longis post saeculis Deo puram conservandam naturam: et quod huic errori contrarium habetur in oratione *De die Nativitatis Domini*, cum scribitur: *Quod per resurrectionem qui justi erunt, ad caelestem quietem accedent; qui autem peccatis obnoxii, in gehenna ignem detrudentur*, etc. Nec enim pugnantia tantus vir aut sensu aut docuit. Et ut caetera paucae complectamur, alia quaedam opuscula in hac editione accesserunt, nimirum orationes *De fugienda fornicatione*; *In eos qui differunt baptismum, et qui agere fecerunt reprehensiones*, ab Herveto primum conversae. *De Ascensione* vero, et in *Pentecosten* sermones jam editi circumferebantur: prior quidem ex Sifam versione, sicut et pleraque Nysseni scripta; sed quia feria IV post Ascensionem de eodem sermone ex translatione Zini legitur in breviario Romano nuper ex decreto concilii Tridentini restituito: propterea et hunc et quoscumque nancisci potuimus ex eodem interprete, qui ab Ecclesia probatus esse videretur, selectos excudimus, ut *De pauperibus amandis*, *In mulierem peccatricem*, *De dormientibus*, et *de Christi nativitate, ejusdemque resurrectione*. Nonnulla praeterea ex aliorum versione seorsum vulgata inserimus, ut librum *De Virginitate* a Petro Galesinio conversum, et Romae typis excusum: in quo de virginali virtute, qua una reliquae omnes continentur, ita disputat evangelicae doctrinae majestatem complectens, ut non solum cum Stoicis de honesto, verum etiam cum reliquis honestis philosophorum disciplinis disserat, patrociniumque earum actionum, in quibus virtutis splendor elucet, suscipiat. Et, ne quid silentio praetermittere aut dissimulare videamur, quod hic habetur impressum nomine Gregorii Nysseni *ad Petrum fratrem suum, De differentia substantiae et hypostasios*, idem legitur apud D. Basilium epistola 45 *ad Gregorium fratrem Nyssenum episcopum*. Videant doctiores cuiusnam illorum hanc disputationem assignent.

Caeterum inter sanctorum Vitas ab Aloysio Latine non ita pridem ex diversis auctoribus editas, et modo per singulos dies ejusque mensis a Surio digestas, oratio quaedam, pia sane juxta et elegans, *De occurso Domini* et *De Dei parente, atque de justo Simeone*, Gregorii Nysseni titulum praese fert: sed quoniam Simeon Metaphrastes, qui primum dispersas Graecae collegerat, videtur in hac nonnihil aut immutasse, aut etiam aliquid addidisse, dum pro suo more copiosius explicavit, ac amplioribus verbis enarravit: ideo quasi fetus esset illegitimus, hanc cum vere nativis stare nolumus. Verumtamen si quis forte secus judicet, habet interim, ut ne hic repetatur, inibi typis impressam, sicut et epistolam illam *ad Olympium monachum, De vita Macrinae*. Quod vero pertinet ad diversas quorundam librorum inscriptiones, nos ut plurimum in margine notavimus, aut in operum Catalogo, quem subjiciemus, indicabimus.

Desiderantur autem praeter haec alia ejus viri monumenta temporum, vel hominum injuria deperdita, aut haecenus in lucem nondum divulgata; neque enim reperitur liber, quem scripsisse memoratur *contra Ablabium, De Patris, Filii, et Spiritus sancti divinitate*, nisi quis illum esse forte suspicetur ex allinitate argumenti, quem *ad Ablabium* misit, *Quod tres dicere Deos non oporteat*, pag. 447 tom. II, sed locus tamen ab Euthymio prolatus parte I tit. 2 *Panopl.* in eo minime reperitur.

Necdum prodierunt in lucem *Commentarii in Epistolam D. Pauli ad Philippenses*, quos, ut docuit Sixtus Senensis, auctor *Bibliothecae sanctae*, Cyrillus citat in libro *ad Evoptium fratrem contra Theodoretum*. In ejus libri fine sic legitur: *D. Gregorii episcopi in Epistolam ad Philippenses: ejus fragmentum: Hoc, inquit, sapiatur quod est in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi suscipiens. Quid pauperius in Deo, quam forma servi? Quid humilium in rege cunctorum, quam ad communionem pauperis nostrae naturae sponte venire? Rex regum et Dominus dominantium induitur forma servi; iudex omnium fit subditus potestatibus creaturae, Dominus in spelunca ponitur: qui omnia continet, in diversorio non invenit locum, sed in praesepe projicitur jumentorum; mundus et immaculatus sordes suscepit humanae naturae, et per omnia paupertatem nostram transiens, usque ad mortis venit experimentum. Considerate paupertatis spontaneam mensuram, vita mortem gustat, iudex deducitur ad iudicium, vita omnium existentium Dominus subditus sententiae judicantis, rex omnium virtutum, quae ultra mundum sunt, speculatorum non respuit manus. Haecenus Gregorius episcopus: qui quidem videtur esse Nyssenus noster, cum Nazianzenus nec in hanc epistolam, nec in aliquem Veteris aut Novi Testamenti librum ex professo scripsisse memoratur. In principio orationis primae *De pauperibus amandis*, ubi scribitur: *Quoniam duobus superioribus diebus cupiditatem illam quae gula ventrisque voluptatem sectatur castigavimus, de ipsisque multa diximus*, etc., clarum est ipsum Gregorium de hac re orationes habuisse*

ad populum, quæ jam non reperiuntur, sicut nec alia plura, quæ scripsit maxime adversus Eunomianos, Arianos et reliquos illius tempestatis hæreticos, cum quibus animo intracto pro veritate catholica propugnavit, ut indicat Theodoretus lib. iv, cap. 28, et a quibus propter fidem patria pulsus in exilium, ubique multa sustinuit, ut ipsemet in Vita Macrinae refert. Sed hæc quæ hic brevi repetita sunt, licet ex ipsius scriptis Patrumque historiis collecta in medium proponere, ut si quis pervestigandæ antiquitatis studiosus hujusmodi librorum thesauros reperiât, eos tandem extrahat, et ad publicam utilitatem in apertam lucem emittat.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ,

ΑΠΟΛΟΓΗΤΙΚΟΣ ΠΡΟΣ ΠΕΤΡΟΝ ΤΟΝ ΑΔΕΛΦΟΝ ΑΥΤΟΥ,
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΞΑΗΜΕΡΟΥ.

S. P. N. GREGORII

EPISCOPI NYSSENI

EXPLICATIO APOLOGETICA AD PETRUM FRATREM,
IN HEXAEMERON.

PETRO FRANCISCO ZINO INTERPRETE.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

A

PROOEMIUM.

Ταῦτα ποιεῖς, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ; κατατολμᾶν ἡμᾶς τῶν ἀτολήτων ἐγκλεισόμενος, καὶ πράγμασιν ἐγγχειρεῖν τοιούτοις, ὧν οὐ τὸ τυχεῖν μόνον ἐστὶν ἀμήχανον, ἀλλὰ οὐδὲ τὸ ἐγγχειρῆσαι, κατὰ γε τὸν ἑμὸν λόγον, ἀνέγκλητον; Τῶν γὰρ κατὰ θεῖαν ἐπίγνωσιν ἐν τῇ κοσμογονίᾳ φιλοσοφηθέντων τῷ μεγάλῳ Μωσῆ, τὰ δοκοῦντα κατὰ τὴν πρόχειρον τῶν γεγραμμένων σημασίαν, ὑπεναντίως ἔχειν, ἐπέταξας ἡμῖν διὰ τινος ἀκολούθου διανοίας εἰς εἰρμὸν ἀγαγεῖν, καὶ συμφωνοῦσαν πρὸς ἑαυτὴν ἀποδείξει τὴν ἀγίαν Γραφὴν· καὶ ταῦτα μετὰ τὴν θεόπνευστον ἐκείνην τοῦ πατρὸς ἡμῶν εἰς τὸ προκείμενον θεωρίαν, ἣν οἱ ἐγνωκότες πάντες, οὐδὲν ἔλαττον τῶν αὐτῷ Μωϋσῆ πεφιλοσοφημένων θαυμάζουσιν· εὖ καὶ εἰκότως, εἶμαι, τοῦτο ποιοῦντες. Ὅν γὰρ ἔχει λόγον πρὸς τὸν κόκκον ὁ ἄσταχος, καὶ ἐξ ἐκείνου ὧν, κἀκεῖνο μὴ ὧν, μᾶλλον δὲ ἐκεῖνο μὲν ὧν τῇ δυνάμει, παρηλλαγμένος δὲ μεγέθει, καὶ κάλλει καὶ ποικιλίᾳ καὶ σχήματι· τὸν αὐτὸν εἶποι τις ἂν ἐπέχειν λόγον, πρὸς τὴν τοῦ μεγάλου Μωϋσεως φωνήν, τὰ παρὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου διὰ φιλοπνοωτέρας θεωρίας ἐξ-

Quid agis, homo Dei? cur ea nos quæ vires humanas superant aggredi, et onus quod non modo sustineri, sed ne suscipi quidem, ut ego sentio, sine reprehensione potest, subire jubes? Vis enim ut quæ cœlesti numine afflatus de mundi procreatione magnus Moses prodidit monumentis litterarum, quæ primo quidem aspectu inter se contraria videntur, ordine quodam disponam sanctamque Scripturam sibi ipsi consentientem ac constantem esse demonstrem; idque post divinam illam patris nostri in idem argumentum commentationem quam qui legerunt, non minus quam ea quæ ab ipso Mose perscripta sunt, omnes admirantur: et merito, mea quidem sententia. Nam quam rationem habet eum grano spica quæ et ex illo provenit, et illud non est; vel potius quæ, cum illud ipsum esse possit, magnitudine tamen ab eo, et pulchritudine, et formæ differt varietate, eandem rationem habere dicas cum oratione magni Mosis, ea quæ a magno Basilio accuratius studio sunt elaborata. etenim quæ paucis ille verbis complexus est et

explicavit, ea doctor noster sublimi philosophia sic adauxit et cumulavit, ut non spicam, sed arborem effecerit, ad similitudinem grani sinapis, quod regno cœlorum comparatum est. In accipientis enim animo excultum arbor fit, cogitationumque magnitudine undique dilatatur, et ramorum loco præceptis et institutis expanditur, propositoque pietatis fine sic effertur in sublime, ut excelsæ etiam altæque mentes, quæ volueres cœli vocantur in Evangelio, sub talium ramorum magnitudine queant nidus construere ¹. Quæstionum enim explanatio est animi quidam veluti nidus, in quo mens instabili sollicitudine sciendique studio, tanquam multiplices volatus errore, fessa conquiescit. Quoniam igitur pacto tali tantæque sermonum arbori liceat exiguam nostræ cogitationis plantolam comparare? An verò neque tu imperas, neque nos nunquam conaremur, patris magistrique nostri studio laborem nostrum opponere? Itaque agricolas potius imitabimur, qui mirabili quadam ratione ex una eademque planta varios fructus percipiunt; id autem assequuntur inserendi artificio, quod ejusmodi est: pusillum aliquod ex arbore quampiam germen, una cum cortice basi illius subjecto decerptum, in alterius arboris majoris aliqua parte sic incisa, ut ei cortex quadret, includunt, ut naturali majoris arboris humore germen illud nutritum coalescat ramusque fiat. Meam itidem ego cogitationem, quasi germen aut sureculum exiguum, magnæ arbori, nempe præceptoris nostri sapientiæ inseram, occasioneque mihi inde suppeditata, tanquam humore quodam irrigatus, pro viribus ramus ejus efficiar. Arbitror enim quosdam haud recte percepisse quid illi sibi in iis quæ in sex dierum opificium conscripsit, proposuerit: ideoque calumniari, quod dilucide non explicarit ea quæ ad solem pertinent, quomodo post tres dies, non cum reliquis stellis conditus fuerit; quasi fieri nequeat, ut mane et vespera diurnum spatium constituatur, nisi omnino sol et occidens vesperam, et oriens mane efficiat.

Duorum quoque cœlorum procreationem non ea-pientes, cum de tertio cœlo mentionem faciat Apostolos ², dubitationem in hac parte manere contendunt. Etenim, cum in principio factum sit unum cœlum ³, postea vero firmamentum ⁴; nec illi numero cœlorum aliud ascriptum sit tertium cœlum præter hos duos, negant posse demonstrari, cum neque post firmamentum aliud effectum sit cœlum, nec principii ratio patiatûr, ut quidquam antiquius cogitemus. Nam si in principio factum est cœlum, unde nimirum res procreate sumpserunt initium: alioquin recte principium non fuisset appellatum, si principium ipsius alterum exstitisset: quod enim ordine secundum est, principium nec est, nec dicitur. Attamen Paulus tertium cœlum commemorat,

A εργαθέντα νοήματα· ἃ γὰρ ἐκεῖνος εἶπεν ἐν ὀλίγοις τε καὶ εὐπεριγράπτους τοῖς ῥήμασι, ταῦτα διὰ τῆς ὑψηλῆς φιλοσοφίας ὁ διδάσκαλος ἡμῶν αὐξήσας, οὐχ ἄστατον, ἀλλὰ δένδρον ἐποίησε κατὰ τὸν ὁμοιωθέντα τῇ βασιλείᾳ τοῦ σινάπεως κόκκον, τὸν ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ γεωργουόντος ἀποδεδρόνυμενον, ὥστε γενέσθαι πανταχόθεν αὐτὸν ἀμφιλαφῆ τοῖς νοήμασι, καὶ διεπλωμένον ἀντὶ κλάδων τοῖς δόγμασι, καὶ τῷ σκοπῷ τῆς εὐσεβείας εἰς ὕψος ἀνατεινόμενον, ὡς καὶ τὰς ὑψηλὰς τε καὶ μετριοπέρους ψυχὰς, ἃς πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ τὸ εὐαγγελίον ὀνομάζει, δύνασθαι τῷ μεγέθει τῶν τοιοῦτων κλάδων ἐννοσεύειν. Καλιὰ γὰρ τις οἶόν ἐστι ψυχῆς, ἣ περὶ τὸ ζητούμενον συγκατάθεσις, τὴν ἄστατον τοῦ νοῦ πολυπραγμοσύνην, καθάπερ τινὰ πολυπλανῆ πτησιν, ἐφ' ἑαυτῆς ἀναπαύουσα. Πῶς οὖν B ἔστι τῷ τοιοῦτῳ καὶ τληκίωτῳ δένδρῳ τῶν λόγων, ἀντιρωτεῦσαι τὴν βραχείαν τῆς διανοίας ἡμῶν ὑποσπᾶσα; "II τοῦτο μὲν οὕτε σὺ κελεύεις, οὕτ' ἂν ἐγὼ δεξαίμην ποτὲ, τὸ ἐξ ἐναντίου τῇ τοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ διδασκάλου φιλοπονίᾳ τὸν ἡμέτερον ἀντιτεθῆναι πόνον; "Αλλ' ὥσπερ οἱ γεωργοὶ θαυμαστοποιῶσιν, καρπῶν διαφορὰν ἐν ἐνὶ φυτῷ σφιζόμενοι: ὁ δὲ τρέπος τῆς φυτοκομίας οὕτως ἐστίν· Βραχὺ τι φύλλον ἐξ ἐτέρου δένδρου μετὰ τοῦ ὑποκειμένου τῇ βλάσει φλοιοῦ ἀποσπύραντες, ἄλλω φυτῷ μίξουσι, κατὰ τι μέρος ἐν, τομῆς τὸν φλοιὸν ἐναρμόζουσιν, ἵνα τῇ φυσικῇ τοῦ μίξονος ἰκμάδι τὸ ἐντεθὲν ἐκεῖνο πταινόμενον, εἰς κλάδον ἀναρῶνται. Οὕτω καὶ αὐτὸς τὴν ἐμὴν διάνοιαν, οἷόν τινα βραχὺν μόσχον τῇ ἰκμάδι τοῦ μεγάλου δένδρου τῇ τοῦ διδασκάλου ἡμῶν σοφίᾳ ἐνείρας, κλάδος ἐκεῖνου γενέσθαι πειράσομαι, ἐμφυόμενος ὡς C ἔστι μοι δυνατόν τοῖς νοήμασι, καὶ τῇ χρησίμῃ τῆς ἐκεῖθεν ἐνδοξομένης ἡμῖν ἀφορμῆς ἐπαρδόμενος. Οἶμαι γὰρ ἐγὼ μὴ κωλύει τινὰς τὸν σκοπὸν τῶν εἰς τὴν Ἐξαήμερον αὐτῷ πεπονημένων ἐπεγνωκέαι, οὐ γὰρ ἴσθαι αἰτιῶνται τὸ μήτε περὶ τοῦ ἡλίου σαφῆ παραδέδδσθαι τὴν γνώσιν αὐτοῖς, πῶς μετὰ τρεῖς ἡμέρας ὁ φωστῆρ, οὕτ' ἂν μετὰ τῶν ἄλλων ἀστέρων κατασκευάζεται, ὡς ἀδύνατον ἦν ἔρθρω καὶ ἐσπέρῃ διορισθῆναι τὸ ἡμερήσιον μέτρον, εἰ μὴ πάντως ὁ ἥλιος ἐσπέραν μὲν δυόμενος, ἔρθρον δὲ ἀνκτέλλων ποιήσειεν.

Ἡσαύτως δὲ καὶ τὴν τῶν δύο οὐρανῶν δημιουργίαν οὐ παραδέχονται λέγοντες, εἰ καὶ τρίτου μέμνηται οὐρανοῦ ὁ Ἀπόστολος, οὐδὲν ἦστον μένειν ἐν τῷ μέρει τούτῳ τὸ ἄπορον· διότι ἐν ἀρχῇ γεγονότος ἐνδὸς οὐρανοῦ, μετὰ ταῦτα δὲ τοῦ στερεώματος, ἄλλου δὲ οὐρανοῦ, τοῦτ' ἔστι δευτέρας δημιουργίας, μὴ προσγραφείσης τῷ Μωϋσῆ, ἀναπόδεικτόν ἐστι τὸ καὶ τρίτον οὐρανὸν ἐπὶ τοῖς δύο τούτοις νοεῖν, τῷ μήτε μετὰ τὸ στερεῶμα γεγενῆσθαι ἄλλον, μήτε τὴν τῆς ἀρχῆς λόγον συγχωρεῖν προσπεινεῖν τι προσβύτερον. Εἰ γὰρ ἐν ἀρχῇ γέγονεν οὐρανὸς, ἄλλο ὅτι ἀπὸ τότε ἦ κρίσις ἤρξατο· οὐ γὰρ ἂν ἀρχὴ κατωνομάσθη ὑπὸ τοῦ λόγου, εἰ ἄλλην εἶχεν ἀρχὴν ἐαυτῆς ὑπερκειμένην· τὸ γὰρ δευτερεῖον κατὰ τὴν τάξιν οὕτ' ἔστιν ἀρχή, οὕτε λέγεται. Ἀλλὰ μὴν καὶ τρίτου

¹ Matth. xiii, 51, 52. ² II Cor. xii, 2. ³ Gen. i, 1. ⁴ ibid. 6, 7.

οὐρανοῦ μνήμην πεποιήται ὁ Παῦλος, ὃν ἡ δημι- A
ουργία οὐκ ἔχει. Ἄρα καὶ ἐνταῦθα ἡ τοῦ δευτέρου
μνήμη τῶν ζητουμένων ἐστίν. Οἱ ταῦτα τοῖνον καὶ
τὰ τοιαῦτα προφέροντες, οὐ μοι δοκοῦσιν ἐπεσκέψθαι
τὸν σκοπὸν τῆς τοῦ πατρὸς ἡμῶν διδασκαλίας, ὅς
ὁ ἡμῶν τοσοῦτον διαλεγόμενος ἐν ἐκκλησίᾳ πολυαν-
δροῦσιν. κατὰ ἄλλῃον ἐξανάγκη ἐποιεῖτο τοῖς δεχο-
μένοις τὸν λόγον. Ἐν γὰρ τοσοῦτοις τοῖς ἀκούουσι,
πολλοὶ μὲν ἦσαν καὶ οἱ τῶν ὑψηλοτέρων ἐπαύοντες
λόγων· πολλαπλασίους δὲ οἱ τῆς λεπτοτέρας ἐξετά-
σεως τῶν νοημάτων οὐκ ἐφικνούμενοι, ἄνδρες ἰδιῶται
καὶ βάνχουσι ταῖς ἐπιδιφρήσις ἐργασίαις προσασχο-
λούμενοι, καὶ ὁ ἐν γυναιξὶ λαὸς τῶν τοιοῦτων μαθη-
μάτων ἀγύμναστος, καὶ ἡ νεολαία τῶν παιδῶν, καὶ οἱ
παρηλικέστεροι κατὰ τὸν χρόνον, πάντες οὗτοι τῶν
τοιοῦτων ἐδέοντο λόγων, τῶν μετὰ τινος εὐλήπτου
φυγαγωγίας διὰ τῆς φαινομένης κτίσεως, καὶ τῶν ἐν
ταύτῃ καλῶν πρὸς τὴν τοῦ πεποιηκότες τὰ πάντα
γνώσιν χειραγωγούστων. Ὡστε εἰ μὲν πρὸς τὸν σκο-
πὸν τῆς τοῦ μεγάλου διδασκάλου κρίνει τις τὰ λεγό-
μενα, λείπει τοῖς εἰρημένους οὐδέν. Οὐ γὰρ ἀγωνι-
στικώτερον ἐνεστήσατο λόγον πρὸς ταῖς τῶν ζητη-
μάτων ἐνοστάσεις ἐκθύμως διαπλεκόμενος, ἀλλὰ τῆς
ἀπλουστερας τῶν ῥημάτων ἐξηγήσεως ὅλος ἦν, ὥστε
πρόσφορον τῇ ἀπλότητι τῶν ἀκούοντων παραθέσθαι
τὸν λόγον, μετὰ τοῦ καὶ τοῖς τῶν μειζόνων ἀκραταῖς
συναναθαινεῖν πως αὐτοῦ τὴν ἐξηγήσιν, τὰ ποικίλα
μαθήματα τῆς ἐξῆ φιλοσοφίας παραδεικνύουσαν.
Ἔστε παρὰ μὲν τῶν πολλῶν νοεῖσθαι, παρὰ δὲ τῶν
ὑπερεχόντων θαυμάζεσθαι. Εἰ δὲ σὺ, καθάπερ ἐπὶ
τοῦ Σινάου ἔρους καταλιπὼν κάτω τὸν πολὺν λαόν,
καὶ ὑπὲρ τοῦς ἄλλους ὑψωθείς τὴν διάνοιαν, συν-
εισελθεῖν φιλονεικῆς τῷ μεγάλῳ Μωϋσῇ, εἰς τὸν
γυφόν τῆς τῶν ἀποβόητων θεωρίας, ἐν ᾧ ἐκεῖνος
γενόμενος, εἶδὲ τε τὰ ἀθέατα καὶ τῶν ἀλαλήτων ἔπη ἠκρότατο, καὶ ζητεῖς γινῶναι τὴν ἀναγκαίαν τῆς
κτίσεως τάξιν, πῶς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῆς γῆς γεγονόντων, τὸ μὲν φῶς ἀναμένει τὸ θεῖον πρόσταγμα, πρὸς
τὸ γενέσθαι φῶς· τὸ δὲ σκότος καὶ ἄνευ προστάγματος ἦν.

Καὶ εἰ μὴδὲν ἔδει τῷ φωτὶ πρὸς τὸ καταλαμ-
πρύνειν τὸν ὑποκειμένον ἄερα, καὶ νυκτὶ καὶ ἡμέ-
ρα διορίζειν τὸν χρόνον, τίς ἦν χρεία τῆς τοῦ
ἡλίου κατασκευῆς; καὶ εἰ καταρχὰς μετὰ τοῦ οὐ-
ρανοῦ γέγονεν ἡ γῆ, πῶς ἀκατασκευάστον τὸ γενη-
μένον ἐστί; Τὸ γὰρ κατασκευάσαι, καὶ τὸ ποιῆσαι, D
οὐδὲν δοκεῖ διαφέρειν κατὰ τὴν ἐνοιαν. Εἰ οὖν ταῦτό
ἐστὶ τὸ ποιῆσαι τῷ κατασκευάσαι, πῶς τὸ πεποιημέ-
νον ἐστὶν ἀκατασκευάστον; καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγρᾶς
οὐσίας ἐπαπορούμενα, ὡς οὐ δυνατόν ὃν ἄνω τῆς οὐ-
ρανίου ἀψίδος ἐν τῷ σφαιροειδεῖ σχήματι τὸ βευστὸν
ἐφιζῆσαι. Πῶς γὰρ ἐπιδρυνθείη τῷ κυρτῷ ἡ ὑγρό-
της, κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην ἀπὸ τοῦ ἀεὶ κρυφουμένου
τῆς σφαίρας, πρὸς τὰ ἐπικλινῆ τοῦ σχήματος τοῦ
ὑγροῦ μεταβρέοντος; Πῶς δὲ τοῦ ὑποκειμένου ἀστα-
τοῦτος, ἐν ἑαυτῇ ἔξει τὸ στάσιμον, ἀεὶ τῆς ἰδίας ἀπο-
λισθαίνουσα βίσεως; Πῶς δὲ οὐ σκεδασθήσεται τῆς
ἄερα τῆς τοῦ πόλου περιφορᾶς τὸ ἐφιζῆνον πάντως
ἀποκρουούσης; Ἄλλὰ μὴν καὶ τὸ θαπναῖσθαι τὴν ὑγρὰν
φύσιν ἀπίθανον τοῖς ἀντιλέγουσι φαίνεται. Διὰ τὸ πᾶν-

quod mundi fabrica non habet, quemadmodum et
hic secundi mentio quaeritur. Qui haec et alia ejus-
modi loquuntur, hi mihi non videntur propositum
patris nostri doctrine finem intueri, qui in am-
plissima ecclesia populum frequentissimum allo-
quens, pro audientium intelligentia sermonem mo-
derabatur. In tanta enim multitudine, licet esset
nonnulli qui altiores etiam disputationes intelli-
gerent, plurimi tamen doctrinae subtilitatem non
capiebant, utpote homines imperiti, atque opifices,
et negotiis vilibus occupati, et mulieres in ejus-
modi disciplinis minime exercitatae; et puerorum
turba, aetateque proveci senes, qui omnes oratione
facili instituendi recreandique erant, et per res
procreatas quae eernuntur, earumque pulchritudi-
nem, ad rerum omnium auctorem procreatoremque
perducendi. Quare si quis ex praecceptoris consilio
dicta ipsius expenderit, nihil dubitationis relinque-
tur. Neque enim verborum contentiones aucupa-
batur, nec facile sese quaestionibus implicabat, sed
simplici verborum expositione audientium simplici-
tati sic orationem suam accommodabat, ut varia-
m tamen externae philosophiae doctrinam redolens,
peritioribus etiam satisfaceret. Quamobrem
eam et imperiti intelligebant, et eruditi admiraban-
tur. Tu vero, si, ut in monte Sinai*, relicto infra
populo simul cum magno Mose quaeris in rem
arcanae contemplationis nebulam introire, ubi
ille, cum esset, vidit ea quae verbis explicari non
possunt, necessariamque cupis rerum conditarum
ordinem cognoscere, quomodo, caelo terraque con-
fectis, lux quidem ut esset, divinum mandatum
expectarit, tenebrae autem exstiterint etiam sine
mandato.

Præterea, si ad subjectum aerem illustrandum,
et tempus nocte dieque distinguendum, nulla re
lux indiguit, quid ei fuerit opus, ut sol conderetur?
Ad haec, si initio simul cum caelo terra fuit pro-
creata, quo pacto fue it in composita? Nam si facere
et componere nihil inter se videntur differre, quo-
modo, quod factum est, incompositum fuit? Tum,
quæ ad aquam pertinent quaestiones, quasi fieri
non possit, ut super apside caelesti figurae glo-
bosa et rotunda consistant quæ fluxa sunt. Quo-
modo enim natura humida in curvo coesideat, quæ
de sphaera fastigio in pronas figurae partes neces-
sario defluit? aut quomodo, cum id quo sustine-
tur instabile sit, eumque a sua basi semper defaba-
tur, in se ipsa habeat firmitatem? aut quomodo
non dissipabitur, cum incitattissima poli conversio
nihil prorsus insidens inherensque sibi non abji-
ciat, ac repellat? Quinetiam istis contradicentibus
non videtur esse verisimile, ut quæ humida sunt
consumantur, cum et fontium, et fluminum, et ma-

* Exod. xix, 46 sqq.

nis, et lacuum aquas in eadem semper mensura consistere videant, exceptis quibusdam fontibus, qui ex imbrum niviamque vi copiam aquarum in superficie sitam colligentes, torrentium instar pro facultate quae sursum provenit, vel augentur, vel deficient. Nam ex quibus perennia fluentia manant, nec ullum decrementum fit, aut incrementum, in iis nihil humoris consumi, manifesto constat. Quod enim consumitur, eandem perpetuo mensuram obtinere non potest. Ac ne ignis quidem, si modo eam vere naturam habet, ut aquam consumat, mensuram propriam tueretur, aut nullum augmentum nutrimentumve susceperet. Neque enim fieri potest ut ejus natura ex materia consumpta non augeatur.

Haec et similia si tu diligenter indagans et rebus subtilibus incumhens, ea quae a Mose in caliginis obscuritate conspecta sunt, et ipse perspicere cupis, et multitudini patefacere, prudentiae tuae consuluerim, ne alium spectares, sed ad eam gratiam conflueres, quae in te est, et ad Spiritum revelationis, qui precibus exoratus rerum divinarum et altissimarum arcana reserabit. Verum quoniam ex Apostolica lege debemus mutuo nobis ipsi servire, laudabilisque servitutis propria est, factis ea quae mandata sunt exsequi; precationibus tuis adjuvantibus operam dabo, ut quantum fieri poterit, quaestiones has breviter explicem. Sed antequam exordiar, illud testatum volo, mihi certum esse nulla in re contradicere iis quae a S. Basilio in mundi procreationem conscripta sunt, etiamsi me dicendi ordo ad aliam expositionem adduxerit. Rata igitur sint illius scripta, praestentque, nec ullis, nisi Testamenti divino Spiritu dictante exarati, monumentis cedant. Nostra vero quicumque legerint, et aliquid praeter communem opinionem invenerint, sic accipiant, ut sine ullius injuria in dicendi exerecitate probabiliter disputata. Neque enim propositum defendere, aut dogma constituere profiteamur, ut calumniaribus occasionem praebeamus, nec hae scriptis interpretationis doctrinam tradere, sed animum et cogitationem nostram in hoc argumento duntaxat exerecere. Nemo igitur expectet a nobis, ut quaestionibus, quae vel ex sancta Scriptura, vel ex iis quae a praeceptore nostro statim declarata sunt, quaeque in communem opinionem cadere videntur, implicemur. Nobisenim non est propositum ut ea conciliemus quae protinus apparent inter se contraria. Quamobrem liceat nobis ex instituto nostro verborum sensum explorare, et in eam curam incumbere, ut vocibus in significatione propria permanentibus certum rerum procreationis ordinem, ac seriem contemplerur. « In principio (inquit), fecit Deus caelum et terram⁶, » et reliqua, quae deinceps mundi fabricam et ea quae sex dierum spatio facta sunt complectuntur. Caterum, priusquam eorum quae scripta sunt, expositionem aggrediamur, illud nobis positum constitutumque sit in natura divina cum voluntate ita concurrere po-

ποτε ἐν ἴσῳ τῷ μέτρῳ τὰ τῶν ὑδάτων ὀρᾶσθαι συστήματα, ἐν πηγαῖς τε καὶ ποταμοῖς, καὶ λίμναις, πλήν εἰ τινες τῶν πηγῶν ἐπιπολαίαν ἔχουσαι τὴν τοῦ ὕδατος χορηγίαν, καὶ διαπηδῆσεως ὕμβρων ἢ χιόνων πηγάζουσιν· αἱ χειμάρρου τρόπον τῆ ἀνοθεν ἐπιρροῇ συναπολήγουσι τε καὶ συναυξοῦνται. Ἐφ' ὧν δὲ ἀένναον προχεῖται τὸ βεῖθρον, μηδεμίᾳ ἐλαττώσεως ἢ ἀυξήσεως γενομένης, ἀναγκάως τὸ μηδὲν ἀναλίσκεσθαι τῆς ὑγρᾶς οὐσίας ὁμολογεῖται. Οὐ γὰρ ἐνδέχεται τὸ δαπανώμενον ἐν τῷ ἴσῳ μέτρῳ πρὸς τὸ διηγεκῆς διαμένειν· ἀλλ' οὐδὲ τὸ πῦρ, εἴπερ τῷ ὄντι δαπανητικὸν τοῦ ὕδατος ἦν, ἔμενον ἂν ἐπὶ τοῦ ἰδίου μέτρου ἀναυξῆς τε καὶ ἄτροφον. Οὐ γὰρ ἐστὶ δυνατόν τῆ δαπανωμένη ὕλη τοῦ πυρὸς μὴ συναυξῆσθαι φύσιν.

Εἰ οὖν ταῦτα σὺ καὶ τὰ τοιαῦτα πολυπραγμονῶν, ὁ πᾶσι τοῖς ὑψηλοῖς ἐπεκτεινόμενος, καὶ τὰ ἐν τῷ ζῶντι τῆς τοῦ Μωϋσέως ὀπτασίας κείμενα, αὐτὸς τε ἰδεῖν τῆ φρονήσει σου, μὴ πρὸς ἄλλον βλέπειν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐν σοὶ χάριν, καὶ τῷ πνεύματι τῆς ἀποκαλύψεως τῷ διὰ τῶν προσευχῶν σοι φανερωμένῳ, τὰ θεῶα βᾶθῃ διερευνᾶσθαι. Ἐπεὶ δὲ χρὴ κατὰ τὸν ἀποστολικὸν νόμον εἶκιν ἀλλήλοισι δι' ἀγάπης ἡμᾶς· ἴδιον δὲ τῆς ἐπανειτής δουλείας ἐστὶ, τὸ εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὰ ἐπιτάγματα, διὰ βραχείων ὡς ἐστὶ δυνατόν, τὴν περὶ τούτων ὑπόληψιν ἐκκαλύψαι πειράσομαι, τῆ σῆ προσευχῇ συμμάχῳ πρὸς τὸν λόγον χρώμενος. Τοῦτο δὲ μοι πρὸ τῆς ἐγχειρήσεως διαμεμαρτυρήσθω, τὸ μηδὲν ἡμᾶς ἀντιδογματίζεῖν τῷ ἁγίῳ Βασιλεῖ, περὶ τῶν κατὰ τὴν κοσμογονίαν αὐτῷ φιλοσοφηθέντων, μηδ' ἂν πρὸς ἑτέραν ἐξήγησιν ἐκ τινος ἀκολουθίας ὁ λόγος ἔλθῃ· ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν κεκρατήσθω, καὶ μόνῃ τῆς Θεοπνεύστου Διαθήκης τὰ δευτερεῖα φερέσθω· τὰ δὲ ἡμέτερα ὡς ἐν γυμνασίῳ τινὶ σχολαστικῶς ἐπιχειρούμενα τοῖς ἐντυγχάνουσι προκείσθω, μηδεμίᾳ μηδενὶ διὰ τούτων βλάβης προστινομένης, εἴ τι παρὰ τὴν κοινὴν ὑπόληψιν ἐν τοῖς λεγομένοις εὐρίσκουτο. Οὐ γὰρ δόγμα τὸν λόγον ποιούμεθα, ὥστε ἀφορμὴν δοῦναι τοῖς διαβάλλουσιν· ἀλλ' ὁμολογοῦμεν ἐγγυμνάσειν μόνον ἑαυτῶν τὴν διάνοιαν, τοῖς προκειμένοις νοήματιν, οὐ διδασκαλίαν ἐξηγητικὴν τοῖς ἐφεξῆς ἀποτίθεσθαι. Τὸ μὲν οὖν συμπλέκεσθαι πρὸς τὰς ἐνστάσεις τὰς ἀπὸ τῆς ἁγίας Γραφῆς ἡμῖν προτεινομένας, καὶ ἐκ τῶν περὶ πῶδα παρὰ τοῦ διδασκάλου ἡμῶν ἐρμηνευθέντων, ὅσα δοκεῖ μὴ συμβαίνειν ταῖς κοιναῖς ὑπολήψει, μηδεῖς ἀπαπειθεῖν τὸν ἐμὸν λόγον. Οὐ γὰρ τοῦτό μοι πρόκειται, τὸ, συνηγορίαν τινὰ τοῖς ἐκ τοῦ προχείρου φαινομένοις ἐναντιώμασιν ἐπινοῆσαι· ἀλλὰ μοι συγχωρηθῆτω κατ' ἐξουσίαν πρὸς τὸν ἴδιον σκοπὸν τὴν τῶν ῥητῶν ἐξετάσαι διάνοιαν· εἴπως ἡμῖν γένοιτο δυνατόν, συμμαχίᾳ Θεοῦ, μενούσης τῆς λέξεως ἐπὶ τῆς ἰδίας ἐμφάσεως, συνηρημένῃν τινὰ καὶ ἀκλόουθον ἐν τῇ κτίσει τῶν γεγονότων ἐπινοῆσαι τὴν θεωρίαν. « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησε, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, » καὶ τὰ ἐφεξῆς ὅσα περιέχει τῆς κοσμογονίας ὁ λόγος, τὰ μὲν δὴ γεγενημένα κατὰ τὴν Ἐξαήμερον ταῦτα. Χρὴ δὲ, οἴμαι, πρὸς τῆς ἐξετάσεως τῶν γεγραμμένων, ἐκεῖνο διημολογη-

⁶ Gen. i, 4.

ἠῆνας τῷ λόγῳ, ὅτι ἐπὶ τῆς θείας φύσεως σύνδρομος ἄ
 ἔστι τῆ βουλήσει ἢ δυνάμει, καὶ μέτρον τῆς δυνά-
 μειως τοῦ Θεοῦ τὸ θέλημα γίνεται· τὸ δὲ θέλημα
 σοφία ἐστίν. Σοφίας δὲ ἶδιον, τὸ μηδὲν ἀγνοεῖν ὅπως
 ἂν τὰ καθ' ἕκαστον γένοιτο. Τῆ δὲ γνώσει συμπέφυκε
 καὶ ἡ δύναμις· ὥστε ὁμοῦ ἔγνω τὸ θέον γενέσθαι,
 συνέδραμεν ἢ ἐξεργαστικῆ τῶν ὄντων ἰσχύς, τὸ νο-
 ηθὲν εἰς ἐνέργειαν ἀγούσα, καὶ οὐδὲν μετὰ τὴν
 γνώσιν ὑπεστερίζουσα, ἀλλὰ συνημμένως καὶ ἀδια-
 στάτως συναναδείκνυται τῆ βουλῆ καὶ τὸ ἔργον.
 Δύναμις γὰρ ἐστίν ἡ βουλή κατὰ ταῦτόν, καὶ ὅπως
 ἂν τὰ ὄντα γένοιτο προβουλεύουσα, καὶ τὰς ἀφορμὰς
 πρὸς τὴν τῶν νοηθέντων ὑπαρξίν ἐκπορίζουσα. Ὡς
 ὁμοῦ τὰ πάντα τοῦ Θεοῦ περὶ τὴν κτίσιν νοεῖσθαι, τὸ
 θέλημα, τὴν σοφίαν, τὴν δύναμιν, τὴν οὐσίαν τῶν
 ὄντων. Τοῦτου δὲ οὕτως ἔχοντος, οὐκέτι ἂν τις στε-
 νοχωροῖτο περὶ τῆς ὕλης διερευνώμενος, τὸ πῶς καὶ
 τὸ πόθεν ἐπιζητῶν· οἷα δὲ λεγόντων ἐστὶν ἀκούειν.
 Εἰ ἄλλός ἐστιν ὁ Θεός, πόθεν ἢ ὕλη, πῶς τὸ ποσὸν
 ἐκ τοῦ ἀόπιστου, καὶ ἐκ τοῦ ἀόπιστου τὸ ὄρατόν, καὶ ἐκ
 τοῦ ἀμεγέθους τε καὶ ἀορίστου, τὸ πάντως ἕγκω τιλ
 καὶ πηλικότερη ὀριζόμενον; καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα
 περὶ τὴν ὕλην ὀράται, πῶς ἢ πόθεν παρήγαγεν ὁ
 μηδὲν ἐν τῆ ἑαυτοῦ φύσει τοιοῦτον ἔχων; Μία γὰρ
 ἑκάστου τῶν περὶ τῆς ὕλης προφερομένων ἡμῖν ἡ
 λύσις, τὸ μήτε ἀδύνατον τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ ὑποτί-
 θεσθαι, μήτε τὴν δύναμιν ἄστρον· ἀλλὰ μετ' ἀλλή-
 λων εἶναι ταῦτα, καὶ ἐν ἀμφοτέροις δεῖκνυσθαι, ὡς
 ἅμα καὶ κατὰ ταῦτόν τῷ ἑτέρῳ συγκαθοροῦσθαι τὸ
 ἕτερον. Τὸ τε γὰρ σοφὸν αὐτοῦ θέλημα τῆ δυνάμει
 τῶν ἐνεργουμένων ἐφανερώθη, καὶ ἡ ἐνεργητικὴ
 αὐτοῦ δύναμις ἐν τῷ σοφῷ θελήματι ἐτελειώθη. Εἰ
 οὖν ἐν τῷ αὐτῷ καὶ κατὰ ταῦτόν ἐστὶν ἡ σοφία καὶ ἡ
 δύναμις οὔτε ἀγνοεῖ ὅπως ἂν ὕλη πρὸς τὴν κατα-
 σκευὴν εὐρεθείη τῶν ὄντων, οὔτε ἀδυνατεῖ τὸ νοηθὲν
 προαγαγεῖν εἰς ἐνέργειαν.

Πάντα δὲ δυνάμει, ὁμοῦ τὰ πάντα δι' ὧν ἡ ὕλη συν-
 ἵσταται τῷ σοφῷ τε καὶ δυνατῷ θελήματι κατεβάλετο
 πρὸς τὴν ἀπεργασίαν τῶν ὄντων, τὸ κοῦφον, τὸ βαρὺ, τὸ
 ναστὸν, τὸ ἀραιὸν, τὸ μαλακόν, τὸ ἀντίτυπον, τὸ ὑγρὸν,
 τὸ ξηρὸν, τὸ ψυχρὸν, τὸ θερμὸν, τὸ χροῖμα, τὸ σχῆμα,
 τὴν περιγραφὴν, τὸ διάστημα· ἅ πάντα μὲν καθ' ἑαυτὰ
 ἔννοιαί ἐστι καὶ ψιλὰ νοήματα. Οὐ γάρ τι τοῦτων ἐφ'
 ἑαυτοῦ ὕλη ἐστίν, ἀλλὰ συνδρομόντα πρὸς ἄλληλα, ὕλη
 γίνεται. Εἰ οὖν τῷ ὑπερέχοντι τῆς σοφίας καὶ τῆς δυ-
 νάμειως, καὶ πάντα οἶδε καὶ πάντα δύναται, τάχα πως
 πρόσεγγίζομεν τῆ ὑψηλῆ τοῦ Μωυσέως φωνῆ, ὅς φησιν·
 Ἐν κεφαλαίῳ (τοῦτο γὰρ ἀντὶ τῆς ἀρχῆς Ἀκλίνας
 ἐκθέδωκε) πεποιθῆσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸν οὐρανὸν
 καὶ τὴν γῆν. Ἐπειδὴ γὰρ εἰσαγωγικὸν πρὸς θεογνω-
 σίαν τὸ τῆς γενέσεως βιβλίον ὁ προφήτης πεποίηται,
 καὶ σκοπὸς ἐστὶ τῷ Μωϋσῆ, τοὺς τῆ αἰσθήσει δεδου-
 λωμένους χειραγωγῆσαι διὰ τῶν φαινομένων πρὸς τὰ
 ὑπερκείμενα τῆς αἰσθητικῆς καταλήψεως· οὐρανῷ
 δὲ καὶ τῆ γῆ ὀρίζεται· ἡμῖν ἢ διὰ τῆς ὕψους γνώσεως·
 διὰ τοῦτο ὡς περιεκτικὰ τῶν ὄντων τὰ ἔσχατα τῶν διὰ
 τῆς αἰσθήσεως ἡμῖν γνωσσομένων ὁ λόγος ὀνόμασεν,
 ἔνα διὰ τοῦ τὰ περιέχοντα εἰπεῖν παρὰ Θεοῦ γεγενῆ-
 σθαι, συμπεριλάβῃ πᾶν τὸ ἐντός τῶν ἄκρων περιεχό-

testatem, ut Dei potestatis mensura sit ipsa voluntas,
 voluntas autem est sapientia. Sapientiae vero po-
 prium est, non ignorare quomodo unumquodque fiat.
 Porro cognitionem potestas sequitur. Quapropter
 simul et facienda cognovit, et nulla interposita mo-
 ra concurrit rerum effectrix vis, quae cognita per-
 ficeret, et sine ullo intervallo cum voluntate con-
 junctum opus continenter ostensum est: quando-
 quidem potentia voluntas est, eodemque momento
 prospicit quomodo res fiant, et occasiones praebet,
 ut cogitata sint facta. Quamobrem omnia quae in
 Deo sunt, ad rerum procreationem pertinentia si-
 mul cogitantur, voluntas, sapientia, potestas et re-
 rum ipsarum natura. Quae cum ita sint, nemo am-
 plius, quomodo aut unde, perscrutando inquiren-
 doque torquetur; solent enim quidam ad hunc
 modum percontari: Si materia, inquam, Deus vac-
 cat, unde materia? quomodo autem quantum ex eo,
 qui caret quantitate, aut aspectabile ex illo, qui cerni
 non potest? aut ex eo, qui nulla mole circumscriptus
 est, id quod aliqua omnino magnitudine amplitudine-
 que concluditur? Haec et alia omnia ejusdem generis,
 quae in ipsa materia videntur, quoniam pacto, aut
 unde produxit ille, qui in natura sua nihil habet ejus-
 modi? Ad singulas eorum, quae de materia proferun-
 tur quaestiones, una illa nobis solutio est: nec Dei
 sapientiam, impotentem; nec potentiam, insipientem
 proponi, sed inter se mutuo conjuncta esse, et utra-
 que unum ostendi, ut simul pariterque in utroque al-
 terum cernatur. Siquidem et sapiens ipsis voluntas
 potestate factorum est declarata, et effectrix ejus
 potestas in ipsis sapiente voluntate perfecta est.
 Proinde, si et in eodem et simul sapientia est, atque
 potentia; nec ignorat, quomodo ad rerum composi-
 tionem inveniatur materia, nec invalidus est ad
 illud efficiendum, quod novit.

Itaque cum omnia possit, ad rerum procreationem
 sapienti potentique voluntate simul omnia contulit,
 levitatem, gravitatem, densitatem, raritatem, mol-
 litudinem, duritiam, humiditatem, siccitatem, tri-
 giditatem, caliditatem, colorem, figuram, circum-
 scriptionem, intervallum: quae quidem singula sunt
 tenues quaedam nudaeque notiones; nihil enim ho-
 rum unum per se materia est, sed cuictis inter se
 concurrentibus materia fit. Si igitur sapientiae po-
 tentiaeque praestantia et omnia novit, et potest omnia,
 aliquo modo fortasse ad excelsam Mosis vocem
 acceptimus, qui, « in summa, » inquit (sic enim
 Aquilas pro, « in principio, » vertit) fecit Deus cœ-
 lum et terram. Quoniam enim procreationis librum
 composuit propheta, ut ad Dei cognitionem dux
 esset, idque Mosi propositum fuit, ut eos qui sensi-
 bus obnoxii devinctique sunt, per ea quae cernuntur,
 ad illa perduceret quae sensibus comprehendi non
 possunt; cœlo autem et terra nostra per oculos co-
 gnitio terminatur; ideoque extrema eorum quae
 sensu a nobis percipiuntur, tanquam res omnes
 complectentia nominavit, ut ea quae complectuntur,
 a Deo facta esse commemorans, comprehenderet

quidquid ab illis continetur, et pro eo, ut diceret, **A** simul omnia Deum fecisse, « in summa » sive « in principio, » dixit, Deum fecisse cælum et terram. Utriusque autem vocis una significatio est : principium enim, et summa æque declarant simul. Quare per « summam » ostendit omnia simul fuisse procreata, et per « principium » cuncta, momento, et sine ullo temporis spatio tacta fuisse significat. Principium enim non patitur, ut ullum intervallum cogitemus. Nam ut punctum est principium lineæ, et individuum corporis, sic momentum ipsius temporis. Rerum igitur simul omnium constructio ab incredibile potentia Dei profecta, principium a Mose, seu summa in qua consistit universitas, nominatur. Ille, dum rerum extrema prosequitur, tacite etiam indicat quæ ipsis comprehenduntur extremis. Extrema dico, habita ratione sensus humani, qui nec sub terram penetrat nec cælum transcendit. In principio igitur mundum esse conditum dicens, significat rerum omnium occasiones et causas, et potestates a Deo fuisse confectas, et ad primum voluntatis illius motum res singulas exstitisse, cælum, æthera, stellas, ignem, aera, mare, terram, animalia, plantas : quæ quidem omnia Dei oculo cernebantur, potestatis ratione conspicua, ut inquit propheta : « Qui videt omnia prius, quam fiant⁷. » Sed potestate, sapientiaque ad singularum mundi partium perfectionem collata, necessaria quaedam serie ordine quodam consecuta est, ut unum aliquod ex tota rerum universitate primum exstiterit, et apparuerit. Deinde post illud necessario alterum secutum. Tum, ut artifex natura cogebat, tertium et quartum, et quintum, et reliqua deinceps, non casu et fortuna, inordinato et ceteri quodam motu, sed ut necessarius naturæ ordo in rebus disponendis requirebat, ita singula facta fuisse narrat, et de naturalibus institutis philosophatur. Quasdam etiam voces imperantis Dei, singulis rebus quæ generantur, assignat, idque recte, et convenienter facit. Quidquid enim ordine sapienterque factum est, quamdam veluti vocem Dei vicissim refert.

φιλοσοφῆσαζ. Καὶ φωνὰς τινὰς τοῦ Θεοῦ προσακτικὰς ἐκάστου τῶν γινομένων προσγράφων, καλῶς καὶ θεοπρεπῶς καὶ τοῦτο ποιῶν. Ἡὲν γὰρ τὸ καθ' εἰρμόν τινα καὶ σοφίαν γινόμενον τοῦ Θεοῦ, τὸς ἀντικρύς ἐστι φωνή.

Itaque cum Dei naturam ignoremus, ipsam potentiam ipsamque sapientiam animo concipientes, Deum mente nos credimus comprehendisse. Idecirco quando conditus est orbis universus, antequam singule partes ipsius apparerent, tenebris totus obtegebatur, quia splendor ignis, quæ sub materiæ particulis latitabat, nondum effulserat. Etenim, quemadmodum silices in tenebris obscuræ jacent, licet vim lucidam atque illustrantem naturaliter in se contineant, quippe quæ pariant ignem, si inter se collidantur, scintilla vero ab ipsi prokata, splendore illius ipsæ quoque cernuntur : sic obscura cæcæque erant omnia prius quam pellucida atque illustrans natura in apertum proferretur. Nam cum uno divinæ voluntatis motu nuper indistincta rerum universitas simul exstitit-

⁷ Dan. xiii, 42.

μενον, καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ὅτι ἀθρόως πάντα τὰ ὄντα ὁ Θεὸς ἐποίησεν, εἶπεν ἐν κεφαλαίῳ, ἦτοι ἐν ἀρχῇ πεποιτηκέναι τὸν Θεὸν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Μία δὲ τῶν δύο φωνῶν ἡ σημάσια, τῆς τε ἀρχῆς καὶ τοῦ κεφαλαίου. Δηλοῦται γὰρ ἐπίσης δι' ἐκατέρων τὸ ἄθροον· ἐν μὲν γὰρ τῷ κεφαλῷ, τὸ συλλεβδὸν τὰ πάντα γεγενῆσθαι περιίσταται, διὰ δὲ τῆς ἀρχῆς δηλοῦται τὸ ἀκαρὲς τε καὶ ἀδιάστατον. Ἡ γὰρ ἀρχὴ παντὸς διαστηματικοῦ νοήματος ἀλλοτριῶς ἔχει. Ὡς τὸ σημεῖον ἀρχῆς τῆς γραμμῆς, καὶ τοῦ ὄγκου τὸ ἄτομον, οὕτως καὶ τὸ ἀκαρὲς τοῦ χρονικοῦ διαστήματος. Ἡ οὖν ἀθρόα τῶν ὄντων παρὰ τῆς ἀφράστου δυνάμεως τοῦ Θεοῦ καταβολή, ἀρχὴ παρὰ τοῦ Μωϋσέως, ἦτρον κεφαλαίον κατονομάσθη, ἐν ᾗ τὸ πᾶν συστήναι λέγεται. Τὰ μὲν ἄκρα τῶν ὄντων εἰπὼν· τὰ δὲ μέσα κατὰ τὸ σιωπώμενον τοῖς ἄκροις συνενδοεξάμενος. Ἄκρα δὲ φημι, διὰ τὴν ἀθρωπίνην αἰσθησιν, ἡ οὔτε εἰς τὰ ὑπὲρ γῆν διαδύεται, οὔτε τὸν οὐρανὸν διαβαίνει. Οὐκοῦν τοῦτο νοεῖν, ἡ ἀρχὴ τῆς κοσμογονίας ὑποτίθεται, ὅτι πάντων τῶν ὄντων τὰς ἀφορμὰς καὶ τὰς αἰτίας, καὶ τὰς δυνάμεις, συλλεβδὸν ὁ Θεὸς ἐν ἀκαρεῖ κατεβάλλετο, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ θελήματος ὀρμῇ, ἡ ἐκάστου τῶν ὄντων οὐσία συνέδραμεν, οὐρανὸς, αἰθῆρ, ἀστέρες, πῦρ, ἄηρ, θάλασσα, γῆ, ζῶον, φυτὰ· ἃ τῷ μὲν θεῷ ὀφθαλμῷ πάντα καθωρῶτο, τῷ τῆς δυνάμεως λόγῳ δεικνύμενα, τῷ, καθὼς φησιν ἡ προφητεία, « εἰδότε πάντα πρὸ τῆς γενέσεως αὐτῶν. » Τῇ δὲ συγκαταβληθείσῃ δυνάμει τε καὶ σοφίᾳ πρὸς τὴν τελείωσιν ἐκάστου τῶν μορίων τοῦ κόσμου, εἰρμός τις ἀναγκαῖος κατὰ τινα τάξιν ἐπηκολούθησεν, ὥστε τὸ πῦρ προλαβεῖν μὲν καὶ προεφανῆσαι τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῷ παντὶ θεωρουμένων, καὶ οὕτω μετ' ἐκεῖνο, τὸ ἀναγκαῖως τῷ προλαβόντι ἐπόμενον, καὶ ἐπὶ τούτῳ τρίτον, ὡς ἡ τεχνικὴ συνηγάκαζε φύσις· τέταρτον τε καὶ πέμπτον, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς κατὰ τὸ ἐφεξῆς ἀκολουθίας, οὐκ αὐτομάτῳ τινὶ συντυχίᾳ, κατὰ τινὰ ἄτακτον καὶ τυχαίαν φορὰν, οὕτως ἀναφανόμενα. Ἄλλ' ὡς ἡ ἀναγκαῖα τῆς φύσεως τάξις ἐπιζητεῖ τὸ ἐν τοῖς γινομένοις ἀκόλουθον, οὕτως ἕκαστα γεγενῆσθαι φησιν ἐν διηγήσεως εἶδει περὶ τῶν φυσικῶν δογμάτων

Διότι Θεοῦ μὲν οὐσίαν ἦστιν, οὐ γινώσκομεν· τὴν δὲ αὐτοσοφίαν καὶ τὴν αὐτοδύναμιν ἐν νῷ λαβόντες, τὸν Θεὸν ἀνεληφέναι τῇ διανοίᾳ πιστεύομεν. Τοῦτου χάριν ὅτε τὸ ὅλον ἐγένετο, πρὶν ἕκαστον τῶν συμπληρούντων τὸ ὅλον ἐφ' ἑαυτοῦ δειχθῆναι, ζῆλος τῷ παντὶ ἐπεκέχυστο· οὕτω γὰρ ἐξεφάνη τοῦ πυρὸς ἡ αὐγὴ ὑποκεκρυμμένη τοῖς μορίοις τῆς ὕλης καθάπερ καὶ αἱ ψηφίδες ἀφανεῖς ἐν τῷ σκότει μόνουσιν, εἰ καὶ φυσικῶς ἐν ἑαυταῖς τὴν φωτιστικὴν ἔχουσι δύναμιν, διὰ τῆς πρὸς ἀλλήλας συμπίπτειν τὸ πῦρ ἀποτίκτουσαι, τοῦ δὲ σπινθήρος ἐξ αὐτῶν ἀναφανέντος, κακείναι τῇ λαμπρότινι τοῦτου συνανεφάνθησαν· οὕτως ἀόρατὰ τε καὶ ἀφανῆ τὰ πάντα ἦν, πρὶν τὴν φωτιστικὴν οὐσίαν εἰς τὸ ἐκφανὲς προσελθεῖν. Ἄρτι γὰρ ἀθρόως ἐν τῇ μιᾷ ῥοπῇ τοῦ θεοῦ θελήματος

ἀδιακρίτως τοῦ παντός ὑποστάντος, καὶ τῶν στοι- A
χείων πάντων ἐν ἀλλήλοις πεφυρμένων, τὸ πανταχοῦ
κατεσπαρμένον πῦρ ἐπεσκοτεῖτο, τῷ πλεονάζοντι τῆς
ἕλης ἐπιπροσθούμενον. Ἐπεὶ δὲ ὄξειά τις ἐστὶν ἡ
δύναμις αὐτοῦ καὶ εὐκίνητος, ὁμοῦ τὸ δοῦναι τῇ
φύσει τῶν ἔντων πρὸς τὴν τοῦ κόσμου γένεσιν παρὰ
τοῦ Θεοῦ τὸ ἐνδοσίμω, πάσης τῆς βαρυτέρας φύσεως
προσεξέσθω, καὶ εὐθύς τῷ φωτὶ τὰ πάντα περιηγά-
ξωτο. "Ὁ δὲ κατὰ τὸν τῆς σοφίας λόγον, τῇ δυνάμει
τοῦ πεποιηκότος ἐγένετο, ὡς λόγος Θεοῦ προστακτι-
κῶ, παρὰ τοῦ Μωϋσέως ἐμνημονεῖσθαι, « Εἶπεν ὁ Θεός,
Ἰενθῆτω φῶς », καὶ ἐγένετο φῶς. » Ἐπὶ γὰρ τοῦ
Θεοῦ, κατὰ γε τὴν ἡμετέραν ὑπόληψιν, τὸ ἔργον λό-
γος ἐστί. Διότι πᾶν τὸ γινόμενον, λόγῳ γίνεται· καὶ
ἀλογόν τι καὶ συντυχικὸν καὶ αὐτόματον ἐν τοῖς
Θεῶν ὑπερτώσει νοεῖται οὐδέν. Ἀλλὰ χρὴ ἐκάστῳ
τῶν ἔντων καὶ λόγον τινὰ σοφόν τε καὶ τεχνικὸν
ἐγκρίσθαι πιστεύειν, κἂν κρεῖττον ἢ τῆς ἡμετέρας
ἔλξης. Τί οὖν εἶπεν ὁ Θεός, ἐπειδὴ λόγου παραστακ- B
τικῆ ἐστὶν ἡ τοιαύτη φωνή, Θεοπροπῶς, ὡς οἶμαι, νοήσο-
μεν εἰς τὸν ἐγκείμενον τῆς κτίσεως λόγον τὸ βῆτὸν
ἀναφέροντες. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ τὰς
τοιαύτας φωνὰς ἡμῖν ἐξηγήσατο εἰπὼν· « Πάντα ἐν
σοφίᾳ ἐποίησας. » Τὰ γὰρ παραστακτικὰ τῆς τῶν ἔν-
των κτίσεως βήματα, ἃ παρὰ τοῦ Μωϋσέως ἐκ τῆς
Θείας φωνῆς ἀναγέγραπται, ταῦτα ὁ Δαβὶδ τὴν ἐν-
θεωρουμένην τοῖς γεγονόσι σοφίαν ὠνόμασεν. "Ὅθεν
καὶ διηγεῖσθαι λέγει τοὺς οὐρανοὺς ὄψαν Θεοῦ, δη-
λαδῆ τῆς ἐμφανινομένης αὐτοῖς τεχνικῆς θεωρίας διὰ
τῆς ἑναρμονίου περιγραφῆς, ἀντὶ λόγου γινόμενης τοῖς
ἐπιστήμοσιν. Εἰπὼν γὰρ διηγεῖσθαι τοὺς οὐρανοὺς,
καὶ ἀναγγέλλειν τὸ στερέωμα, διορθοῦται τοὺς παχύ-
τερον τῶν λεγομένων ἀκούοντας· καὶ ἴσως καὶ φωνῆς C
ἤχον καὶ λόγον ἑναρθρον ἐκ τῆς τῶν οὐρανῶν διηγήσεως
προσδεχομένους, ἐν οἷς φησιν, οἷ· Οὐκ εἰσὶ λαλιὰ,
οὐδὲ λόγοι ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν,
ἵνα δεῖξῃ ὅτι ἡ ἐν τῇ κτίσει θεωρουμένη σοφία,
λόγος ἐστί, κἂν μὴ ἑναρθρος ᾖ. Καὶ πάλιν τοῦ Μωϋ-
σέως διεξοδικὰς τινὰς τοῦ Θεοῦ φωνὰς πρὸς αὐτὸν
γεγενησθαι εἰπόντος ἐν τῇ θαυμαστοποιίᾳ τῶν ἐν Αἴ-
γύπτῳ σημείων, ὑψηλότερον ἢ κατὰ τὴν τῶν πολλῶν
ὑπόληψιν ὁ Παλαμῶδς ἐξηγήσατο εἰπὼν, « Ἔθετο ἐν
αὐτοῖς τοὺς λόγους τῶν σημείων αὐτοῦ, καὶ τῶν
τεράτων αὐτοῦ ἐν γῆ Χαμ. » Τῷ γὰρ λόγῳ τινὲ τὴν
ὀπεργαστικὴν ἐκάστου τῶν γινόμενων δυνάμιν εἰς
ἐπιέργειαν ἀγεσθαι, σαφῶς διὰ τῆς φωνῆς ταύτης ὁ
Παλαμῶδς ὑπηνέξατο, ὡς οὐκ ἐν βήματι ἔντος τοῦ
λόγου, ἀλλὰ τῆς εἰς τὰ σημεία δυνάμεως, οὕτως ὠνο- D
μασμένης.

Ὁμοῦν καὶ ἐνταῦθα προσέδραμε μὲν καὶ ἀπε-
κρίθη τῶν ἔντων ἐν τῷ ταχῆι τε καὶ εὐκίνητῳ τῆς
φύσεως ἡ φωτιστικὴ δύναμις, ἐαυτὴν τῶν ἑτεροφυῶν
ἀποκρίνουσα, καὶ τὸ περιλαμψέν ἅπαν διὰ τῆς
ἀταυγαστικῆς αὐτοῦ δυνάμεως κατεφωτίσθη. Ἐπὶ δὲ
λόγῳ ταῦτα ἐνεργεῖ τοῦ πυρὸς ἡ οὐσία, μόνου Θεοῦ
ἐστὶν εἰπεῖν, τοῦ ἑναποθεμένου τὸν φωτιστικὸν λόγον
τῇ φύσει· καὶ τοῦτο διὰ τῆς ἰδίας γραφῆς καὶ ὁ μέ-

set, omniaque elementa inter se concreta permis-
staque essent, ignis qui ubique disseminatus erat,
obscurus jacebat, materiaeque impotentia supprime-
batur : verum quoniam vis ejus velox atque
agilis est, simul atque rerum naturae ad mundi con-
stitutionem a Deo motus principum atque incitatio
adhibita est, ante illa omnia quae graviora sunt,
exsiliens, lumine euncta statim illustravit. Hoc autem
sapientiae ratione fecit potentia conditoris,
qui, ut ejus jubentis oratio a Mose describitur,
« Fiat, inquit, lux, et facta est lux » : oratio
enim et ratio in Deo, ut ego sentio, est opus et
factum. Quidquid enim ab eo fit, ratione fit. Et in
iis quae a Deo proficiscuntur, nihil a ratione alienum,
nihil inordinatum aut fortuitum animadvertitur.
Quare credendum est, in rebus singulis sapientem
quandam ac solertem inesse rationem, longe tamen
prestantiorem, quam ut aspectu nostro comprehen-
datur. Quod igitur dixit Deus, quando rationis im-
perantis ea vox est, non indignam, opinor, Dei cogi-
tationem suscipiemus, si ad rationem rei procre-
atione insitam retulerimus. Sic enim has
voces magnus etiam David nobis exposuit : « Om-
nia, » inquit, « in sapientia fecisti ». Nam impe-
rantia rerum conditarum verba, quae a Mose ex di-
vina voce descripta sunt, David ipse conspectam
in rebus generatis sapientiam appellavit. Quocirca
caelos etiam ait narrare gloriam Dei ¹⁰. Artificiosum
nimirum, quod in ipsis ex conversionis concentu
spectaculum visitur, apud peritos munere fungitur
orationis. Caelos autem enarrare, et firmamentum
annuntiare dicens, erudit eos, qui ejusmodi verba
crassius intelligerent, et fortasse vocis etiam sonum,
distinctumque sermonem ex narratione caelorum
expsectarent, dum inquit ¹¹, non esse loquelas
neque sermones, quibus non audiantur voces eor-
um, ut sapientiam, quae in rebus procreatis per-
spicitur, orationem esse declaret, licet haud articu-
late distincteque non pronuntietur. Rursus, cum
magnificis quibusdam vocibus Deum sibi locutum
esse dixisset Moses, dum admiranda illa signa edet
in Aegypto, id ipse David sublimius multo, quam
ut quilibet suspicetur, explicavit, « Posuit, » in-
quit, « in eis verba signorum ejus, et prodigio-
rum ipsius in terra Cham ¹². » Haec enim voce Pro-
pheta, vim earum rerum admirabilem effectricem,
ratione quadam eas exsecutam, planissime demon-
stravit, cum non rationem in verbis consistentem, sed
signorum efficiendorum potestatem ita nominaret.

Sic igitur etiam tunc anteverit, et celeritate
mobilitateque sua, vis illuminandi a rerum univer-
sitate secessit, neque ipsam ab aliis naturis sejun-
xit, atque ita splendida illius potentia illustratus est
orbis. Qua autem ratione haec effecerit ignis natura,
soli Dei est explicare, qui naturae vim inserti
illuminandi atque illustrandi quod Scriptura sua
magnus etiam Moses testatur, cum ait : « Dixit

⁸ Gen. i, 5. ⁹ Psal. ciii, 21. ¹⁰ Psal. xviii, 2.

¹¹ Ibid. 4. ¹² Psal. civ, 27.

Deus, Fiat lux; et ejusmodi verbis, ut arbitror significans, divinam orationem esse lucis opus omnium humanam cogitationem superantem. Nos enim quod factum est tantummodo aspicimus, sensuque percipimus, et admiramur. Ubi autem ignis latitans repente generetur, sive ex lapidum collisione, sive ex adiarum rerum attritu prosiliat, et quænam vis id, quod ab ipso comprehenditur, exeat, atque consumat, quæque aerem flamma collustret, neque cernere possumus, neque ulla cogitatione complecti; sed in solo Deo tam mirificæ rei rationem reconditam esse dicimus, qui arcana potestatis ratione in igne lucem ingenerat. Quæmodum sermone suo Moses attestatur, et dixit, inquitens, « Deus, Fiat lux, et facta est lux, et vidit Deus lucem esse bonam¹³. » Vere enim Dei solius est fatueri quomodo sit ita bona; imbecillitas autem nature nostre, quod fit, perspicit illa quidem; qua ratione autem fiat, nec perspicere potest, nec laudare: laudantur enim quæ cognoscuntur, non autem quæ ignoantur. « Vidit » igitur, inquit, « Deus lucem esse bonam, et divisit Deus inter lucem et tenebras¹⁴. » Rursum Moses, quod naturali quodam ordine atque concentu fit, necessario ad Deum auctorem refert, ex iis quæ dicta sunt, ut ego sentio, docens, omnia quæ necessario ordine se consequentia proditura erant, Deo primum fuisse cognita. Etenim cum natura illa lucida atque illustrandi vim habens, quæ in rerum universitate disseminata dispersaque erat, ad id quod sibi cognatum ac simile erat, accurreret, seque tota colligeret, necessario ea quæ a reliqua elementorum materia contracta remanebant, obscurabantur: et hæc obscuratio tenebræ erant. Quod igitur consecutum est, ne quis in fortuitum aliquem casum rejiceret, Moses esse Dei opus asseruit, qui rebus conditis eam tribuisset facultatem. Ignis autem naturam et celerem esse, et ad superiora tendentem, semperque mobilem, ex iis quæ videntur, cuilibet patet. Et hæc quidem per hoc principium intelligenda proponuntur. Illud autem in genere narrationis historicæ a Mose conscriptum est: « Et factum est vespere, et factum est mane¹⁵. » Quis enim ignorat, cum res procreate ita divisæ sint, ut aliæ mente, aliæ sensibus comprehendantur, omne legislatoris studium nunc eo dirigi, non ut eas quæ mente atque animo percipiuntur, exponat, sed ut iis quæ cernuntur rerum sensibus obnoxiarum ornatum et dispositionem ostendat?

Cum igitur ignis, qui natura sua celerrime sursum tendit, tanquam sagitta ab arcu emissa ab aliis elementis progrediens ex universitate rerum ante exsilivisset, et quam cogitari possit celerrime, ceteras sensui adimes res pertransisset, nec motum rectum longius valeret producere, quod res illæ quæ mente solum percipiuntur, nullo pacto cum istis, quæ sensibus sunt expositæ, quævis est etiam

habere umbraculum præbuit, et eos qui me superioribus psalmis conculcabant, dedit in opprobrium, et pudore affectit. « Misit enim Deus misericordiam suam, et veritatem suam, et liberavit animam meam de medio catulorum. » Vere catuli fuerunt mihi prius peccata, vel catuli leonum, qui me terrifico illo hiatu et unguium acuminibus dilacerabant, sed venerunt auxiliatores misericordia et veritas. Pulchra conjunctio; neque enim sine iudicio misericordia est, neque veritas sine misericordia: harumque subsidio liberabor a convicto et consuetudine catulorum. Istæ bestiae sunt, inquit, « filii hominum, » quorum « dentes arma et sagittæ, et lingua eorum gladius acutus. » Non habet naturæ nostræ fabrica talia membra, hominum ori loco dentium indita, sed cum quis similis sit, quoad affectiones, et transformatus fuerit in malitiam, deperdita naturali forma, bestia efficitur: ob id mentione leonum facta, filios hominum nominat, quibus dentes et lingua sunt belli instrumenta.

Qui igitur cogitatione tantum sublevatus est, ut sub umbra alarum divinarum habitet, utque a terra in cœlestem sortem assumatur (dicit enim: « Misit de cœlo, et liberavit me »), is non respicit amplius ad terrena, sed ei que est in cœlestibus gloriæ studet. « Exaltare, » inquit, « super cœlos, Deus, et super omnem terram gloria tua; » enarransque hostium impressiones, ipsis suis malis eos circumnagi dicit, et velut in foveam decidere; ait namque: « Laqueum paraverunt pedibus meis, et incurvaverunt animam meam, foderunt ante faciem meam foveam, et inciderunt in eam. » Ipse vero se paratum ait laudibus celebrandi divinam gloriam. Quam beatus ille, ob tantam naturæ ingentiam felicitatem, cui cor ad decantandam divinam gloriam præparatum est, recipiens intra se id quod capi nequit. Expeditum autem et paratum sese affirmans, ait debet odam seu canticum, sed animata illa que habebat instrumenta ad celebrationis ministerium advocat, « Exsurge, » inquit, « psalterium et cithara, » id quod duplicis hominis, ejus qui videtur, et qui oculos fugit, harmoniam et concentum divinas efferendi laudes, indicat, obediuntque vocanti organa. Tempus vero hujusmodi musices diluculum est; neque enim his qui opera tenebrarum non abjiciunt, gloria Dei exsuscitatur. « Exsurgam » igitur « diluente, » clamat psalterium et cithara ad vocantem, sicque pollicetur se Deo gratiarum actionem persoliturum, quam confessionem nominat completam in populis et gentibus. Dividitur enim juxta duo hæc nomina æqualiter gratia fidei ad populos et gentes. Non enim Judæorum solum Deus, sed et gentium, cum unus sit « Deus, qui justificat circum-cisionem ex fide, præputium per fidem ». Propterea quasi duplici fonte divine benedictionis super utrosque effuso, et parte quidem in populo, parte vero in gentes diffusa, pro utraque propheticus sermo gratias agit

αὐτοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ, καὶ ἐβόουσα τὴν ψυχὴν μου ἐκ μέσου σκύμωνων. » Σκύμνοι δὲ ὄντως μοι ἦσαν αἱ ἀμαρτίαι τὸ πρότερον, ἦτοι σκύμνοι λεόντων, οἱ τῷ φοβερῷ χάρματι, καὶ ταῖς τῶν ὀνύχων ἀκμαῖς κατασπάρασσον. Ἄλλ' ἦλθον οἱ σύμμαχοι, ὁ Θεὸς τε καὶ ἡ ἀλήθεια, ἡ καλὴ συζυγία. Οὔτε γὰρ ἀκριτος ὁ Θεός, οὔτε ἀνελεῆς ἡ ἀλήθεια. Καὶ διὰ τούτων ἐλευθεροῦμαι τῆς μετὰ τῶν σκύμωνων τούτων διαγωγῆς. Τὰ δὲ θηρία ταῦτα, φησὶν, « οἱ υἱὸ ἀνθρώπων » εἰσὶν, ὧν « οἱ ὀδόντες ὄπλα καὶ βέλη, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν μάχαιρα ὀξεῖα. » Οὐκ οἶδεν ἡ τῆς φύσεως ἡμῶν κατασκευὴ τὰ αἰσθητὰ μέλη ταῦτα τοῖς ἀνθρωπίνους στόμασιν ἀπὸ ὀδόντων ἐγκείμενα, ἀλλ' ὅτ' ἄν τις ὁμοιωθῆ πρὸς τὸ πάθος, καὶ μεταμορφωθῆ πρὸς τὴν ἐπικρατοῦσαν κακίαν, ἀπολέσας τὴν κατὰ φύσιν μορφήν, θηρίον γίνεται. Διὰ τοῦτο λεόντων μνησθεὶς τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων ὀνόμασεν, ὧ ὀδόντες καὶ γλῶσσα, τὰ τοῦ πολέμου ὄργανα.

Ὁ οὖν τοσοῦτον ὑπεραρθείς τὴν διάνοιαν, ὡς ὑπὸ τὴν σκίαν τῶν θεῶν περιρῶν αὐλίεσθαι, καὶ ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὴν οὐρανίον λήξην ἀναληφθῆναι (« Ἐξάπεστεν ») γὰρ, φησὶν, « εἰς οὐρανοῦ, καὶ ἔωσέν με », οὐκέτι πρὸς τὰ περιγίαια βλέπει, ἀλλὰ τὴν ἐν τοῖς ἐπουρανοῖς δόξαν περιεργάζεται, (« Ἰψόθητι, » λέγων, ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς, ὁ Θεός, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου. » Καὶ διεγρούμενος τὰς τῶν ἐχθρῶν προσβολὰς, ἐκείνοις φησὶν αὐτοῖς τοῖς ἐαυτῶν κακοῖς περιστρέφεσθαι τοῖς βόροις καταπίπτοντας. Φησὶ γὰρ, ὅτι « Παχίδα ἠτοίμασαν τοῖς ποσὶ μου, καὶ κατέκαμψαν τὴν ψυχὴν μου. Ὄρουξαν πρὸ προσώπου μου βόθρον, καὶ ἐνέπεσον εἰς αὐτόν. » Ἀυτοὺς δὲ ἐν ἐτοιμίῳ εἶναι φησὶν τοῦ τὴν θεῖαν δόξαν δι' εὐφρημίας ὑμνεῖν. Ἄς μακρότερος τῆς τοσαύτης μεγαλοφυΐας ἐκεῖνος, οὗ ἡ καρδία πρὸς εὐφρημίαν τῆς θείας δόξης ἠτοίμασται, χωροῦσα ἐν ἐαυτῇ τὸ ἀχώρητον· εὐτεπέψ τε εἶναι λέγων καὶ ἔτοιμος, καὶ οὐκ ἀναβάλλεται τὴν ᾠδὴν, ἀλλὰ προσκαλεῖται τὰ ζῶντα αὐτοῦ ὄργανα ὀνομαστὴ πρὸς τὴν τῆς ὑμνωδίας ὑπηρεσίαν καλῶν, (« Ἐξεγέθητι, » λέγων, « ψαλτήριον καὶ κιθάρα. ») Ὅπερ τοῦ διπλοῦ ἀνθρώπου τοῦ φαινομένου τε καὶ κεκρυμμένου, τὴν ἐναρμόνιον συνῶδιαν πρὸς τὴν θεῖαν δοξολογίαν ἐνδείκνυται, καὶ ὑπακούει τῷ καλοῦντι τὰ ὄργανα.

Ὁ δὲ καιρὸς τῆς τοιαύτης μουσικῆς ἕρπρος ἐστίν. Οὐδὲ γὰρ τῶν μὴ ἀποθεμένων τὰ ἔργα τοῦ σκότους ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ διεγείρεται. « Ἐξεγερθήσομαι » οὖν « ἐν τῷ ἕρπρω, » φησὶ πρὸς τὸν καλοῦντα τὸ ψαλτήριον τε καὶ τὴν κιθάρα. Καὶ οὕτως ἐπαγγέλλεται πληρῶσειν τῷ Θεῷ τὴν εὐχαριστίαν, ἣν ἐξομολόγησιν λέγει, ἐν ταῖς πληρουμένῃ καὶ εἴθουσι. Μεριζέται γὰρ πρὸς τὰ δύο ταῦτα ὀνόματα κατὰ τὸ ἔσον ἡ χάρις τῆς πίστεως, πρὸς τε τοὺς λαοὺς καὶ τὰ ἔθνη. Οὐ γὰρ Ἰουδαίων ὁ Θεός μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔθνων. Ἐπίπερα εἶς ὁ Θεός, ὃς δικαιοῦσαι περιτομὴν ἐκ πίστεως, ἀκριβοῦσίαν διὰ τῆς πίστεως. Διὰ τοῦτο καθάπερ διπλοῦ τινος βέβηματος τῆς θείας εὐλογίας ἐπ' ἄμφω χυθείσης, πῆ μὲν ἐπὶ τοὺς λαοὺς, πῆ δὲ πρὸς τὰ ἔθνη διαρε-

⁵ Rom. iii, 30.

θεϊστής, ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἢ προφητεία τῷ Θεῷ προσάγει τὴν εὐχαριστίαν, ὅτι τῆς ἀμαρτίας εἰς ἄπειρον αὐξηθείσης, ὑπερέχει ἐν τῷ ἰδίῳ μεγέθει ὁ τοῦ Θεοῦ ἔλεος, καὶ αὐτοῦ τοῦ οὐρανόυ ὕψους ὑπεράνω γενόμενος. « Μέγα » γὰρ, φησὶν, « ἐπάνω τῶν οὐρανῶν τὸ ἔλεός σου. » Τὰ βήματα τῆς ὑπὲρ τούτων δοξολογίας οἴμαι τὰς τελευταίας εἶναι τῆς ψαλμωδίας φωνάς, ἐν οἷς φησιν : « Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς, ὁ Θεός, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου. » Ὅσον γὰρ πλεονάζει κατὰ γῆν ἢ τοῦ Θεοῦ δοξολογία ἢ διὰ τῶν σωζομένων ἐκ πίστεως ἐπαυξημένη, τοσοῦτον αἱ ὑποκρίσεις δυνάμεις ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ ἡμῶν ἀγαλλιώμεναι, τὴν θεὸν ἀνυμνοῦσά τε καὶ δοξολογοῦσιν, καθὼς φησιν ἐπὶ τῶν ποιμένων ἢ ἐπουράνιους στρατιὰ, ὅτε ἴδον οἱ ἄγγελοι ἐπὶ γῆς τὴν εἰρήνην τὴν ὑπὲρ τῆς ἐν ἀνθρώποις εὐδοκίας τῷ βίῳ ἡμῶν ἐπιφανέσταν, ὅτι : « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ΄.

Τούτου δὲ τοῦ ὕψους τῆς ψαλμωδίας ἢ ὑπερκειμένη διαδοχῇ τοσοῦτον ἐπὶ τὸ μεγαλύτερον διαφέρει, ὅσον ἐξ αὐτῶν ἔστι τῶν γεγραμμένων μαθεῖν. Καὶ ὡσπερ ἐν τοῖς ὄρμευσιν ὁ τὴν νικητὴν τῶν ἄλλων παραδραμῶν, μείζονα τοῦ προτέρου τὴν δόξαν ἔρατο, κρείττων ἐπίδειχθεὶς τοῦ προτρέχοντος· οὕτως ἔοικεν ἢ ἐβδόμῃ τε καὶ πεντηκστῇ ψαλμωδίᾳ, μεγάλῃς ἐπίδειχθείσης κατ' ἔννοιαν τῆς προδιηγουμένης, νικᾶν αὐτὴν τῇ μεγαλοφυίᾳ τοῖς ἰδίῳ νοήμασιν· ὡς γὰρ ἐκείνη κατὰ τῶν ἄλλων εἶχε τὰ νικητήρια, οὕτως αὕτη τῆς ὑπερεχούσης τῶν ἄλλων τὸ πλεόν ἔχει· καὶ ταύτη γὰρ μαρτυρεῖ τὴν νίκην ἢ « Εἰς τὸ τέλος » ἐπιγραφῇ. Ἄλλ' ἔοικε μὴ τοσοῦτον τὴν τῶν ἀντιπάλων ἦσταν, ἀλλὰ τὸν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς πλεονασμῶν ἐπὶ ταύτης τῆς νίκης ὁ λόγος διαμαρτύρεσθαι. Ἐχει δὲ τῆς ἐπιγραφῆς οὕτως ἢ λέξις : « Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρης, τῷ Δαβὶδ εἰς στηλογραφίαν. » Ποσάκις ὁ τῆς μακροθυμίας ἀγωνιστὴς ἐπὶ τῷ στεφάνῳ τῆς νίκης ταύτης ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἀγωνοθέτου ἀνακηρύσσεται; καὶ αὐτοῦ τάχα τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου θαυμαστικῶς τὴν φωνὴν ταύτην πολλάκις ἀναλαμβάνοντος, ὡς κρείττονα οὖσαν τῆς τῶν ἀνθρώπων δυνάμει, καὶ τῶν τῆς φύσεως ὄρων ὑπερκεπέουσαν. Μόνης γὰρ τῆς ἀσωμάτου τε καὶ ἀύλου φύσεως τὸ τοιοῦτον ἦν εἰπεῖν, ἧς οὐδὲν πάθος τῶν ἀνθρωπίνων προσάπτεται. Ἄνθρωπος δὲ τις ὢν καὶ θυμὸν συνουσιωμένον ἔχων τῇ φύσει, πάσχων τε κακῶς παρὰ τοῦ μηδεμίαν μὲν εἰληφύτος εἰς τὸ κακὸν ἀφορμὴν, πολλῶν καὶ μεγάλων ἀγαθῶν ἡξιωμένου, ὑπὲρ τε τῆς κενῆς ἀρχῆς καὶ ὑπὲρ τῶν εἰς αὐτὸν ἐκείνων γεγενημένων, οὗτος μετανάστης ὑπ' αὐτοῦ τοῦ τῆς εὐπορίας τετυχηκότος καὶ φυγὰς γίνεται τῆς οἰκείας ἐστίας ἐπὶ θανάτῳ παρὰ τοῦ εὖ πεπονθότος συνελανθόμενος. Ἄλλοτε ἄλλον ὑπὸ ἀμηχανίας ἐπιὼν τόπον ἐρήμοις ἐναυλιζόμενος, ἀκρωρείαις προσφεύγων, ἄλλοφύλων ἐκέκτης γενόμενος, ἐν ἐνδείᾳ τῶν ἀναγκαίων κακοπαθῶν, ὑπαίθερος τὰ πολλὰ διακαρτερῶν, πολλάκις παρ' αὐτοῦ τὴν μέχρι θανάτου κίνδυνον ὑποστάς, οὐ μὲν αὐτόχειρ διὰ τῆς λόγῃς πρὸς τὸν κατ' αὐτοῦ φόνον ὁρμητάντος· πάλιν δὲ τὸν οἶκον, ἐν ᾧ διήγεν, διὰ τῶν δευφύρων διαλαθόντος, ὡς ἂν μὴ φύγοι τὸν θάνατον.

A Deo, quia peccato in infinitum adaucto, superat tamen propria sua magnitudine divina misericordia, ipsa etiam caelesti altitudine altior effecta; verba autem laudationis pro his instituta, arbitror ultimas esse voces psalmi, cum ait : « Exaltare super caelos, Deus, et super omnem terram gloria tua. » Quantum enim in terris abundat Dei glorificatio, tantum virtutes ille supra mundum evecte super salute nostra exsultantes, Deum concelebrant, et glorificant, prout ad pastores dicit caelestis exercitus, quando angeli viderunt pacem, quæ vitæ nostræ in hominibus bonæ voluntatis illuxit, decantaruntque : « Gloria in excelsis Deo ⁶. »

B

CAPUT XV.

Hujus vero psalmi, qui sequitur, celsitudo tantum magnificentia priorem superat, quantum ex ipsis quæ scribuntur verbis colligere licet, et quemadmodum inter cursores, qui victorem aliorum currendo vicit, clariorem quam prior gloriam retulit, melior effectus eo qui præcurrerat : sic videtur septimus et quinquagesimus psalmus multo majori incremento, quoad sententiam, magnificentia proprii sensus præcedentem superare : ut enim ille aliis palmam præripuit, sic iste plus habet de eo, quo cæteris antecellit, eique testimonium victorie præbet ipsa inscriptio : « In finem. » Sed videtur oratio non tam adversariorum devictionem, quam abundantiam honorum, quæ ex hac victoria consequitur, contestari : sic vero ad verbum se habent inscriptionis verba : « In finem : Ne desperdas, David in tituli inscriptionem. » Quoties longanimitatis iste pugil, ob coronam hujus victoriæ, a seipsa tanquam agonotheta prædicatur? ipso fortassis Spiritu sancto mirabiliter sæpius vocem hanc iterante, quasi præstantior sit virtute humana et supra naturæ fines evecta : solius enim incorporeæ et immaterialis naturæ hoc erat dicere, quam nulla humanarum affectionum tangit. Protulit tamen hanc vocem homo, qui iram a naturæ suæ substantiæ innatam habet, qui multa mala perpetiebatur ab eo cui nullam mali ejuspiam inferendi occasionem dederat : imo ab eo in quem multa et insignia beneficia contulerat ; qui propter inane imperium, et ob illa ipsa, quæ illius gratia fecerat, exsil edicitur ab illo ipso qui beneficiis affectus fuerat ; profugusque fit, propria domo, ab eo de quo bene meritus erat, ejectus, alias alium præ desperatione locum petens, in solitudine degens, in montium vertices se recipiens, supplex alienigenis factus, inopia rerum necessarium afflictus, sub dio plerumque agens, sæpe periculum mortis ab ingrato creaturo adiens, qui nunc quidem sua manu, hasta arrepta, credem illi intentat, rursusque domum in qua debebat, satellitibus stipat, ne mortem effugeret : qui deinde sollicite inquirat,

⁶ Luc. II, 14.

ubi locorum versaretur, ubi cibum sumpsisset, et apud quos ageret, et ad quos confugisset, et postquam his ipsi oblata est ejus occidendi opportunitas, tunc quidem cum in spelunca ex improviso Saul in manus Davidis incidisset, rursus in tabernaculo, quando somno sepultus jacebat; David vero dormienti astitit, quando omnem licebat iram in eade sui persecutoris exsaturare; neque ipse manus ei attulit, et illi qui ad eadem festinabat, illud, « Ne disperdas, » dixit: Deo digna est vox, quae hominis interitum vetat.

Quocirca quemadmodum illi, qui illustriores notas in lapidibus exsculpunt, in profundum caelura incidunt elementorum characteres, stylo scipius formis inducto; sic perpetua repetitione Spiritus sanctus, planiorem et manifestiorem, quasi in columna memoriae nostrae, magnificam istam vocem efficere conatur, ut clare et sine confusione scripturam hanc nobis insculptam, tempore calamitatum et perturbationum legamus: hoc enim sanctum Spiritum consilium spectare arbitror, ut praeclare facta sanctorum virorum sint in exemplum, et quasi ducatum posteriori vitae, ad similem praestantiam imitatione nos invitante. Quando enim ad ejus, qui nos ira inflammaverit, ultionem animus exaestuatur, et excandescit iratus sanguis circum praecordia, in illum qui nos molestia affecit, tunc ad hanc columnam, quam Spiritus sanctus Davidi erexit, respiciens, et verba in illa scripta, quae David pro sui interfectoris incolunitate protulit, relegens, tranquillabit omnino tumultum illum cogitationum, quae in animo exstiterunt; peccata omni perturbatione, desiderio imitationis tam insignium facinorum. Porro magnitudinem profectus ejus qui super hujus psalmi gradum ascendit, ex ipsis itidem psalmi verbis perspicere licet, quantum videlicet magnitudine et excelsitate superiorem exsuperet: non enim amplius se ab inimicis conculeari conqueritur, neque misericordiam in subsidium advocat, sed in altum exvectus, velut e specula quadam excelsa, his qui infra in hujus humanae vitae vallibus degunt, reprehensionis modo ista intonat: Deus! mortales, quid loquimini? quid facitis? num justitiae consonat id quod loquimini? num rectum iudicium instituitis? Atqui video vestra corda in terra esse, omnisque agitatio et motio cordis opus est, non cogitatio; simul atque malum vestrae menti occurrit, conjungitur opus cum cogitationibus, summa celeritate manuum. Haec ex psalmo claritatis causa latius nonnihil explanare volui. Verba sic se habent: « Si vere utique justitiam loquimini, recte iudicate, filii hominum. Etenim in corde iniquitates operamini; in terra iustitias manus vestrae concinnant. » Deinde deplorans eos qui a salute exciderant, haec subiungit: « Alienati sunt peccatores a vulva et utero. »

Haec intellexeris, si inquiras, quenam prima

A Εἴτα πανταχοῦ πολυπραγμονοῦντος, ἐν οἷς ἠδύλιζτο καὶ οἷς κατέφραγεν, παρὰ τίνος εἶη, καὶ πρὸς οὓς μετανίστατο. Καὶ ἐπειδὴ οἷς αὐτῷ συνέδραμεν ἡ τοῦ ἀποκτεῖναι τὴν ἐχθρὸν εὐκαιρία, νῦν μὲν ἐν τῷ σπηλακίῳ ἀπροόπτως τοῦ Σαοὺλ ταῖς τοῦ Δαβὶδ ἐμπροσθέντος χερσίν· πάλιν δὲ κατὰ τὴν σκηνήν, ὅτε ὁ μὲν τῷ ὕπνῳ πάρετος ἦν, ὁ δὲ Δαβὶδ ἐφειστήκει καθυδόντι, ὅτε πᾶσαν ἐξῆν αὐτῷ τὴν ὀργὴν ἐν τῷ φρόνῳ τοῦ δυνάκοντος αὐτὸν ἀποπληρώσαι· οὕτε αὐτὸς τὴν χεῖρα ἐπέγαγεν, καὶ τῷ πρὸς τὴν ἀναίρεσιν σπεύδοντι, « Μὴ διαφθείρης, » λέγει. Θεοῦ τις ἀντικρὺς ἐστὶν ἡ φωνή, τὴν φθορὰν ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου κωλύουσα.

B Διὰ τοῦτο καθάπερ οἱ ἐπιστημότερα ποιοῦντες τὰ ἐν τοῖς λίθοις χαράγματα, εἰς βῆθος ἐντέμνουσι τῇ γλυφῇ τῶν στοιχείων τοὺς χαρακτῆρας, πολλῶν ἐπάγουσιν τὴν γραφίδα τοῖς τύποις· οὕτως διὰ τῆς συνεχοῦς ἐπαναλήψεως, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τρανώτερον καὶ εὐδηλον ἐν τῇ στήλῃ τῆς μνήμης ἡμῶν τὴν μεγάλην ταύτην ῥῆσιν γενέσθαι πρασκευάζει· ὡς ἂν τρανὸν τε καὶ ἀσύγχυτον ἐντετυπωμένον ἡμῖν τοῦτο τὸ γράμμα, ἐν τῷ καιρῷ τῶν παθημάτων ἀναγινώσκουτο. Πρὸς τοῦτο γὰρ οἶμαι τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος οἰκονομίαν ὄραϊν, ὥστε τὰ προλαθόντα τῶν ἁγίων ἀνδρῶν κατορθώματα, εἰς ὁδηγίαν προκείσθαι τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ, πρὸς τὸ ἴσον τε καὶ ὅμοιον ἀγαθὸν προσαγούσης ἡμᾶς τῆς μιμήσεως. « Ὅτ' ἂν γὰρ διουσιδήσῃ πρὸς τὴν τοῦ παροξύνοντος ἄμυσαν ἡ ψυχὴ, καὶ ζῆση τῷ θυμῷ τὸ περικάρδιον αἷμα κατὰ τοῦ λευπητότος, τότε πρὸς ταύτην εἰς ἀναβλέψας τὴν στήλην, ἦν τὸ ἅγιον Πνεῦμα τῷ Δαβὶδ ἀνεστήσατο, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ φωνὴν ἀναγούσας, ἦν ὁ Δαβὶδ ὑπὲρ τοῦ φρονῶντος ἐφθέγγετο· καταστωρέσει πάντως τὴν ἐν τῇ ψυχῇ τῶν λογισμῶν ταραχὴν, πάθῳ τῆς τῶν ὁμοίων μιμήσεως καταπραῦνον τὸ πάθος. Πάρεστι δὲ τὸ μέγεθος τοῦ διὰ προκοπῆς ἐπὶ τὸν βαλμὸν τῆς ψαλμωδίας ταύτης ἀναθεωρήτος, καὶ δι' αὐτῶν κατείδῃ τῶν τῆς ψαλμωδίας ῥημάτων, ὅσον τοῦ παραγωγικότητος μεγέθους ὑπερανέστησεν. Οὐκέτι γὰρ οὕτε τὸ πατεῖσθαι παρὰ τῶν ἐχθρῶν αἰτιάται, οὕτε τὴν ἔλεον εἰς συμμαχίαν ἐφέλκεται, ἀλλ' ἄνω γενόμενος, ὡσπερ ἐκ τινος ὑψηλῆς σκοπέλης, τοῖς κάτω κατὰ τὰ κοίλα τῆς τοῦ βίου τῶν ἀνθρώπων ὑπηρείας διάγουσιν ἐλεγκτικῶς ἐμβοᾶ ταῦτα λέγων· Ὁ ἄνθρωποι, τί λαλεῖτε καὶ πράττετε; ἄρα δικαιοσύνη ἐστὶ τὸ λαλοῦμενον; ἄρα δι' εὐθύτητος τὴν κρίσιν προσάγετε; Καὶ μὴν ὁρῶ ὅτι ἐν γῇ μὲν ὑμῶν εἰσιν αἱ καρδίαι, καὶ πᾶν ἐγκάρδιον κίνημα, ἔργον ἐστὶ καὶ οὐχὶ νόημα. Εὐθὺς γὰρ ὁμοῦ τῷ συστῆναι τὸ κακὸν ἐν τῇ διανοίᾳ, συμπλέκεται τὸ ἔργον διὰ τῶν χειρῶν τοῖς νοήμασιν. Ταῦτα σαφηνείας χάριν, μικρὸν τι παραφράσας τῆς ψαλμικῆς λέξεως, ἐξέθελμην ῥήματα ἔχοντα οὕτως· « Εἰ ἀληθῶς ἄρα δικαιοσύνην λαλεῖτε, εὐθείας κρῖνετε, υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. Καὶ γὰρ ἐν καρδίᾳ ἀνομίαν ἐργάζεσθε ἐν τῇ γῇ, ἀδικίαν αἱ χεῖρες ὑμῶν συμπλέκουσιν. » Εἴτα ἐπάγει σχετικῶς ὑπὲρ τῶν τῆς σωτηρίας ἐκπεποικῶτων τὰς μετὰ ταῦτα φωνάς, « Ἀπὸ λωστῶν ἦσαν, » λέγων, « οἱ ἀμαρτωλοὶ ἀπὸ μήτρας, καὶ ἀπὸ τῆς γαστρὸς ἐπλανήθησαν. »

Γνώσῃς δ' ἐν τῷ λεγόμενῳ ἐξετάσας τίς ἡ πρώτη

τῆς ἀνθρωπίνης συστάσεως μήτρα, καὶ τίς γαστήρ ἢ ἄκροφροῦσα τὸ ἀθρώπινον. Οἶμαι γὰρ μὴ ἄλλην εἶναι παρὰ τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν καὶ ἀγαθότητα, ἀφ' ἧς ἐπλασθήμεν τε καὶ ἐγεννηθήμεν. Εἶπεν γάρ· «Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, » ἡ πλάστας κατακόνας τὰς καρδίας αὐτῶν. Καὶ πάλιν φησὶν· «Υἱὸς ἐγέννησται καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δὲ με ἠθέτησαν. » Καὶ μυρίας ἐστί τοιαύτας φωνάς ἐκ τῆς ἀγίας Γραφῆς ἀνακείμεναι, δι' ὧν ἐπιγινώσκεται, τίς ἢ πλάστατα ἡμᾶς γαστήρ, καὶ τίς ἢ μήτηρ ἢ εἰς φῶς προσαγοῦσα διὰ γεννήσεως. » Πρὸς ταῦτα οὖν βλέπων ὁ σχετικῶν ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῶν ἀφροσύχτων, δόδραται· ὁ θνήσκων γὰρ ἀντικρὺς ἐστὶν ἢ φωνῇ, δι' ἧς τοὺς ἀμαρτωλοὺς ὀλοφύρεται. « Πῶς ἠλλοτριώθησαν οἱ ἀμαρτωλοὶ ἀπὸ μήτρας; » πῶς ἀπὸ τῆς γαστρὸς ἐπλανήθησαν, τὸ δὲ ψεῦδος πρὸ τῆς ἀληθείας τιμῆσαντες, ὧν ὁ θυμὸς πρὸς τὸν πατέρα τοῦ ψεύδους τὸν πρῶτον ἔχει τὴν ὁμοιότητα; « Ὡσεὶ ἀσπίδος, » φησὶν, « κωφῆς καὶ βουούσης τὰ ὦτα αὐτῆς, ἥτις οὐκ εἰσακούσεται φωνὴν ἐπικρόντων, φαρμακοῦ τε φαρμακευομένη παρὰ σοφοῦ. » Ταύτην γὰρ ἐνίδων τοῦ θηρίου τὴν φύσιν οἱ περὶ ταῦτα σοφοὶ· ὅτι θυμὸν διαπιπραμένην, ἀποκρατεῖ τὸ πνεῦμα τῆ φάρυγγι, καὶ οὐ προέεται, ἀσκοῦ δίκην τῆ τοῦ πνεύματος ἐν ἀπολήψει περιουδαίνουσα, ὡς πάντα ἐπ' αὐτῆς ἀργὰ μένειν καὶ ἀπρακτα, ὅσα θηρίων θέλγητρα διὰ τινος φυσικῆς ἀντιπαθείας παρὰ τῶν τὰ τοιαῦτα σοφῶν ἐξηγρέθη. Νοεῖν δὲ δίδωσι διὰ τοῦτον, ὅτι ἀνῆκός μένει τῶν ἐν κακίᾳ κεκρατημένων ἢ καρδία, ἐπὶ παρὰ τῶν διδακτικῶν ἐπαγομένων αὐτοῖς θεραπειῶν. Καὶ πᾶσα δὲ ἡ τῆς ψαλμωδίας ἀκολουθία διὰ θρήνον προήχεται τῷ τῇ ἀπωλείᾳ τῶν δειλακίων ἐπιστενάζοντι. Προαναφανεῖ γὰρ κατ' αὐτῶν τὸ ἐσόμενον, λέγων· « Ὁ Θεὸς συντρίψει τοὺς ὀδόντας αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. » Ποῖους ὀδόντας, ἢ δηλαδὴ τοὺς τῆς παρακοῆς βρωτῆρας, τοὺς τῶν ἡδονῶν τῆς γαστρὸς ὑπέρετας (οὗς ὕπια καὶ βέλη διὰ τῆς προλαβούσης ψαλμωδίας ὠνόμασεν), δι' ὧν τῆς ἀληθείας λόγος κατασπαράσσεται; « Καὶ τὰς μύλας τῶν λέοντων, » φησὶ, « συνέθλασεν ὁ Κύριος. » Ἰνοῖς δ' ἂν τίνας ὠνόμασε λέοντας, εἰ μάλιστος τῶν θηρίων τούτων τὰ ιδιώματα. Λέγουσι γὰρ εἶναι τοὺς λέοντας, ἐνδιαστρόφους τὸ ὄμμα, ὧν σαρκοβόρος ἢ

humanæ compositionis quasi matrix fuerit, et quis venter, qui humanum genus tolerit; neque enim alium esse arbitror præter benignitatem et bonitatem Dei, a qua ficti et prognati sumus. Dixit enim; « Faciamus hominem secundum imaginem et similitudinem nostram, » qui fluxit sigillatim corda eorum. Rursus ait. « Filios genui et exaltavi, ipsi vero me spreverunt; » et infinita hujus generis ex sacris Litteris colligere licet, quibus manifestum reddatur, quisnam sit venter qui nos finxit, et quæ matrix, quæ in lucem nos generando edidit. Hæc igitur considerans ille, qui ob perditionem hominum a Deo desciscentium luget, in lamenta erumpit; nam lamentationis iustar est vox illa, quæ peccatores deplorat: « Quomodo alienati sunt peccatores a vulva? » quomodo ab utero erraverunt, mendaciumque veritati prætulerunt, quorum furor cum primo mendacii patre similitudinem habet? « Tanquam aspidis, » inquit, « surdæ et obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium et venefici incantantis sapienter; » tali enim natura præditam aiunt hanc bestiam illi qui his vacant: ita turgens et inardescens faucibus spiritum comprimit, neque emittit; utris instar, ob spiritus receptionem, intumescens, quo fit, ut omnia inellicacia et inutilia sint, quæcumque sapientes ad demulcenda et delinienda hujusmodi animalia excogitant. Significat his cor illorum, qui a peccatis occupati sunt, neque ad aures admittunt medicinam illam, quæ ipsis a doctoribus et magistris adhibetur. Totâ vero psalmi series lamentatione contextitur, dum miserorum interitum deploret, contra quos id etiam quod futurum est, inelamat: « Deus, » inquit, « conteret dentes eorum in ore ipsorum. » Quales dentes? an eos, qui inobedientiam mandunt, ministros voluptatum ventris, quos arma et sagittas præcedente psalmo nominarat, quibus veritatis sermo discerpitur? « Et molas leonum, » inquit, « contrivit Dominus. » Quos « leones » nominaverit, intelliges, si quæ leonum sint proprietates discas. Aiunt leones oculis esse distortis, carnivoros natura et amicos sanguini.

φύσις, καὶ τῷ αἵματι φίλη.

D Cernis, opinor, quid sibi velit ænigma de distortis oculis eorum, qui recta intueri nequeunt, quidque sibi velit graveolentia anhelitus eorum, quidque ore suo ad blasphemias utuntur et ob id cum peccati fetore cognitionem quandam habent, ut præteream alia, quæ halitus nomine intelligi queunt, quia caro et sanguis, quibus natura leonum maxime alitur, inepta sunt ad Dei regnum: eo enim tempore, quo justî debitum honorem consequentur, « isti, » inquit, « ad nihilum devenient, » delinquentes simul cum instabili rerum materialium natura, quibus se in ista vita penitus addixerant, et similes effecerant. « Ad nihilum devenient, » inquit, « sicut aqua decurrens; » scelestus enim ille

⁷ Gen. 1, 26. ⁸ Psal. xxxvii, 15. ⁹ Isa. ii, 1.

jaculator, qui animas nostras telis suis infestat, quique ignita tela peccati contra humanum genus dirigit, non prius absistit ab iis impetendis, quam illorum vires enervavit. « Intendet enim arcum suum, donec infirmentur; » et fiunt, ut cœra lique-scens, ad omnem formam improbitatisque figuram facies. His addit lamentabiles illas adversus mis-cros voces : « Supercecidit ignis et non viderunt solem. » Declarat horum sententiam alius quidam interpretum, qui intempestivum illum ab utero lapsum, vocat abortum. His enim verbis utitur : « Abortus, » inquit, « mulieris non videbit solem. » Cum igitur initio psalmi dixisset : « Alienati sunt peccatores a vulva, et ab utero erraverunt, » nunc eodem sensu adjungit τὸ ἠμβλώθησαν, « per abortum ejecti sunt. » Causam vero hujus mali dicit esse similitudinem quam cum serpentibus habent. Quare similem orationem usurpans, ait eos esse imperfectos in ratione naturæ, et abortivos per malitiam redditos, delapsosque et excidisse ab illa quam supra diximus matrice, sibi ignem effe-ctos esse, ob carnale et materiæ immersum vivendi institutum, hujus gratia oculos ad solem non le-vasse. Solis nomine significat veram illam lucem, quam imperfectus ille Judæorum fetus et conce-ptus minime sustinuit videre. Consonat porro se-quens oratio cum præcedente; nam quod supra nominavit « aspidem surdam, » hoc nunc appellat spinam non intelligentem : nam ex auditu nascitur intelligentia, quique auditionem non recipit, is simul etiam cum auditione intelligentiam re-jicit.

Quocirca sicut ubi generali serpentis nomine posito, adduxit postea speciem hujus animalis, et quidem illam, quæ in eo genere est omnium per-niciosissima, aspidem scilicet, ita et hic generatim spinæ vocabulo posito, affert deinceps eam spe-ciem, quæ inter spinas omnium est molestissima, nempe rhamnum, cujus acutæ sunt cospides, et continuæ prominentiæ ad nocendum propinquantibus aptæ, plagæque inliete venenosæ. Verumtamen spina cratis, ait, et in spinis, rhamnus, ut proinde videamini vivere. Non enim vere vivit, qui veram vitam non habet. Ira absorbebit vos : et quemad-modum vita peccatorum non vere est, quod dicitur, sed tantummodo talis dicitur (nam quæ a vera vita sejuncta est, illa utique veræ vite nomen non meretur), sic et in Deo ira nihilo magis iraest, licet a peccatoribus talis et habeatur, et nominetur. Non est ira, sed « sicut ira, » appellatur retributio, quam Deus rependit, prout jus fasque exigit. Hoc igitur est illud : « Sicut viventes; » et : « Sicut in ira absorbebit vos, » qui in vera vita non estis, ipse tamen vere iratus non est. Deinde subdit : « Lætabitur justus cum viderit vindictam, » non quod propter perditos gaudeat, sed quod ex opposito res suas cum rebus illorum componens, tunc se-ipsam beatum prædicaturus sit, ob recta consilia, quibus effecit, ne unus ex illorum numero fieret,

Α εὐθύνων ζωῆς, οὐ παύεται κατ' αὐτῶν τοξαζόμενος, ἕως αὐτῶν ἐκνευρώσῃ τὴν δύναμιν. « Ἐντενεῖ γὰρ, » φησὶν, « τὸ τόξον αὐτοῦ, ἕως οὗ ἀσθενήσουσιν. » Καὶ γίνονται κηρὸς τηρόμενος, πρὸς πᾶν εἶδος τοῦ κατὰ τὴν ἁμαρτίαν χερσὶ κηρῶς εὐκόλως μορφούμενος; καὶ τούτοις ἐπι προστίθεται τὰς ὀδυρτικὰς ἐκείνας κατὰ τῶν δευλαίων φωνὰς, « Ἐπεσον πῦρ, » λέγων, « καὶ οὐκ ἴδον τὸν ἥλιον. » Σαφηνίζει δὲ τοῦ βήτου τούτου τὴν ἐννοίαν ἕτερος τῶν ἐρμηνεῶν, τὴν παρὰ καιρὸν γενομένην ἀπὸ τῆς μήτρας ὀλίσησιν τοῦ ἠμβλώματος ἐρμηνεύσας τούτοις τοῖς βήμασιν : « Ἐκτρομα, » φησὶν, « γυναικὸς οὐχ ὀραματισθήσεται ἥλιον. » Ἐπεὶ τοίνυν παρὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ψαλμοῦ φησὶν, « ὅτι Ἐπὶ ἠπλοτριώθησαν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ μήτρας, καὶ ἀπὸ γαστρὸς ἐπλανήθησαν, » ὅπερ ταυτὸν ἐστὶ τῷ ἠμβλώθησαν, αἴτιον δὲ τοῦ τοιούτου πάθους αὐτῶν λέγει : τὴν πρὸς τὸν ὄφιν τε καὶ τὴν ἀσπίδα ὁμοίωσιν, διὰ τοῦτο καὶ νῦν τὸν ἴσον ἐπαναλαβὴν λόγον, φησὶ, « ὅτι ἀτελεῖς ἐν τῷ λόγῳ τῆς φύσεως καὶ ἠμβλωθρίδιοι διὰ κακίας γενόμενοι, ἐξολίσησάν τε καὶ ἔπεσαν αὐτοὶ ἀπὸ τῆς νοηθείσης ἡμῖν ἐκείνης μήτρας, πῦρ καθ' ἑαυτῶν γενόμενοι, διὰ τῆς ὕλικῆς προαιρέσεως : οὗ χάριν οὐκ ἀνέβλεψαν πρὸς τὸν ἥλιον. Ἐνδείκνυται δὲ ἐκ τοῦ ἡλίου τὸ ἀληθινὸν φῶς, πρὸς ὃ ἡ ἀτελεσφόρητος τῶν Ἰουδαίων γονὴ οὐκ ἀνέβλεψεν. Καὶ ὁ ἐφεξῆς λόγος ἀρμυζεῖ κατὰ τὸ ἀκίλουθον τῷ παράγοντι. « Ὁ γὰρ ἐκεῖ κωφὴν ἀσπίδα ὠνόμασεν, τοῦτο νῦν μεταβαλὼν, ἀσύνετον ἄκανθα λέγει : ἐκ γὰρ τοῦ ἀκούσαι τὸ συνιέναι γίνεται : ὁ δὲ τὴν ἀκοὴν τοῦ δεξιόμενος, συναποβάλλει πάντως μετὰ τῆς ἀκοῆς καὶ τὴν σύνεσιν.

Διὰ τοῦτο ὡς περ ἐκεῖ μὲν γενικώτερον μνημονεύ-sας τοῦ κατὰ τὸν ὄφιν ὀνόματος, ἐπάγει τὸ εἶδος τοῦ θηρίου τὸ ἐν τῷ γένει πικρότατον, τὴν ἀσπίδα λέγων : οὕτω καὶ ἐνταῦθα, οἷον ἐν γένει τινὲ τῆς ἀκάνθης ὄνομα προελθόμενος, ἐπάγει τὸ χαλεπώτερον ἐν ταῖς ἀκάνθαις εἶδος, τὴν ῥάμνον εἰπὼν, ἧς ὄξειται μὲν [αἰ] ἀκμαί, συνεχεῖς δὲ αἰ προβολαί, βλαπτικαὶ δὲ τῶν προσεγγιζόντων καὶ ἰώδεις αἰ ἀμυχαί. Πλήν ἀλλὰ καὶ ἄκανθα ἦτε, φησὶν, κἂν ἐν ἀκάνθαις ἡ ῥάμνος, ὡς ἐστὶ οἶσθαι ζῆν : οὐ γὰρ ἀληθῶς ζῆ, τὴν ἀληθῆ μὴ ἔχον ζωὴν. Ἡ ὀργὴ καταπίεται ὑμᾶς : καὶ ὡς περ τῶν ἁμαρτωλῶν ἡ ζωὴ οὐκ ἂν ἀληθῶς ἐστὶν ὃ λέ-γεται, ἀλλ' ὀνομάζεται μόνον (τὸ γὰρ τῆς ἀληθινῆς ζωῆς διεξευγμένον, ζωὴ οὐκ ἐστὶν) : οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ ἡ ὀργή, κἂν τοῖς ἁμαρτωλοῖς τοῦτο καὶ φαίνεται : καὶ παρ' αὐτῶν ὀνομάζεται, οὐδὲν μᾶλλον ἐστὶν ὀργή, ἀλλ' α ὡς ὀργή » τοῖς οὕτω τὴν κατὰ τὸ δίκαιον τοῦ Θεοῦ ἀντιτιδομένην ἀμοιβὴν ὀνομά-ζουσι. Τοῦτο οὖν ἐστὶν τὸ, « Ἄπει ζῶντας. » Καὶ, « Ὡς ἐν ὀργῇ καταπίεται ὑμᾶς, » οὐκ ἐν ἀληθινῇ ζωῇ ὄντας, οὕτε ἀληθῶς ἐκεῖνος ἐν ὀργῇ θεοροούμε-νος. Εἴτα φησὶν : « Εὐφρανθήσεται δίκαιος ὅτι ἂν ἴδῃ ἐκδίκησιν. » Οὗ ὡς ἐπιχαίρηται τοῖς ἀπολλυμέ-νοισι, ἀλλ' ὡς ἐκ παραλήλου τὰ ἑαυτοῦ πρὸς τὰ ἐκείνων ἀνατιθεῖς, τότε μακαρίσει ἑαυτὸν τῆς εὐ-δουλίαις, ὅτι μὴ ἐν ἐκείνοις ἐγένετο, ἐν οἷς ὄρα τῶν ἁμαρτωλῶν τὴν ἐκδίκησιν. Τὴν γὰρ τῶν ἰδίων χει-

ρῶν καθαρότητα, τῇ πρὸς τὸ λύθρον τῶν ἀμαρτωλῶν ἀντιεστῆσται, μᾶλλον κατόψεται. « Χεῖρας αὐτοῦ, » φησὶν, « νίφεται ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἀμαρτωλοῦ. » Οὐδαμὸν δὲ, ὅτι οὐκ ἄλλου τινὸς χάριν νιπόμεθα, ἢ ἐν τῷ ὕδατι τὸν ῥύπον ἀποκλυσόμεθα· ὁ δὲ τοῦ αἵματος πολυσυμῶς οὐκ ἀποκαθαίρει τὸν προεπάχροντα ῥύπον, ἀλλ' αὐτὸς γίνεται ῥύπος. Οὐκοῦν ὥσπερ τὸ λευκὸν χρώμα τῇ ἀντιπραθῆσται τοῦ αἵματος ἐκδηλότερον γίνεται, οὕτως καὶ ἡ τῶν χειρῶν τοῦ δικαίου καθαρότης, διὰ τῆς τοῦ ἐναντίου συγκρίσεως, λαμπροτέρα καθίσταται. Τὸ γὰρ ψῶν ἀπιστούμενον, ὅτι εἰς ἐστὶ τοῦ εἶναι διὰ τῶν τῆς ἀρετῆς πόνων ἐκουσίως κακοπαθῆσται μετουσία τοῦ κραίττονος, τότε διὰ τῆς πείρας φανερωθήσεται· ὁ γὰρ ταῦτα βλέπων ἐρεῖ, ὅτι ἦν, ὡς ἔοικεν, τῷ δικαίῳ καρπὸς ἀποκείμενος ἐν τῇ δικαίᾳ τοῦ Θεοῦ κρίσει. Ὁρᾷς οἴας ἐπιβέβηκεν ἀκρωρείας ὁ λόγος; ἔσον ὑπεραίρει τῶν προδεκνυμένων ἐν τοῖς Ψαλμοῖς τὸ μέγεθος;

in quibus ipse peccatorum vindictam conspiciatur; propriam enim manuum puritatem magis cognoscet, si eam cum iniquorum sordibus comparat. « Manus, » inquit, « suas lavabit in sanguine peccatoris. » Notum est, nos non alio fine manus abluere, quam ut sordes per aquam abluamus; at sanguinis aspersio non emundat maculas, quæ prius inerant, cum ipse sanguis sit quedam contaminatio. Quocirca quemadmodum color albus oppositus sanguini splendidior apparet, sic et manuum justitiam mundities splendidior existit collatione et juxtapositione contrarii. Nam quod nunc agere creditur, esse videlicet illis qui per virtutis studium multos labores exantlant, communionem quamdam excellentioris cujusdam boni, id tunc ipso experimento manifestum fiet; qui enim hæc viderit, is dicet esse, ut decet, justo fructum repositum in justo Dei judicio. Vides in quam altitudinem eorum, quæ in præcedentibus psalmis

tractata sunt?

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ΄.

Ἄλλ' οὐδὲ οὗτος ἕρος τῆς εἰς τὸ ὕψος ἀναβάσεως τοῖς δι' ἀρετῆς προκόπτουσι γίνεται. Ὁ γὰρ μετὰ τοῦτον τῇ ἀκολουσίᾳ τῆς τάξεως, ὑπὲρ τοῦτον καὶ τῇ μεγαλοφυίᾳ τῆς θεωρίας εὐρίσκεται. Ἄλλιν δὲ ἡ ἐπιγραφή ἀνακηρύσσουσα τὸν στεφανίτην· πάλιν ἐπ' αὐτῶν στήλη τὸ ὑπὲρ ἀνθρώπων εἶναι τὴν τοιαύτην νίκην μαρτύρεται. « Εἰς τὸ τέλος » γὰρ, φησὶ, « μὴ διαφθείρης. » Εἴρηται πολλάκις, ὅτι νίκη ἐστὶ τοῦ τέλους τὸ σημανόμενον, καὶ οὐδὲν χρὴ πάλιν ἐφεσημεύειν τῷ λόγῳ τὸ ἐγνωσμένον. Τὸ δὲ, « Μὴ διαφθείρης, » ἡ φιλόδηλος αὐτῆ φωνή, καὶ πᾶσαν μακροθυμίαν ὑπερβολὴν παριούσα, μείζονος ἐπιβέβηκεν ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ τῆς διανοίας. Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι πρόχειρος μὲν εἰς εὐποιαν ἐστὶ καὶ τῶν ἐπιτυχόντων ἕκαστος ἐπὶ τῶν μηδεμίαν προσενδειξαμένων κακίαν· πολλάκις δὲ καὶ μικρὰς τινος λύπης προσγεγενημένης, ὁ μὲν μεγαλοφυώτερος, ἤνεγκε τὴν ἐπὶ τοῖς μικροῖς ἀηδίαν, καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς εὐποιίας οὐκ ἀπετρέπη τοῦτο ποιῆσαι καλῶς, τὸν ἐπὶ μετρίοις λυπήσαντα· ὁ δὲ μικροφυῆς τὴν δεινότητα, κἂν βραχὺ τι τὸ παροξύνον τύχη, πᾶσαν ἐπαφίεσιν αὐτῷ τὴν ἀμυντικὴν δύναμιν, καιροῦ τινος εἰς κακοποιαν λαβόμενος. Οὐκοῦν οὐκ ἔσον τὸ θαῦμα, κἂν ὁμοιον τὸ εὐεργέτημα τύχη, ἐπὶ τε τοῦ μηδὲν προπεπονθότος κακῶν, καὶ ἐπὶ τοῦ εὐποιίας ἀμειψαμένου τὸν προλυπήσαντα. Τούτου χάριν, ὡς ἂν μάλιστα τὸ ἀπαράθετόν τε καὶ ἀξήλωτον ἐπιδειχθεῖ τῆς τοῦ Δαβὶδ μακροθυμίας, ἦτις αὐτῆν, μικροῦ δεῖν, μιμνῆσται τῆς θείας φύσεως τὴν ἀπάθειαν, παρατίθησι τὴν πονηρὰν ἐκείνην τοῦ Σαοὺλ μάστιγαν. Εἴρηται γὰρ, φησὶν, τῷ Δαβὶδ ἡ τοῦ « Μὴ διαφθείρης » φωνή, ἣν τῇ μνήμῃ τῶν ἐπιγενομένων ἐνστηλιτεύη, οὐχ ὅτε φιλικῶς πρὸς αὐτὸν εἶχεν ὁ τύραννος, ἀλλ' ἥδη γεγενημένων ἐκείνων, ὅτε ἀπέστειλεν Σαοὺλ εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ τὸ ἀνατῶσαι αὐτόν. Πάντως δὲ οὐκ ἀγνοεῖς, ὁ φιλομαθής, τὸ μέρος

CAPUT XVI.

Verum neque hic terminus ascensionis figitur illis, qui per virtutem proficiunt. Nam psalmus, qui ordine sequitur, hunc superare videtur magnitudine auditorum sensuum: ubi rursus inscriptio victorem corona insignitum prædicat: rursus columna testatur supra humanam facultatem hujusmodi victoriam esse. Ait enim: « In finem, ne disperdas. » Sæpe dictum est, « finis » significatum esse victoriam; neque opus est denuo explicare id quod jam liquet. Illud vero, « Ne disperdas, » amica illa et jucunda vox est, omnem longanimitatis et patientie excellentiam supergressa, cui major quedam et præclarior hoc in loco subijcitur notio. Quis enim ignorat quemlibet, etiam ex vulgo, pronum esse ad beneficia conferenda illis, a quibus nihil nocuenti accepit; sæpe vero vel exigua offensione et molestia interposita, is quidem qui animo constantior est, moderate fert exiguam aliquam molestiam, et tempore benefaciendi minime intermittit, quo minus benignus sit in eum, a quo nonnihil molestiæ accepit: at qui animo est abjecto et humili, licet modicum, quod irritat, fuerit, omnes furori ad oleiscendum habenas laxat, oblata mali rependendi opportunitate. Quocirca non æqualis admiratio, neque per benefactum reputabitur, respectu ejus qui nihil hostile antea passus, et comparatione ejus qui male de se meritum benefactis remunerat. Hujus gratia, ut maxime incomparabilem et inimitabilem Davidis patientiam et animi moderationem ostendat, quæ parum abest, quin ipsum diviniæ naturæ, omnis passionis expertem statum imitetur, ob oculos ponit improbam illam Saulis insaniam¹⁰. Dicta est enim, inquit, a Davide illa vox: « Ne disperdas; » quam memoria posteritatis insculpsit, non quando eum benevolentia prosequeretur tyrannus, sed sublata jam

¹⁰ Psal. LVIII, II. ¹¹ I Reg. XIX, II.

omni amicitia, postquam misit Saul in domum A
 ejus, ut interficeretur. Omnino autem ignota tibi
 non est, quisquis discendi cupidus es, pars illa
 historiae, quae ab inscriptione insinuat, quomodo
 postquam Saul a malo spiritu arreptus, Davide
 Psalterii cantu turbationem ex affectu illo ortam,
 sedante, lanceam juxta se forte positam, in bene-
 factorem sum vibravit, directa in illum cuspidem,
 cum ille autem divina ope conatum illum evitas-
 set, profunde in murum impactus est mucronis
 impetus, illo in proprias aedes diffugiente, cum regis
 iram sperasset per poenitentiam immutatam iri.

At cum Saul undique domum Davidis circumde-
 disset, satellitibusque et licitoribus eadem ejus
 imperasset, vix per fenestram deficiens seipsum in
 subjectum locum, fallensque custodiam, periculum
 evasit, indeque digressus modo hunc modo illum
 locum petebat, oberrans praeconsilii inopia inter
 notos et familiares, tandemque deprehensus est a
 Saule; cum collem toto exercitu circumvallasset,
 in quem cum suis David se receperat, cumque nox
 dilationem ad interitum dedisset (distulerat enim
 Saul necem ejus, quem persequebatur in posterum
 diem), ingreditur tentorium hostis sui, quem cum
 somno sopitum in lecto quodam deprehendisset,
 non solum continuit propriam manum, properan-
 tem fortassis, ut irae indulgeret et obsqueretur,
 sed et armigerum jamjam ad trucidandum Saulem
 festinantem (« Perentiam eum, » inquit, « et se-
 cunda vice opus non erit ») abducit ab illo impetu,
 adjecta insigni illa et ubique decantata voce : « Ne
 disperdas eum, » qui nos disperdere tanto conatu
 molitur. Neque hoc solum hac in re admiratione
 dignum est, quod vitam largiatur ei, qui nihil non
 contra vitam ipsius machinabatur, sed quod David
 jam unctus in regem, et probe gnarus, se aliter
 dignitatis hujus compotem fieri non posse, nisi
 Saul e medio tolleretur; satius tamen judicavit,
 patientia et aequitate cum privatae vitae laboribus
 conflictari, quam expleta in adversarium ira, re-
 gale solium conscendere. Quocirca humanissimae
 illi commotioni adjungit illud : « Quando misit
 Saul in domum David, ut interficeret eum, » non
 enim tunc hoc dictum est, cum haec evenerunt, sed
 additur, ut crescat admiratio, quod haec dixerit
 D
 is qui talia ac tanta passus fuerat. Superfluum vero
 arbitror, cum ad alia festinem, exponere, quid-
 nam sit, quod in hac historia quaeritur, quomodo
 cum dicatur Saul percussisse lancea Davidem, hi-
 storia addat in parietem hastam delatam esse,
 Davidem autem servatum : quodque in lecto ipse
 repertus non fuerit, sed loco ejus cenotaphia et
 imagines quaedam umbratiles, et hepar caprarum,
 more tunc recepto ad evertendam mortem, ut
 infirmus a lecto liberaretur, vestis vero mortuis
 superimponi solita grabato superimponeretur, simul
 cum hepate caprarum. Manifestum est autem iis,
 qui studiosiores sunt laboris, totam hanc propheta-
 m, historiam esse eorum, quae Domino nostro

της ιστορίας, τὸ ὑπὸ τῆς ἐπιγραφῆς σημαίνόμενον·
 πῶς ἐπειδὴ κατέστη τῷ Σαουλ ἡ ἐκ τοῦ δαιμονίου
 πνεύματος πτόσις, τοῦ ἀγίου Δαβὶδ διὰ τοῦ ψαλτη-
 ρίου τὴν ἐκ τοῦ πάθους ταραχὴν κατευνάσαντος,
 παρεστῶσαν ἑαυτῷ τὴν λόγχην εὐρών ὁ Σαουλ τῷ
 εὐεργετῇ ἑαυτοῦ ἐπαφίσειν, εὐθύς αὖ κατ' αὐτοῦ τὴν
 αἰχμὴν· τοῦ δὲ κατὰ θέαν συμμαχίαν τῆς βολῆς
 ἑαυτὸν ὑπεκστήσαντος, τῷ τοίχῳ διὰ βάθους ἐμπη-
 γνυται ἡ τῆς αἰχμῆς προσβολή. Ἐξέδραμεν δὲ τῶν
 βασιλείων ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ, μεταβληθῆσεσθαι τοῦ
 βασιλέως τὸν θυμὸν διὰ μετανοίας ἐλπίας.

Τοῦ δὲ Σαουλ δορυφόρους ἐν κύκλῳ τῆ οἰκίᾳ τοῦ
 Δαβὶδ περιστήσαντος, καὶ δημίους τὸν κατ' αὐτοῦ
 φόνον ἐνζειλάμενος, μόλις διὰ θυρίδος τινὸς καταβα-
 λῶν ἑαυτὸν εἰς τὸ ὑπαιθρον διαλαθῶν τὴν φρουρὰν,
 B
 ἔξω τῶν κινδύων κατέστη· καὶ μεταναστὴς ἄλλοτε
 ἄλλον ἐπήρχετο τόπον, ὑπὸ ἀμχηγναίας τοῖς ἡθάναι
 ἀνθρώποις ἐπιπλανώμενος. Καὶ οὕτως δὲ κατελήφθη
 ὑπὸ τοῦ Σαουλ πανστρατιᾷ κυκλώσαντος τὸν γεόλο-
 φον, ἐν ᾧ μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ὁ Δαβὶδ προσφεύγει,
 καὶ νοκτὸς ἀναβολὴν πρὸς τὸν θάνατον αὐτῷ παρα-
 σχομένης (ὑπερέθετο γὰρ ὁ Σαουλ ἐπὶ τὸν ὕβρον τὴν
 τοῦ διωκομένου σφαγῆν) ἐπίσταται τῇ σκηνῇ τοῦ
 πολεμίου, καὶ καταλαθῶν ἐπὶ τινος εὐνῆς λελυμένον
 τῷ ὕπνῳ, οὐ μόνον τὴν ἰδίαν ἐπέσχευ χεῖρα σπεύδου-
 σαν ἴσως τῷ θυμῷ χάρισσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸν ὑπα-
 σπιστὴν ἤδη κατὰ τοῦ Σαουλ πρὸς τὴν σφαγῆν ἐπι-
 κύψαντα (« Πατάξω » γὰρ, φησὶν, « καὶ οὐ δευτε-
 ρῶσα ») ἀπάγει τῆς ὀρμῆς τῇ μεγάλῃ ταύτῃ καὶ
 C
 ἀοιδίμῳ φωνῇ, « Μὴ διαφθείρῃς, » εἰπόντων, τὸν πρὸς
 τὴν καθ' ἡμῶν διασφορὰν ἐπειγόμενον. Οὐ τοῦτο δὲ
 μόνον ἐστὶν τὸ θαυμαστὸν ἐν τῷ πράγματι, ὅτι
 ζῶν χαρίζεται τῷ κατὰ τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἅπαντα
 πράσσοντι, ἀλλ' ὅτι πρὸς βασιλείαν χρισθεὶς ὁ Δαβὶδ
 καὶ εἰδὼς, μὴ [ἀν'] ἄλλως μετασχεῖν τοῦ ἀξιώματος, εἰ
 μὴ ἐκ ποδῶν γένοιτο ὁ Σαουλ· κρεῖττον ἔκρινεν διὰ
 τῆς μακροθυμίας κατοπαθεῖν ἐν ἰδιωτικῇ ταπεινότη-
 τι, ἢ θυμὸν κατὰ τοῦ λελυτηκότος ἐκπλήσας, ἐπι-
 βῆναι τῆς βασιλείας. Διὰ τοῦτο συμπεριγράφει τῇ
 τῆς φιλανθρωπίας φωνῇ, τὸ, « Ὅτε ἀπέστειλεν Σαουλ
 εἰς τὸν οἶκον Δαβὶδ, τοῦ θανατῶσαι αὐτόν. » Οὐ γὰρ
 τότε ἐβρέθη, ὅτε ταῦτα ἐγένετο, ἀλλὰ προσφέρει ὁ
 λόγος εἰς τὴν τοῦ θαύματος ἐπίτασιν, ὅτι ταῦτα εἶ-
 D
 πον, ὁ ἐκεῖνα παθὼν. Περιετὸν δὲ οἶμαι νῦν παρεν-
 θεῖναι τῷ λόγῳ πρὸς ἕτερα σπεύδοντι, τί τὸ ἐν τῇ
 ιστορίᾳ ζητούμενον, πῶς εἰπόντος τοῦ λόγου, ὅτι
 ἐπάταξε Σαουλ τὸν Δαβὶδ τῇ λόγχῃ, ἐπάγει ἡ ἱστο-
 ρία, ὅτι κατὰ τοίχῳ ἦλθε τὸ δόρυ, ὁ δὲ Δαβὶδ διε-
 εσώθη· καὶ ὅτι ἐπὶ τῆς κλίνης τοῦ Δαβὶδ αὐτὸς μὲν
 οὐκ εὐρίσκειται, ἀλλ' ἀντ' ἐκεῖνον κενετόφια καὶ ἤ-
 παρ αἰγῶν, ὕπερ τοῖς τότε εἰς ἀποτροπιασμὸν θα-
 νάτου, ἐκ τινος συνήθειας, τὸ τοιοῦτον ἐγένετο, ὥστε
 τὸν ἀββῶστον ὑπεξάχθεσθαι μὲν τῆς κλίνης, τὴν δὲ
 τοῖς τεθυηκόσιν ἐπιβαλλομένην σολὴν ἐπιτιθέναι τῷ
 κραθῶντι, καὶ ἤπαρ αἰγῶν. Διὸν γὰρ ἂν εἴη τοῖς
 φιλοπονωτέροις, ὅτι προφητεία τῆς κατὰ τὸν
 Κύριον οἰκονομίας ἐστὶν ἡ ἱστορία. Δαίμονες ἦσαν
 ἐν Σαουλ τῷ τυράννῳ· τοὺτους ἀπελαύνει ὁ εἰς βα-

σιλειαν χρισθεῖς, τῇ τῆς κιθάρης ὄργάνῳ κατ' αὐτῶν ἐνεργήσας τὴν πτόησιν· ὁ δὲ καταληφθεὶς ὑπὸ τῶν συνόντων αὐτῷ δαιμόνων, πατάσσει τῇ λόγγῃ τὸν διὰ τῆς κιθάρης τὴν κατὰ τῶν δαιμόνων ἰσχύον ἐνδειξάμενον, ἀλλ' ὁ τοῖχος δέχεται ἀντὶ τοῦ Δαβὶδ τὴν πληγὴν· ὁ δὲ διασώζεται.

Μετὰ ταῦτα ὁ ἐπιβουλεύεις παρὰ τοῦ Σαουλ ζηρεῖται ἐπὶ τῆς κλίνης, καὶ ὁ μὲν οὐχ εὐρίσκεται· κανοτάρια δὲ ἀντ' ἐκείνου ἡ κλίνη ἔχει, καὶ ἡπαρ αἰγῶν. Φανερά δὲ πάντως ἐστὶν ἡ διάνοια αἰνιγμάτων, καὶ τῆς ἱστορίας ἀκόλουθία πρὸς τί βλέπει. "Οἱ μὲν διὰ τοῦ Δαβὶδ ὁ ἐκ τοῦ Δαβὶδ προμηνύεται, τὸν δὲ Χριστὸν ὁ χρισθεὶς διασημαίνει· καὶ ὅτι ἡ κιθάρα, τὸ ἀνθρώπινον ἐστὶν ὄργανον· ἡ δὲ ἐκ ταύτης ᾠδῆ, ὁ διὰ τοῦ σαρκωθέντος φανερωθεὶς ἡμῖν λόγος, οὗ ἔργον ἐστὶν ἀφανίσαι τὴν ἐκ δαιμόνων παραφορὰν, ἵνα μηκέτι ὦσιν οἱ θεοὶ τῶν ἔθνων τὰ δαιμόνια. Ἄλλ' ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνος ὁ ἐν ἑαυτῷ τοὺς δαίμονας ἔχων, ὅτ' ἂν ὑποχωρήσῃ τὰ πνεύματα τῇ ᾠδῇ, τοῦτο ὄργανον ἐπὶ τούτῳ ἀρμοσάμενον πατάσσει τῷ δόρατι (τὸ δὲ δόρυ, ξύλον ἐστὶ σιδήρῳ καθωπλισμένον), ἀλλὰ δέχεται ἀντ' ἐκεῖνου ὁ τοῖχος τὸ δόρυ. Τοῖχον δὲ νοοῦμεν, τὴν γῆνιν οἰκοδομήν, δι' ἧς τὸ σῶμα καταμανθάνομεν, περὶ ὃ τὸ ξύλον βλέπομεν τοῦ σταυροῦ καὶ τὸν σίδηρον. Ὁ δὲ Δαβὶδ ἐκεῖνος ὁ χριστός τε καὶ βασιλεὺς, ἔξω τοῦ πάθους ἐστίν. Ἡ γὰρ θεότης ἐν τῷ σταυρῷ τε καὶ τοῖς ἡλοῖς οὐ γίνεται. Μετὰ δὲ ἀκούσαντες, τὴν ἐκ τοῦ Σαουλ γινομένην, ἡ Δαβὶδ ἐκονίωσεν, οὐ ξενίζώμεθα, πρὸς τὸ ἀκόλουθον βλέποντες. Οἴδαμεν γὰρ ὅτι ὁ θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, ἀλλὰ πατήρ ἐγένετο τοῦ θανάτου ὁ τῆς κακίας βασιλεὺς, ὁ ἑαυτὸν τῆς ζωῆς στερήσας. Φθόνῳ γὰρ διαδόλου ὁ θάνατος εἰσῆλθεν· ἐβασίλευσε δὲ ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδάμ καὶ ἕως τοῦ νόμου. Οὐ βούλεται μηκέτι βασιλεύειν ἐν ἡμῖν ὁ Ἀπόστολος ἐν τῷ θνητῷ ἡμῶν σώματι. Ὁ οὖν ὑπὲρ παντὸς τοῦ θανάτου γευσάμενος, ἐν τῷ οἴκῳ τῆς ὑπὸ τοῦ νοθέματος ἡμῖν Σαουλ γίνεται, ὄνομα δὲ αὐτῇ Μετὰ δὲ τῷ ὀνόματι τούτου τὸ σημαίνον βασιλείας ἐστίν, διὰ τὸ μέγρι τότε βασιλεύειν τὴν ἀμαρτίαν τῆς φύσεως. Ἐνταῦθα δὲ γενόμενος, αὐτὸς μὲν διὰ θυρίδος ἐξέρχεται. Σημαίνει δὲ ἡ θυρίς, τὴν ἐπὶ τὸ φῶς πάλιν ἐπάνοδον τοῦ ἑαυτὸν τοῖς ἐν σκότει καὶ σιγῇ θανάτου καθημένοις δεῖξαντος. Τὰ δὲ κανοτάρια αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κλίνης ὄραται. Φησὶ γὰρ καὶ ὁ ἄγγελος τοῖς ἐν τῷ μνήματι ζητοῦσι τὸν Κύριον· « Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; οὐκ ἐστὶν ὧδε, ἠγγέροθ. Ἴδε ὁ τόπος ἐν ᾧ ἔκειτο. » Τὸν τάφον, ἐν ᾧ ἐτάφη, ἴδον οἱ ζητοῦντες τὸν Κύριον, κενὸν τοῦ ζητουμένου σώματος. Μόνα δὲ ἦν ἐν αὐτῷ τὰ ἐντάρια. Οἴκοῦν νοοῦμεν, ὅτι τὴν ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου σημαίνει τὴν ἐπὶ τοῦ τάφου τὰ ἐπὶ τῆς κλίνης τοῦ Δαβὶδ κανοτάρια, δι' ὧν γίνεται ὁ ἀληθινὸς τοῦ θανάτου ἡμῶν ἀποτροπισμὸς.

Τοῦ δὲ τρωθέντος τοῖχου, ὃν ἀντὶ τοῦ σώματος

A *e* venerunt. Saulem tyrannum demones occupant, hos profligat unctus in regnum, instrumento citharæ incussa illis formidine; at ille a demonibus sibi familiaribus distentus, lancea percutit illum, qui vim contra demones per citharam patē faciebat; sed murus, loco Davidis, ictum recipit; ille incolumis evadit.

B Posthæc insidias a Saule passus, queritur in lecto: at non reperitur; simulacra vero quedam vice illius lectus continet, et hepar caprarum. Perspicue autem liquet, quorsum horum ænigmatum intelligentia, et totius historię series tendat, videlicet per Davident significatur is qui est ex Davide, et Christum, hoc est, unctum præfigurat unctus; at citharam esse humanam naturam, velut instrumentum quoddam. Hujus concentus est doctrina per eum, qui incarnatus est, nobis manifestata; cujus finis, abolere omnem, quæ a demonibus concitatur agitationem, ne amplius dii gentium sint demonia; sed rex ille, qui a demonibus arreptus est, cum spiritus illi concentui cedunt, organum hoc fugandis demonibus accommodatum, percutit lancea; lancea autem lignum est ferro armatum, sed excipit illius loco murus lanceam; per murum intelligimus terrenam ædificationem, quæ corpus nobis innuitur, circa quod videmus lignum crucis et ferrum. At David ille a Domino unctus et rex, a passione longe abest, divinitas enim cruce et clavis non affigitur. Porro cum aulicus Melchol: quæ ex Saule progenita erat, quam David desponsam habebat; ne turbemur et abalienemur, sed id quod sequitur respiciamus: scimus enim a Deo mortem non esse factam, sed mortis parens existit rex ille malitiæ, qui seipsum vita privavit; invidia enim diaboli mors intravit: regnavit autem mors ab Adam usque ad legem¹², quam amplius in mortali nostro corpore regnare non vult Apostolus¹³. Is igitur, qui pro omnibus mortem gustavit, versatur in domo ejus, quam is qui per Saulem mystice significatur progenuit, cujus nomen Melchol, hoc est, regnum, quod eo usque peccatum nature imperarit. Hic igitur constitutus, ipse quidem per fenestram exit. Significat autem fenestra reditum in lucem ejus, qui seipsum sedentibus in tenebris et umbra mortis ostenderat: at cenotaphia et simulacra conspiciuntur in ejus lecto. Nam et angelus querentibus Dominum in sepulchro ait: « Quid queritis viventem eum mortuis? non est hic; surrexit: ecce locus in quo jacebat¹⁴: » ecce sepulchrum, in quo sepultus erat. Viderunt, qui querebant sepulchrum, sed vacuum corpore quod querebant: sola autem sepulchralia linteamina comparebant. Intelligimus igitur funebrem illum in lecto Davidis apparatus, significare resurrectionem ex sepulchro; quibus vere mors a nobis avertitur et fugatur.

Veniã ad vulneratum parietem, quem pro cor-

¹² Rom. v, 14. ¹³ Rom. vi, 12. ¹⁴ Marc. xvi, 6.

pore accipimus, quamvis sanguinis expertem, ne id quod maxime ad mysterium opportunum est, et quo redempti sumus, sanguinem, inquam, prae-tereamus, hic in illis ipsis cenotaphiis reperitur :

« Num enim hepar inter membra sanguinis fons est et officina, sine quo fieri nequit, ut sanguinis natura subsistat. Si igitur ex hepate sanguis profluit, hepar autem inter cenotaphia reperitur, fit ut neque sanguis desit ei, quae mortalium generi obvenit, mortis proligationi; at species animalis huius, cuius hepar appositum fuit, deputata est propitiatorii sacrificii pro peccatis ¹⁵. Neque hoc solum, sed ex eodem genere ad Pascha celebrandum, animal quoddam seligitur, idemque animal, ait Moses, auferendis populi peccatis destinatum, duplici actioni servit : duobus enim hircis sorte propositis, alter Deo sacrificatur, alter una cum peccato in solitudinem dimittitur ¹⁶. Propter haec igitur omnia tanta ac talia, huius animalis hepar sanguini significando assumptum est, quo ab illis qui letaliter infirmabantur, mors depulsa fuit per resurrectionem Domini nostri, quam cenotaphium significat. Sed tempus est, ut et sententiam psalmi breviter percurramus, sic sese habentem. Dividit Propheta orationem; nam altera pro nobis ad Deum instituitur communi omnium mortalium nomine; altera ad nos dirigitur ex persona ejus, qui pro nobis varios cruciatus subiit. Quae ergo pro nobis, haec sunt : « Eripe me de inimicis, et ab insurgentibus in me libera me, et de operantibus iniquitatem, et de viris sanguinum, qui ceperunt animam meam, » et qui in me fortiter irruerunt, nihil mali a nobis passi; neque enim quidquam in illos admisi, neque iniquitas ulla a me profecta est, quae in damnum hostium meorum vergeret, qua tamen, quasi affecti essent, concitantur. Sine iniquitate nobis primus cursus institutus est. Sed vide, inquit, omnia, quae et qualia sint. Vide et intende, ut me defendas, neque differas per humanitatem expetere ultionem ab his qui delinquent. « Non miscerearis, » inquit, « omnibus, qui operantur iniquitatem. »

Deinde transfert sermonem ad sublimiorem personam, dicitque quasi loco ejus qui preces exaudiverit, istos hostes ad vesperam conversum iri. Quod nihil aliud est, quam ipsos in tenebras exteriores expulsos iri : nam vespera caliginis principium est et genitrix. « Et famem patientur ut canes. » Quibus enim salutis viaticum non suppetit, hos necessario consequetur ex fame penuria honorum. Sic esuriit in inferno dives divino destitutus rore, et quia ab his bonis imparatus erat, ideo flammis illis exurebatur ¹⁷. Sed et « circuibunt civitatem, » inquit. Cui talem subjectam sententiam arbitrator. Cum omne id quod abieciendum et inutile est ad vivendum usum, ejiciatur extra civitatem, sive calaver luerit, sive quid aliud corruptum, sive graveolens caenum, circa

ἐνοήσασμεν, αἷμα μὴ ἔχοντος, ὡς ἂν μὴ ἄρα λειψοεῖη τὸ καιριώτατον τῶν εἰς τὸ μυστήριον νοουμένων, δι' οὗ ἐλυτρώθημεν, τὸ αἷμα λέγω, τοῦτο βήτοισι κενωταφίοις εὐρίσκεται· μόνον γὰρ ἐν τοῖς σπλάγγνοις τὸ ἥπαρ αἵματός ἐστι πηγὴ τε καὶ ἐργαστήριον, οὗ χωρὶς ἀδύνατόν ἐστι συστήναι τὴν φύσιν τοῦ αἵματος. Εἰ οὖν ἐκ τοῦ ἥπατος τὸ αἷμα, ἐν δὲ τοῖς κενωταφίοις τὸ ἥπαρ, οὐδὲ τὸ αἷμα λείπει τῷ γενομένῳ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ἀποτροπιασμῷ τοῦ θανάτου· τὸ δὲ γένος τοῦ ζώου τούτου, οὗ τὸ ἥπαρ ἐλήφθη, ταῖς ἰλαστικαῖς ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν οὐσίαις ἀποπεταγμένον ἐστίν. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους καὶ εἰς τὸ πάσχα παραλαμβάνεται· καὶ ἀποπεμπτικόν τῆς τοῦ λαοῦ ἁμαρτίας τὸ ζῶον τοῦτό φησι δεῖν ὁ Μωϋσῆς ποιέσθαι· ὅτε εἰς διπλὴν ἐνέργειαν μερίζεται. Καὶ οὗο προτεθέντων χιμάρων ἐκ διακληρώσεως, τὸ μὲν ἀνατίθεται τῷ Θεῷ, τὸ δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ ἐκπέμπεται ἐπὶ τὴν ἔρημον. Διὰ πάντα οὖν ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, τοῦτο τοῦ ζώου τὸ ἥπαρ εἰς τὴν τοῦ αἵματος ἐνδεξιν παρελήφθη, δι' οὗ τῶν ἐπιθανάτων νενοσηκότων ὁ ἀποτροπιασμὸς τοῦ θανάτου ἐγένετο, διὰ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ἣν σημαίνει τὸ κενωτάφιον. Ἄλλὰ καιρὸς ἂν εἴη, καὶ τὸν ἐν τῇ ψαλμοῦδιᾳ νοῦν διὰ βραχείων ἐπιδραμεῖν, ἔχοντα οὕτως· Μερίζει τὸν λόγον ἡ προφητεία. Ὁ μὲν γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς τὸν Θεὸν γίνεται, ἐκ τοῦ κοινοῦ τῆς φύσεως προσαγομένης· ὁ δὲ πρὸς ἡμᾶς ἐκ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδεξαμένου τὸ πάθος. Τὰ μὲν οὖν ὑπὲρ ἡμῶν, ἐστὶ ταῦτα· « Ἐξελού με, » λέγων, ἠ ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου, ὁ Θεός, καὶ ἐκ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμὲ λύτρωσαι με. Καὶ ἐκ τῶν ἐργοζομῆτων τὴν ἀνομίαν, καὶ ἐξ ἀνθρώπων αἰμάτων, οἱ ἐθήρευσαν τὴν ψυχὴν μου, » καὶ ἐπίβηεντο ἰσχυρῶς, οὐδὲν παρ' ἡμῶν προπεπονηότες κακῶν. Οὐ γὰρ ἥμαρτόν τι κατ' ἐκείνων, οὐδὲ ἐστὶν ἀνομία τις παρ' ἡμῶν ἐπὶ βλάβῃ τῶν ἐχθρῶν ἐνεργηθεῖσα, ἐφ' ἣ καὶ παροξύνονται. Ἄνευ ἀνομίας ἦν ἡμῶν ὁ πρῶτος ὀρόμος. Ἄλλ' ἰδοὺ τὰ πάντα, φησὶν, οἷά ἐστι. Ἴδε καὶ πρόσχες τοῦ ἐπισκέψασθαι. Καὶ μὴ ἀναθάλη διὰ φιλάνθρωπίας κατὰ τῶν πεπλημεληκότων ἐκδικήσιν. « Μὴ οἰκτερήσῃς, » γὰρ, φησὶν, « πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν. »

Εἶτα μετὰγει τὸν λόγον ἐπὶ τὸ ὑπερκείμενον πρόσωπον, καὶ φησιν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ τῆς εὐχῆς ἐπακούσαντος, ὅτι οὗτοι οἱ ἐχθροὶ εἰς τὴν ἐσπέραν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν. Ὁπεροῦδὲν ἄλλο ἐστίν, ἢ ὅτι εἰς τὸ ἐξώτερον σκότος συνελοσθήσονται. Ἢ γὰρ ἐσπέρας σκότους γίνεται ἀρχὴ τε καὶ μῆτηρ. « Καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων. » Οἷς γὰρ οὐκ ἐστὶ σωτηρίας ἐσπίδιον, ἐξ ἀνάγκης ἢ ἐκ τοῦ λιμοῦ τῶν ἀγαθῶν ἐπακούσθησιν ταλαιπωρία. Οὕτως ἐλίμωξεν ἐν τῷ ἄδῃ ὁ πλούσιος, τῆς θείας δόξηςου ἔρημος ὢν καὶ διὰ τὸ ἀπαράτησον τοῦ τοιοῦτου εἶναι, τῇ φλογὶ κατεφλέγετο. Ἄλλὰ καὶ « Κυκλώσουςι πόλιν, » φησὶν. Ὅπερ τοιοῦτόν μοι τινα νοῦν ὑποσημαίνειν δοκεῖ. Ἐπειδὴ πᾶν τὸ ἀρχαῖόν τε καὶ ἀπόβλητόν, ὡς πρὸς τὴν τῶν ζώντων χρῆσιν, ἐξωρίπτεται· τῆς πόλεως, εἶτε νεκρῶν καὶ διεσθωρῶς, εἶτε

¹⁵ Num. vii, 10 sqq. et alibi passim.

¹⁶ Levit. xvi, 15 sqq.

¹⁷ Luc. xvi, 24.

δυσώδης τις κόπρος· περι ἅ ὑπὸ τῆς τοῦ λιμοῦ ἀνά- A
 γης οἱ κύνας ἐξουρίσκονται, τῷ ῥύπῳ τῷ ἐκ τῆς
 πόλεως ἐκβαλλομένῳ ἐμβιοτεύοντες· διὰ τοῦτου τῶν
 ἐν ἀρετῇ καὶ κακίᾳ ζῶντων τὴν διαφορὰν διδάσκων
 ὁ λόγος, ἐν τῷ τῆς πόλεως διασημαίνει ἀντίματι·
 πῶλον λέγων, τὴν ὑπὸ τῆς ἀρετῆς συνκριτέην εὐ-
 πρεπῆ τε καὶ εὐδαίετον πολιτείαν· τὰ δὲ ἔξω τῆς
 πόλεως, τὴν ἐκ τοῦ ἐναντίου παραθεωρουμένην κα-
 κίαν δηλοῖ, ἐν ᾗ πᾶσα ἡ τοῦ ἀστειοτέρου βίου ἀπο-
 βολή τις ἐστὶν δυσώδης ἀμαρτία, ἡ ἐκ τε τῆς σήψεως
 τῶν σωμάτων, καὶ ἐκ τῆς ῥυπαροῦς κόπρου συνιστα-
 μένη εὐρίσκειται. Οὐλοῦν τῆς μὲν πόλεως οἰκίτηρ
 ἐστὶν, τὸ μέγα καὶ τίμιον χρῆμα, ὁ ὄντως ἄνθρω-
vestigiis errantibus a veritate aberrare. Σαφέστερον δὲ χρῆ τὸν περὶ τοῦτων ἐκθέσθαι λόγον. Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων οὐκ αὐτοὶ κρίνουσιν ὅπως ἔχει τὰ πρόγματα φύσεως, ἀλλὰ πρὸς τὴν συνήθειαν τῶν προεβηκότων ὀρώμετες, τῆς ὕψους τῶν ὄντων κρίσεως ἀμαρτάνουσι, οὐκ ἔμφορὰ τινα λογισμῶν, ἀλλὰ συνήθειαν ἄλογον, τοῦ καλοῦ κριτήριον προβαλλόμενοι· ὅθεν εἰς ἀρχάς τε καὶ δυναστείας ἑαυτοὺς εἰσθεοῦσι, καὶ τὰς ἐν τῷ κόσμῳ περιφανείας, καὶ τοὺς ὕψιους ὄγκους περὶ πολλοῦ ποιοῦνται, ἀγῆρον ὅν εἰς ὃ τι τούτων ἕκαστον καταλήξει μετὰ τὸν τῆδε βίον. Οὐ γὰρ ἀσφαλῆς τῶν μελώντων ἐγγυητῆς ἡ συνήθεια, ἧς τὸ πέρας ἐρίφων εὐρίσκειται· πολλάκις, οὐχὶ προβάτων ἀγέλη. Νεῖς δὲ

πίντως τὸν λόγον ἐκ τῆς τοῦ Εὐαγγελίου φωνῆς. Ὁ δὲ πρὸς τὸ ἴδιον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως βλέπων, τοῦτο δὲ ἐστὶν ὁ λόγος, καταφρονήσει μὲν τῆς ἀλλοίου συνηθείας, οὐδὲν δὲ ὡς καλὸν αἰρήσεται, ἢ μὴ τῇ ψυχῇ φέροι τὸ κέρδος. Οὐκοῦν οὐ χρὴ πρὸς τὰ ἔχων τῶν βουκημάτων βλέπειν, ἀ τῷ γεώδει βίῳ διὰ τὸν πετρῶν ἐνσημαίνονται οἱ προωδευκότες τὸν βίον· ἀφανῆς γὰρ ἐκ τῶν φαινομένων ἡ τοῦ προτιμωτέρου χρίσις, ἕως ἂν ἔξω τοῦ βίου γενώμεθα, κἀκεῖ γινώμεν τίσιν ἠκολουθήσαμεν. Ὁ τοίνυν μὴ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων διακρίνων τὸ καλὸν ἐκ τοῦ χειρόνος, ἀλλὰ τοῖς ἔχουσι τῶν προωδευκῶτων ἐπόμενος, τὴν παρελθούσαν τοῦ βίου συνήθειαν διδάσκαλον τῆς ἰδίας ζωῆς προβαλλόμενος, λαμβάνει πολλάκις, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς δικαίας κρίσεως, ἔριφος ἀντὶ προβάτου γενόμενος. Οὐκοῦν ταῦτα λεγόντων ἐστὶν ἀκούειν τῶν φίλων, οἱ Σὺ, ὦ ψυχῇ, ἡ ἐκ μελαίνης γενομένη καλῆ, εἴ σοι μέλει τοῦ συνδαιμόνιζεσθαι σοι τῆς εὐμορφίας τὴν χάριν, μὴ τοῖς ἔχουσιν ἐπιπλανῶ τῶν προωδευκῶτων τὸν βίον· ἀδῆλον γὰρ εἰ μὴ τρίβος ἐρίφων ἐστὶ τὸ φαινόμενον, οἷς σὺ κατόπι ἀκολουθοῦσα, διὰ τὸ μὴ φαίνεσθαί σοι τοὺς διὰ τῶν ἔχων τὴν ἀτραπὸν τρίψαντας, ἐπειδὴν προῆλθες τὸν βίον, καὶ κατόλισθης ἐν τῇ τοῦ θανάτου μάνδρᾳ, μήποτε προστεθῆς τῇ τῶν ἐρίφων ἀγέλῃ, οἷς ἀγνοῦσα διὰ τῶν ἔχων τοῦ βίου κατόπι ἐπηκολουθήσας.

Ἄν γὰρ μὴ γινῶς σεαυτὴν, καλὴ ἐν γυναιξίν, ἔξελθε σὺ ἐν πτέραις τῶν ποιμνίων, καὶ ποιμαίνε τοὺς ἐρίφους ἐπὶ σκηνώμασι τῶν ποιμῶν. Ὅπερ δι' ἐτέρου τινὸς ἀντιγράφου σαφέστερον ἐστὶ κτανῶσαι, ὡς δὲ μὴ τὴν σύνταξιν τῶν ῥημάτων δοκεῖν ἀσυναρτήτως ἔχειν. Φησὶ γὰρ, ὅτι Ἔτα μὴ γινῶς σεαυτὴν, ἡ καλὴ ἐν γυναιξίν, ἔξελθε ἐκ τῶν πετρῶν τοῦ ποιμνίου καὶ ποιμαίνεις ἐρίφους ἀντὶ σκηνώματων ποιμῶν. ὥστε δι' ἀκριβείας συμβαίνειν τὴν ἐν τοῖς ῥήμασι τοῦτοις ἐμφαινόμενῃ διάνοιαν τῇ προαποδοθείσῃ θεωρίᾳ τοῦ λόγου. Οὐκοῦν ἕνα μὴ ταῦτα πάθῃς, πρόσεχε σεαυτῇ, φησὶν ὁ λόγος. Τοῦτο γὰρ ἐστὶν ἀσφαλὲς τῶν ἀγαθῶν φυλακτήριον· γινώθι πόσον ὑπὲρ τὴν λαίπην κρίσιν παρὰ τοῦ πεποιτηκότος τετίμησαι. Οὐκ οὐρανὸς γέγονεν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ, οὐ σελήνη, οὐχ ἥλιος, οὐ τὸ τῶν ἀστρων κάλλος, οὐκ ἄλλο τι τῶν κατὰ τὴν κρίσιν φαινομένων οὐδέν. Μόνη σὺ γέγονας τῆς ὑπεργούσης πάντα νοῦν φύσεως ἀπεικόνισμα, τοῦ ἀφθάρτου κάλλους ὁμοίωμα, τῆς ἀληθινῆς θεότητος ἀποτύπωμα, τῆς μακαρίας ζωῆς δοχεῖον, τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἔκμαγεῖον, πρὸς ὃ βλέπουσα, ἐκαίνο γίνῃ, ὅπερ ἐκαίνος ἐστὶ, μιμουμένη τὸν ἐν σοὶ λάμπουσα διὰ τῆς ἀντιλαμπύσης αὐγῆς ἐκ τῆς σῆς καθαρότητος. Οὐδὲν οὕτω τῶν ὄντων μέγα, ὡς τῷ σῷ μεγέθει παραμετρεῖσθαι. Ὁ οὐρανὸς ὅλος τῇ τοῦ Θεοῦ σπιθαμῇ περιλαμβάνεται, γῆ δὲ καὶ θάλασσα τῇ θραυλὶ τῆς χειρὸς αὐτοῦ περιερίγεται. Ἄλλ' ὅμως ὁ οὐρανὸς καὶ τοσοῦτος, ὁ πᾶσαν τῇ πλάτῃ περιερίγγων τὴν κρίσιν, ὅλος σοι χωρητὴς γίνεται, καὶ ἐν σοὶ κατοικεῖ, καὶ οὐκ ἐνστενοχωρεῖ πάτῃ τῇ φύσει ἐνδοδεύου, ὁ εἰπὼν· Ἐγενήσω

A hædorum, non ovium. Quod autem dico plane intelligis ex voce evangelica. Qui autem aspicit ad id quod est proprium humane nature, hoc autem est ratio, despiciet quidem rationis experientem consuetudinem, nullam autem bonum eligit quod non afferat luernm anime. Non oportet ergo eos ad pcedum aspiciere vestigia, quæ per calces eos significant qui vite terrene sunt affixi; ejus enim quod est præstantius, ex iis quæ apparent non est manifestum judicium, donec ex hac vita excesserimus, et illic cognoverimus quosnam simus secuti. Qui ergo non ex ipsis rebus discernit id quod bonum est et honestum ab eo quod est malum, sed sequens vestigia eorum qui præcesserunt, præteritam vite consuetudinem asciscit sibi pro vite magistra, sæpe fallitur tempore discretionis, et imprudens haud pro ove efficitur. Licet ergo audire hæc dicentes amicòs: Tu anima, quæ ex nigra facta es pulchra, si est tibi curæ ut longo tempore duret gratia et decor tue forme, ne aberrer post vestigia eorum qui præcesserunt; non est enim apertum, an sit hædorum semita ea quæ apparet quam tu sequeris; propterea quod a te non cernantur qui vestigiis suis viam triverunt, postquam vitam transmiseris, et in mortis stabulum inclusa fueris, timendum est ne in gregem hædorum ascibaris, quos ignorans eorum vestigiis insistens, secuta es.

B
C
D
Si enim non cognoscas teipsam, o pulchra inter mulieres, egredere tu in vestigiis gregum et pascas hædos in tabernaculis pastorum. Quod quidem facilius licet intelligere per alterum exemplar, ut ne verborum quidem constructio videatur non coherere. Dicit enim: Si non cognoscas te ipsam, o pulchra inter mulieres, egressa es in vestigiis gregum, et pascis hædos pro tabernaculis pastorum, adeo ut quæ in his diebus apparet sententia, exacte conveniat ei quam prius posuimus contextus contemplationi. Ne ergo hæc tibi accidant, attende tibi ipsi, dicit Scriptura: hæc est enim tutissima bonorum conservandorum ratio. Cognosce quantum sis honorata a Creatore plus quam reliqua creatura. Non factum fuit cælum imago Dei; non luna, non sol, non siderum pulchritudo, neque quidquam aliud ex iis quæ cernuntur secundum naturam. Tu sola facta es effigies nature quæ omnem superat intelligentiam, similitudo pulchritudinis in quam non cadit interitus, expressa figura veræ divinitatis, vite beatæ receptaculum, veri luminis informatum simulacrum, ad quod aspiciens id quod ille est efficeris, imitans eum qui in te resplendet, per splendorem ex adverso refulgentem ex tua puritate. Eorum quæ sunt nihil est adeo magnum, ut suscipiat dimensionem tue magnitudinis. Totum cælum Dei palma continetur; terra et mare pugillo ejus manus comprehenditur. Sed tamen qui est tantus et talis, qui universam creaturam palma continet, totus a te capitur, et in te habitat, et non in arcum cogitur in tua versans natura, qui dixit: In eis hæ-

Et ibo et deambulabo ²⁰. Si hæc aspicias, in nullam rem terrenam defiges tuum oculum. Quid dico? Imo ne cælum quidem tibi censebitur admirandum. Quemadmodum enim, o homo, cælos admiraberis, teipsum aspiciens cælis stabiliozem et durabiliozem? Nam cælum quidem transit, tu autem cum eo quod semper est, simul manes ad æternitatem. Non admireris terre latitudinem, neque mare quod panditur in infinitum, quibus ut præcesses es constitutus, tanquam alicui equorum currui, ad id quod tibi videtur, obedientia et in tua potestate sita habens hæc elementa. Nam et terra tibi suppetat ea quæ sunt usui ad vitam, et mare non secus atque equus qui habentis regitur, tibi dorsum præbet, et summum sessorem accipit hominem. Si ergo te cognoscas, o pulehra inter mulieres, totum mundum despicias, et ad materiæ expertus bonum perpetuo intuens, contempnes errorem eorum quæ in hac sunt vita vestigiorum. Attende ergo semper tibi ipsi, et non errabis circa gregem hædorum, neque efficieris hædus pro ovis in tempore iudicii; neque segregaberis a statione ad dexteram: sed audies jucundam vocem, quæ dicit lanigeris et mansuetis ovibus: *Venite, benedicti Patris mei, estote hæredes regni robis parati ante constitutionem mundi* ²¹. Quo nos quoque digni reputemur, in Christo Domino nostro cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA III.

CAP. 1, v. 9. *Equitatum meo in curribus Pharaonis assimilavi te, propinqua mea.* 10. *Quam pulehræ factæ sunt genæ tuæ sicut turturis, collum tuum sicut monilia.* 11. *Similitudines auri faciemus tibi cum notis argenti.* 12. *Donec rex in acubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* 13. *Fasciculus myrrhæ patruelis meus mihi in medio uberum meorum commorabitur.* *Botrus Cypri patruelis meus in vineis Engaddi.*

Quæcumque ante ea quæ nunc lecta sunt in proœmiis Cantici canticorum, similiter se habent atque splendor qui mane oritur post noctem. Neque enim ille est lux pura, sed lucis proœmium: ea quoque quæ dicta sunt, sunt hujusmodi, ut nobis significant exortum veræ lucis, non tamen in se habeant ipsam orbem solis clare apparentem. Nam in illis quidem loquitur sponsa, et amici, et adolescentula: nunc autem vox ipsius sponsi, tanquam orbis solis oritur, radiorum splendore abscondens omnem splendorem astrorum quæ prius apparebant, et matutini quod illuxerat. Illa autem omnia vim quamdam habent purgationum et aspersionum, per quas expiata anima paratur ad res divinas excipiendas: quod autem nunc dicitur, est participatio ipsius divinitatis, ipso Deo Verbo per propriam vocem impertiente auditori potestatem in quam non cadit interitus. Et quomodo in monte Sina purgationibus prius paratus Israel duobus diebus,

Ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω. Ἐὰν ταῦτα βλέπησ, εἰς οὐδὲν τῶν περιγείων τὸν ὀφθαλμὸν ἀσχολήσεις. Τί τοῦτο λέγω; Ἄλλ' οὐδὲν ὁ οὐρανὸς σοι θαυμαστὸς νομισθήσεται. Πῶς γὰρ θαυμάσεις τοὺς οὐρανοὺς, ὡ ἄνθρωπε, ἐαυτὸν βλέπων τῶν οὐρανῶν μονιρώτερον; οἱ μὲν γὰρ παρέρχονται, σὺ δὲ τῷ αἰεὶ ὄντι συνδιαμένεις πρὸς τὸ αἰδίον. Οὐ θαυμάσεις πλάτη γῆς, οὐδὲ πλάτη πρὸς ἄπειρον ἐκτεταμένα, ὡν ἐπιστατεῖν ἐπάχθης, ὡσπερ τινὸς ξυνοριδὸς πόλων ἡνίοχος εὐπειθὴ πρὸς τὸ δοκοῦν ἔχων τὰ στοιχεῖα ταῦτα καὶ ὑπεξοῦσα. Ἡ τε γὰρ γῆ σοι πρὸς τὰς τοῦ βίου χρεῖας ὑπηρετεῖται, καὶ ἡ θάλασσα καθάπερ τις πῶλος εὐήθιος ὑπέχει σοι τὰ νῶτα, καὶ ἐπιβάτην ἐαυτῆς τὸν ἄνθρωπον δέχεται. Ἐὰν οὖν γινῶς σεαυτῆν, ἢ καλῆ ἐν γυναιξίν, ὑπερφρονήσεις παντὸς τοῦ κόσμου, καὶ πρὸς τὸ ἄλλο ἀγαθὸν διαπαντὸς ὀρώσα, περιόψει τῶν κατὰ τὸν βίον τοῦτον ἰχνῶν τὴν πλάτην. Οὐκοῦν αἰεὶ πρόσεχε σεαυτῆ, καὶ οὐ μὴ πλανηθῆσῃ περὶ τὴν τῶν ἐρίφων ἀγέλην· οὐδὲ ἔριφος ἀντὶ προβάτου ἐν τῷ καιρῷ τῆς κρίσεως ἐπιδειχθήσῃ, οὐδὲ τῆς ἐκ θεξιῶν καθέδρας ἀφορισθήσῃ· ἀλλ' ἀκούσῃ τῆς γλυκείας φωνῆς, ἣ φησι πρὸς τὰ ἐριψόβρα τε καὶ ἡμέρα πρόβατα, ὅτι· Δεῦτε, εἰ εὐδογημένοι τοῦ Πατρὸς μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Ἡς καὶ ἡμεῖς ἀξιοθεύμεν· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πρόπει ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων.

C Ἀμήν.

ΟΜΗΛΙΑ Γ'.

Τῇ ἑπταῷ ἐν ἄρμασι Φαραὼ ὠροῦσά σε, ἢ πλιχίον μου. *Τι ὀφειλώσῃαι αἰ σιωπῆς σου ὡς τριγόνες, τμάχηλός σου ὡς ὄρμιςκοι.* Ὅμοιώματα τοῦ χριστοῦ ποιήσεσθαι σοι μετὰ στιγματῶν τοῦ ἄργυρου. Ἔως οὗ ὁ βασιλεὺς ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ, *τύσδος μου ἔδωκεν ἔσμιην αὐτοῦ.* Ἀπέδραμος στακτῆς ἀδελειδός μου ἐμοὶ ἀνὰ μέσον μαστῶν μου ἀνελθῆσεται. *Βότρυς τῆς Κύπρου ἀδελειδός μου ἐμοὶ, ἐν ἀμπελώσῃ Ἐγγαδδαί.*

Ὅσα πρὸς τῆς παρουσίας ἀναγνώσεως ἐν τοῖς προοιμίοις τοῦ Ἄσματος τῶν ἀσμάτων ἡμῶν θεθεύρηται, ὁμοίως ἔχει τῇ γνωσμένῃ μετὰ τὴν νύκτα περὶ τὸν ὄρθρον αὐγῆ. Ὅστε γὰρ ἐκεῖνη καθαρὸν φῶς, ἀλλὰ φωτὸς ἐστὶ προσέμιον, καὶ τὰ εἰρημένα τοιαῦτα, ὡς τὴν ἀνατολὴν μὲν ἡμῶν τοῦ ἀληθινοῦ καταμηνύειν φωτὸς, οὐ μὴν ἐν ἑαυτοῖς ἔχειν αὐτὸν τοῦ ἡλίου τὸν κύκλον τηλαυγῶς προφανόμενον. Ἐν ἐκεῖνοις μὲν γὰρ ἡ νόμῳ φθέγγεται, καὶ αἱ φίλοι, καὶ αἱ νεάνιδες· νῦν δὲ αὐτοῦ τοῦ νομφίου φωνῆ, καθάπερ τις κύκλος ἡλιακῆς ἀναπέλλει, ἀποκρούπων ταῖς τῶν ἀκτίων αὐγαῖς πᾶσαν τὴν τε προφανέντων ἀπτέρων, καὶ τοῦ ὑπαναγασσαντος ὄρθρου τὴν λαμπρότητα. Κἀκεῖνα μὲν πάντα καθαρῶν τινῶν καὶ περιβόαντηρίων δόναμιν ἔχει, δι' ὧν ἀφανισθεῖσα ἡ ψυχὴ πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῶν θεῶν παρασκευάζεται· ὁ δὲ νῦν λόγος, αὐτῆς τῆς θεότητος ἐστὶ μετουσία, τοῦ θεοῦ Λόγου διὰ τῆς ἰδίας φωνῆς μεταδιδόντος τῷ ἀκούοντι τῆς ἀκράτου δυνάμεως τὴν κοινωνίαν. Καὶ

²⁰ Levit. xvi, 12. ²¹ Matth. xxv, 36.

ὡσπερ ἐπὶ τοῦ Σινᾶ προπαρασκευασθεὶς τοῖς καθαροῖς ὁ Ἰσραὴλ ἐν ἡμέραις δύο, τῇ τρίτῃ κατὰ τὴν ἕρπρον ἀξιούται τῆς θεοφανείας, οὐκέτι περὶ τὴν πλῆσιν τῶν ἱματίων ἀσχολοῦν ὢν, ἀλλ' αὐτὸν δεγόμενος ἐμφανῶς τὸν Θεόν, οὗ χάριν τὸν τῆς ψυχῆς ῥύπον διὰ τῶν προλαβόντων καθαρῶν ἀπεπλύνοντο οὕτω καὶ νῦν ἢ ἐν τοῖς φθίσαι λόγοις γεγεννημένη τῶν προσιμίων τοῦ Ἄσματος θεωρία κατὰ τὰς προκαθούσας δύο ἡμέρας, τοσοῦτον ὠφέλησεν, ὅσον ἐκπλῦναι καὶ ἀποκλῦσαι τοῦ ῥύπου τῆς σαρκὸς τὴν ἐν τοῖς λεγομένοις διάνοιαν. Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς Λόγος σήμερον, ἥτις ἐστὶ τρίτη, μετὰ τὴν πρώτην τε καὶ δευτέραν κάθαρσιν, ἐπιφανήσεται, οὐ γνόφῳ, καὶ θυσέλλῃ, καὶ ἀλπιγγῶς ἤχῳ, καὶ πυρὸς φθερῶς ἐκ πυθμένος εἰς ἀκρόρειαν τοῦ ἕρους τὴν περιοχὴν διασπύροντι, φανερὰν καὶ ἐπίδηλον ἑαυτοῦ τὴν παρουσίαν ποιούμενος· ἀλλ' ἡδὺς καὶ εὐπρόσβιτος, ἐκ τοῦ φθεροῦ εἶδος ἐκείνου πρὸς τὴν νυμφικὴν εὐφροσύνην μεταρμυσάμενος. Τῆς γὰρ νύμφης δεηθείσας μαθεῖν τούτῃς ἀναπαύσεως τόπου, ἐν οἷς ὁ ἀγαθὸς ποιμὴν τὴν διατριβὴν ἔχει, ὥστε μὴ τι κατὰ ἄγνοιαν τῶν ἀβουλήτων παθεῖν· εἶτα τῶν φίλων τὸ ἀσφαλὲς τῆς ἀληθείας κριτήριον ὑψηγησαμένων, τὸ πρὸς ἑαυτὴν βλέπειν τὴν ψυχὴν, καὶ ἑαυτὴν γινώσκειν· τὸ γὰρ ἑαυτὴν ἀγνοεῖν, ἀρχὴν ἀπεφύγαντο καὶ ἀκολούθειαν εἶναι τοῦ μηδὲ ἄλλο τι τῶν θεούτων εἰδέναι. Πῶς γὰρ ἂν ἄλλο τι μάθοι, ἑαυτὴν ἀγνοῶν; Ἐπὶ τούτοις ὡς Ἰκανῶς ἔδη τοῦ ἡγεμονικοῦ τῆς ψυχῆς κεκαθαυμένου, ἐπανατέλλει τῇ ποθοῦσῃ ὁ λόγος, προτροπὴν πρὸς τὸ τέλειον ποιούμενος διὰ τῆς ἀποδοχῆς τῶν παρόντων. Ὁ γὰρ ἐπὶ τοῖς κατορθώματιν ἔπαινος σφοδροτέρην τοῖς κατορθώσαι τὴν πρὸς τὸ κρείττον προθυμίαν ἐντίθησι.

Τίς οὖν ὁ παρὰ τοῦ ἀληθινοῦ Λόγου γεγονώς πρὸς τὴν παρθένον λόγος; Τῇ ἔπιπῳ μου, φησὶν, ἐν ἄρμασι Φαραῶ ὁμοίωσά σε, ἢ πλησίων μου. Ἄλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ προαίρου τὴν τῶν εἰρημένων θεωρῆσαι διάνοιαν, ἐξετάσαι προσέχει δι' ἐπιμελείας, καθὼς ἂν ὄν τε ἦ, τὸ προκείμενον. Ἄλλην δύναμιν τὴν ἀντιταχθείσαν τῇ ἔπιπῳ τοῦ Φαραῶ παρὰ τῆς ἱστορίας ἐμάθομεν, νεφέλην καὶ βάθρον καὶ βίαιον ἄνεμον καὶ πέλαγος διχῆ διαιρούμενον, καὶ βυθὸν ἐν κόλπῳ, καὶ τὴν ἐκ κομάτων ταχυποῖαν, καὶ ξηρὰν ἄβυσσον, τὴν διὰ μέσου τῶν ἐξ ὕδατος πηγῶν χερσωθείσαν· δι' ὧν ἀπάντων ἐγένετο τοῖς Ἰσραηλίταις ἡ σωτηρία, πανστρατιᾶ τοῦ Φαραῶ μετὰ τῶν ἔπιπων τε καὶ ἄρμάτων συγκαλυφθέντος τοῖς κύμασι. Οὐδεμιᾶς τοίνυν ἱππικῆς δυνάμεως ἀντεισχυθείσης τῷ Αἰγυπτίῳ στρατῷ, ἄπορον ἂν εἴη μαθεῖν ποῖα ἔπιπῳ τῇ διαφανείῃ κατὰ τῶν Αἰγυπτίων ἄρμάτων ἢ νύμφη παρὰ τοῦ λόγου νῦν προσεικάζεται. Τῇ ἔπιπῳ μου γὰρ, φησὶ, τῇ ἐν τοῖς ἄρμασι τοῦ Φαραῶ κατεिरγασμένη τὴν νίκην, ὁμοίωσά σε, ἢ πλησίων μου. Ἦ δὲ γλῶσσος ἐστίν, οὗ ὡσπερ οὐκ ἔστι διὰ ναυμαχίας ἡττηθῆναι τινας, μὴ ναυτοῦ στρατοῦ τὴν ἐν ταῖς ναυσὶ τῶν ἐναντίων δύναμιν καταλύσαντος· οὕτως οὐδὲ ἂν ἐν ἱππομαχίᾳ τις ἡττηθείη, μὴ τις ἱππικῆς ἐκ τῶν ἐναντίων ἀντιταχθείσης δυνάμεως; Εἰ δὲ τοίνυν τὸ κράτιστον τῆς τῶν Αἰγυπτίων στρατιᾶς,

tertio dignus censetur, summo manere, ut ei Deus appareat, non amplius occupatus in lavandis vestibus, sed ipsum Deum aperte suscipiens, propter quod animæ sordes per præcedentes abluerat purgationes: ita etiam nunc, quæ in iis quæ prius dicta sunt fuit contemplatio præemiorum Cantici canticorum, duobus diebus præcedentibus: tantum profuit ut ablueret et emundaret a sordibus carnis sensum qui est in iis quæ dicuntur. Ipse autem Deus Verbum hodie, qui est dies tertius, apparebit post primam et secundam purgationem, non in caligine et procella, et sono tubæ, et terribili igne a radice usque ad verticem montis ambitum abstergente, apertam et manifestam suam præbens præsentiam, sed jucundus et affabilis ex specie illa terribili ad sponsæ lætitiā se transmutans et accommodans. Nam cum sponsa rogavisset ut seiret loca quietis, in quibus bonus pastor versatur, ne quid eorum quæ nollet amplius ipsi accedat propter ignorationem, deinde cum amici ei exposuissent quis sit certus iudex veritatis, nempe ut anima ad seipsam aspiciat, et se cognoscat: seipsam enim ignorare, pronuntiarunt esse principium et consequentiam nesciendi quidem aliquid aliud eorum quæ oportet; quomodo enim aliquid aliud disceat qui seipsum ignorat? post hæc tanquam jam satis expurgata, quæ animæ principatum tenet, facultate, oritur Verbum sponsæ desideranti, ea quæ sunt præsentia accipiendo, adhortans ad id quod est divinius. Laus enim rerum recte gestarum affert majorem animi alacritatem ad id quod est melius.

Quidam ergo dicit verum Verbum virginī? *Equitatu meo*, inquit, *in curribus Pharaonis assimilavi te, propinqua mea*. Sed quoniam ex ee quod est in promptu, non facile potest considerari sensus eorum quæ dicta sunt, examinandum est diligenter id quod est propositum, quoad ejus fieri poterit. Aliam potestatem equitatu Pharaonis objectam didicimus ab historia, nempe nubem et virgam et violentum ac vehementem ventum et mare bifariam divisum, et profundum in pulvere, et ex undis effectum mirum et siccam abyssum per intermedios in aquis muros arcafactam et solidatam, per quæ omnia salus parta est Israelitis, cum Pharaeo cum toto exercitu, et cum equis, et curribus undis fuerit obrutus. Nullis igitur copiis equestribus objectis Ægyptiorum exercitui, non facile fuerit scire eunam equitatu qui apparuerit contra currus Ægyptios, nunc assimiletur sponsa. *Equitatu meo*, inquit, *qui in curribus Pharaonis reportavi victoriam, assimilavi te, propinqua mea*. Annon est hoc manifestum, quod quomodo fieri non potest ut navali prælio sit parta victoria, nisi nauticus exercitus demerserit exercitum hostium qui est in navibus: ita nec in equestri prælio victus fuerit quispiam, si non aliqua equestres copię inimicorum ex adverso

steterint? Quoniam ergo id quod erat validissimum exercitus Ægyptiorum equitatus erat, vim adversum illos illatam, quæ non cadebat sub oculos, per quam adversus Ægyptios parva est victoria, equitatum Scriptura nominavit: nam illi quoque sentiebant eum belligerantem, et inter se clamabant, Dominus bellum gerit adversus Ægyptios, et fugiamus a facie Domini. Est autem perspicuum, quod prout fuerit instructa acies adversariorum, verus imperator exercitus suas armatas copias. Erat ergo quadam virtus non cadens sub aspectum, quæ per miracula quæ fiebant in mari, Ægyptiis afferebat exitium, quam Scriptura nominavit equos. Angelicum autem exercitum eum esse existimamus, de quo dicit propheta: *Ascendes equos tuos, et equitatus est tua salus*²¹. Sed Dei quoque currus David fecit mentionem, dicens: *Currus Dei decem millibus multiplex*²², cui subjunguntur millia eorum qui dirigunt. Præterea quæ Eliam sublimem e terra ad locum æthereum tollit virtus, equorum nomine nominatur a Scriptura. Quinetiam ipsum prophetam dicit historia currum Israël et equitem²³. Eos quoque qui totum orbem terræ obiverunt, per quos terra habitatur et quiescit, Zacharias propheta nominavit equos disseverentes eum equite, stante in medio duorum montium²⁴. Est ergo equus ei qui universitatem possidet: alius quidem sursum tollens prophetam; alius autem faciens ut habitetur orbis terræ; alius autem qui jungitur currui; alius item qui Deum accipit vectorem ad salutem hominum, alius autem qui Ægyptias obruit copias. Cum ergo in divinis equis magna sit, quæ apparet per operationes differentia, assimilatur equitatu qui Ægyptias perdit copias, ea quæ per cursum virtutis Deo appropinquavit. Ita enim ei dicit Verbum: *Equis meis in curribus Pharaonis assimilavi te, propinqua mea*. Multas autem easque magnas laudes simul verbum complectitur: et est quidam laudum catalogus que his equis facta fuit assimilatio. Quæcumque enim de Israele commemorantur in regione Ægyptiorum, servitus, paleæ, lutum, lateres universa circa terram occupatio et afflictio, duri eorum operum præfecti, qui quotidie ab eis luteum exigebant tributum, propter quos aqua fit sanguis, et lux obscuratur, et ranæ serpunt in domos, et e camino pulvis facit pustulas enasci e corporibus, et, ut semel diem omnia, locusta, cyniphes, bruchus, grando, quæ acciderunt primogenitis: hæc omnia, et quæcumque melius persequitur historia, per quæ acquiritur salus Israëlitis, est laudum argumentum animæ quæ Deo conjungitur. Non enim esset assimilata illi exercitui qui malos perdit Ægyptios, per quem a mala tyrannide liberatur Israel, nisi ea omnia recte gesta essent, quæ et Ægyptum perdunt, et parant iter ad Deum, eorum qui a limo Ægyptio migrant ad terram pro-

ἡ ἵππος ἦν, τὴν ἐπαχθεῖσαν αὐτῇ κατὰ τὸ δόρατον δύναμιν, δι' ἧς ἡ νίκη κατὰ τῶν Αἰγυπτίων ἐγένετο, ἵππον ὁ λόγος ὠνόμασεν· ἤσθάνοντο γὰρ κἀκεῖνοι τοῦ πολεμοῦντος, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐβόων, Κύριος πολέμει τοὺς Αἰγυπτίους, καὶ φύγωμεν ἀπὸ προσώπου Κυρίου. Δῆλον δὲ ὅτι καταλλήλως τῇ παρασκευῇ τῶν ἐναντίων ὁ ἀληθινὸς ἀρχιστράτηγος τὴν ἰδίαν ἀνθρώπιζε δύναμιν. Οὐκ οὐκ ἦν τις ἀόρατος δύναμις, ἡ διὰ τῶν περὶ τὴν θάλασσαν θαυμάτων ἐνεργοῦσα τῶν Αἰγυπτίων τὸν ἔλεθρον, ἦν ἵππον ὁ λόγος ὠνόμασεν. Ἀγγελικὴν δὲ ταύτην στρατιάν ὑπονοοῦμεν, περὶ ἧς φησὶν ὁ προφήτης· ὅτι Ἐπιθήσῃ ἐπὶ τοῦς ἰσραὺς σου, καὶ ἡ ἰσραὴλ σου σωτηρία. Ἀλλὰ καὶ ἄρματα μνήμην Θεοῦ ἐποιήσατο ὁ Δαβὶδ λέγων· Τὸ ἄρμα τοῦ Θεοῦ μνησιπλάσιον· ὃ ὑποξέγγυονται τῶν εὐθροσούντων αἱ χιλιᾶδες. Ἐτι δὲ καὶ ἡ τὸν προφήτην Ἰλιάν μεταίσιον ἐκ γῆς ἐπὶ τὸν αἰθέριον χῶρον ἀναλαμβάνουσα δύναμις τῷ τῶν ἵππων ὀνόματι παρὰ τῆς Γραφῆς ὀνομάζεται, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν προφήτην ἄρμα λέγει τοῦ Ἰσραὴλ καὶ ἱππέα τῆ ἱστορία. Καὶ τοὺς περιοδεύοντας πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, δι' ὧν κατοικίζεται καὶ ἡσυχάζει, Ζαχαρίας ὁ προφήτης ἵππους ὠνόμασε, διαλεγόμενους πρὸς τὸν ἱππότην, τὸν μέσον ἐστῶτα τῶν δύο ὄρων. Οὐκ οὐκ ἔστι τις ἵππος τῷ τῷ πᾶν κεκτημένῳ· ἡ μὲν τὸν προφήτην ἀνάγουσα· ἡ δὲ τὴν οἰκουμένην οἰκίζουσα· ἡ δὲ ὑποξέγγυμένη τῷ ἄρματι· ἄλλη δὲ τὸν Θεὸν ἔποχον ἐπὶ σωτηρία τῶν ἀνθρώπων λαμβάνουσα· ἄλλη δὲ τὴν Αἰγυπτίαν καταλύουσα δύναμις. Πολλῆς τοίνυν οὔσης ἐν ταῖς θεαῖς Γραφαῖς τῆς διὰ τῶν ἐνεργειῶν φαινομένης διαφορᾶς, τῇ καθαιρετικῇ τῆς Αἰγυπτιακῆς δυνάμεως ἵππων παρεικάζεται ἡ διὰ τοῦ δρόμου τῆς ἀρετῆς τῷ Θεῷ πλησιάσασα. Οὕτω γὰρ φησι πρὸς αὐτὴν ὁ Λόγος· ὅτι Τῇ ἰσραὴλ μου ἐν ἄρμασι Φαγαὶ ὠμοιώσά σε, ἡ πλῆσιόν μου. Πολλοὺς δὲ καὶ μεγάλους ἐπαίνους ὁ λόγος ἐν ἑαυτῷ περιέλιφεν· καὶ τις κατορθωμάτων κατάλογός ἐστιν, ἡ πρὸς τὴν ἵππον ταύτην ὁμοίως. Ὅσα γὰρ τοῦ Ἰσραὴλ ἐν τῇ παλαιᾷ τῶν Αἰγυπτίων μνημονεύεται, ἡ δουλεία, ἡ καλῆμη, ὁ πηλὸς, ἡ πλινθεία, πᾶσα ἡ περὶ τὴν γῆν ἀσχολία, οἱ χλεποὶ τῶν τοιούτων ἔργων ἐπιστάται, οἱ τὸν πῆλινον αὐτοὺς καθ' ἐκάστην ἡμέραν ἀπαιτοῦντες φόρον, δι' οὗς τὸ ὕδωρ αἶμα γίνεται, καὶ τὸ φῶς σκοτίζεται, καὶ βάρταχοι τοὺς οἴκους εἰσέρπουσι, καὶ ἡ καμινάτα κόνις τὰς φλυκτιδάς ἀπὸ τῶν σωμάτων ἀναξέειν ποιεῖ, καὶ τὰ καθ' ἕκαστον πάντα, ἡ ἀκρίς, οἱ σκνίπες, ὁ βροῦχος, ἡ χάλια, τῶν πρωτοτόκων τὰ πάθη· ταῦτα πάντα καὶ ὅσα πρὸς τὸ κρεῖττον ἡ ἱστορία διέξεισι, δι' ὧν γίνεται τοῖς Ἰσραηλιταῖς ἡ σωτηρία, ἐπαίνων ἐστὶν ὑπόθεσις τῇ τῷ Θεῷ συναπτομένῃ ψυχῇ. Οὐ γὰρ ἀν' ὁμοιωθῆ τῇ δυνάμει ἐκείνῃ, τῇ καθαιρετικῇ τῶν Αἰγυπτίων κακῶν, δι' ἧς ἐλευθεροῦται ὁ Ἰσραὴλ τῆς πονηρᾶς τυραννίδος, εἰ μὴ ταῦτα πάντα καὶ ταύτῃ κατόρθωτο, τὰ τε καθαιρετικὰ τῆς Αἰγύπτου, καὶ τὰ παρασκευαστικὰ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν πορείας, τῶν μετοικιζομένων πρὸς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας

²¹ Habac. iii, 8.²² Psal. lxxvii, 18.²³ IV Reg. ii, 11.²⁴ Zach. i, 8.

ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας ἰλύος. Οὐλοῦν ἐπειδὴ, καθὼς ἄ
 φησιν ὁ Θεὸς Ἀπόστολος, πάντα πρὸς νοουθεσίαν
 ἡμῶν ἀναγράφεται, ὅσα ἡ θεόπνευστος περιέχει
 Γραφή· οὐδὲν ἄλλο ἢ συμβουλεύει διὰ τῶν πρὸς τὴν
 νόμφην εἰρημένον ὁ Λόγος ἡμῶν, ὅτι χρὴ καὶ ἡμᾶς
 ἔποχον δεξαμένους ἐφ' ἑαυτῶν τὸν Λόγον, καὶ κατ-
 αγωνισαμένους τὴν Αἰγυπτίαν ἔππον αὐτοῖς ἄρμασι
 καὶ ἀναβάταις, καὶ πᾶσαν αὐτῶν τὴν πονηρὰν δυ-
 ναστείαν τῷ ὕδατι καταπνίξαντας, οὕτως ὁμοιωθῆναι
 τῇ δυνάμει ἐκείνῃ, καθάπερ τινὰ ἔππον τὴν ἀντικει-
 μένην στρατιὴν ἐναφέντας τῷ ὕδατι. Ὡς δ' ἂν σαφέ-
 στερον μάθοιμεν τὸ λεγόμενον, τοιοῦτόν ἐστιν· Οὐκ
 ἐστιν ὁμοιωθῆναι τῇ ἔππῳ, δι' ἧς τὰ ἄρματα τῶν
 Αἰγυπτίων τῷ βυθῷ κατεποντώθη, εἰμὴ τις διὰ τοῦ μυ-
 στικῆς ὕδατος τῆς τοῦ ἀντικειμένου δουλείας ἐλευ-
 θερούμενος, πᾶν Αἰγυπτιάζον νόημα, καὶ πᾶσαν ἀλ-
 λόφυλον κακίαν τε καὶ ἀμαρτίαν τῷ ὕδατι καταλι-
 πῶν, καθαρὸς ἀναδύη, μηδὲν τῆς Αἰγυπτίας συν-
 εἰδήσεως τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ συνεπαγόμενος.
 Ὁ γὰρ ἀκριβῶς πατῶν καθαρῶς τῶν Αἰγυπτίων
 πληγῶν, αἵματος, καὶ βατράχων, καὶ φλυκτιδῶν,
 καὶ σκότους, ἀκριδῶν τε καὶ σκνιπῶν, καὶ γαλιόζης,
 καὶ τῆς τοῦ πυρὸς ἐπομβρίας, καὶ τῶν λοιπῶν, ὧν
 ἱστορίας μέμνηται λόγος, οὗτος ἀξίος ἐστὶν ὁμοιω-
 θῆναι τῇ δυνάμει ἐκείνῃ, ἧς ἔποχος ὁ Λόγος γίνεται.
 Πάντως δὲ οὐκ ἀγνοοῦμεν τὰ διὰ τῶν πληγῶν σημει-
 νόμενα, πῶς γίνεται τοῖς Αἰγυπτίοις τὸ αἶμα πληγῆ,
 καὶ ἡ τῶν βατράχων ὄσμη, καὶ ἡ τοῦ φωτὸς εἰς τὸ
 σκότος μεταβολή, καὶ τὰ καθ' ἕκαστον πάντα. Τίς
 γὰρ οὐκ οἶδε διὰ ποταποῦ βίου αἶμά τις γίνεται, ἐκ
 ποτίμου τοῦ πρότερον εἰς διαφθορὰν ἀλλοιούμενος;
 καὶ τί ποτῶν ζωογονεῖ τῷ ἰδίῳ οἴκῳ τὴν τῶν βατρά-
 χων δυσωδίαν· καὶ πῶς μεταποιεῖ τὸν φωτεινὸν βίον,
 εἰς ἔρηκα νεκτὶ φίλα καὶ ζοφώδη, δι' ὧν ἡ τῆς γένε-
 νης κάμινος τὰς πονηρὰς τῆς κατακρίσεως φλυκτιδᾶς
 ἀναξέειν ποιεῖ; Οὕτω δὲ καὶ τὰ καθ' ἕκαστον τῶν ἐν
 Αἰγύπτῳ κακῶν ῥῆδιον μεταβαλεῖν εἰς παιδείαν τε
 καὶ σωφρονισμὸν τοῦ ἀκούοντος, ἀλλὰ περιττὸν ἂν
 εἶη μηχανεῖν διὰ τῶν ὁμολογουμένων τῶν λόγων.

Τούτων τοίνυν καὶ τῶν τοιούτων κρείττους γενό-
 μενοι, καὶ τῷ Θεῷ πλησιάσαντες, καὶ αὐτοὶ πάντως
 ἀκουσόμεθα· ὅτι Τῇ ἔππῳ μου ἐν ἄρμασι Φαραὼν
 ὁμοιωσά σε, ἢ πλησίον μου. Ἀλλὰ λυπεῖ τυχόν
 τοὺς σὺφρονας καὶ καθαρὸν ἐξησχηκότας βίον, ἡ
 πρὸς τὸν ἔππον ὁμοίωσις· διότι πολλοὶ τῶν προφητῶν
 ἀπαγορεύονται ἡμῶν τὸ ὁμοιωθῆναι τοῖς ἔπποις, τοῦ
 μὲν Ἱερεμίου τὴν μοιχιχὴν λύσσαν τῷ ὀνόματι τῶν
 ἔππων διασημάναντος, ἐν οἷς φησιν· Ἰσπαιο θηλυ-
 μαρεῖς ἐγενήθησαν, ἕκαστος ἐπὶ τὴν γυναικα τοῦ
 πλησίον αὐτοῦ ἐγρεμέτιζε· τοῦ δὲ μεγάλου Δαβὶδ
 φοβερὸν ποιουμένου τὸ ὡς ἔππον τινὰ καὶ ἡμίονον γί-
 νεσθαι, ὧν κλέυει κατασχεῖν ἐν κημῶν τε καὶ γαλινῶν
 τὰς σιαγόνας. Διὰ τοῦτο παραμυθεῖται τῷ ἐφεξῆς
 λόγῳ τὴν τοιαύτην διάνοιαν, λέγων· ὅτι Οὐ τοιαῦται
 σου εἰσὶν αἱ σιαγόνες, κἂν ἔππος ἦς, ὡς κημοῦ χρῆ-
 ζειν καὶ γαλινῶν εἰς ἀγρόνῃν· ἀλλὰ σοι διὰ τῆς κα-
 θαρότητος τῶν τροφῶν ἢ σιαγῶν καλλωπιζέσσει.

missionis. Igitur quandoquidem, sicut dicit divinus
 Apostolus⁸⁶, omnia scripta sunt ad nostram admo-
 nitionem, quæ divinitus inspirata continet Scri-
 ptura : nihil aliud nobis consulit Verbum per ea
 quæ dicta sunt sponsæ, quam quod nos oportet su-
 pra nos suscepto Verbo vectore, et devictis equis
 Ægyptiis, cum ipsis curribus et ascensoribus, et
 omnibus improbis copiis suffocatis, ita assimilari
 illis copiis, tanquam equitatum quemdam, eos qui
 adversarium exercitum in aquam demerserunt. Et
 autem apertius intelligamus quod dicitur, id est
 ejusmodi : Fieri non potest ut assimiletur quisquam
 equis, per quos in profundum sunt demersi currus
 Ægyptiorum, nisi per aquam mysticam liberatus a
 servitute adversarii, omni sensu Ægyptiaco, et
 omni exteriori vitio et peccato in aqua relicto, pure
 emergat, Ægyptiace conscientie nihil secum ad-
 ducens in vitam postea futuram. Qui enim est
 plane purus ab omnibus plagis Ægyptiis, sanguine,
 et ranis, et pustulis, et tenebris, locustisque et
 scyniphibus, et grandine, et imbre ignis, et cæteris
 quorum divina meminit historia, is dignus est qui
 assimiletur illi virtuti cujus Verbum est vector.
 Omnino autem non ignoramus ea quæ significantur
 per plagas, quemadmodum Ægyptiis sanguis
 fuit plaga, et odor ranarum, et lucis in tenebras
 mutatio, et cætera omnia. Quis enim nescit per
 ejusmodi vitam fit sanguis quispiam, ab eo quod
 prius erat potabile mutatus in corruptionem : et
 quid faciens, domi suæ procreat tetrum ranarum
 odorem : et quemadmodum transmutat vitam lu-
 cidam in opera amica nocti et tenebris, per quæ
 fornax gehennæ facit ebullire malas pustulas
 damnationis? Ita autem unumquodque ex malis
 quæ sunt in Ægypto, facile est transmutare ad
 cruditionem et castigationem auditoris. Sed fuerit
 supervacaneum extendere orationem per ea de
 quibus constat.

Cum his ergo et quæ sunt hujusmodi evaserimus
 superiores, et Deo appropinquaverimus, ipsi quo-
 que omnino audiemus : *Equitatum meo in curribus
 Pharaonis te assimilavi, propinqua mea; sed eos qui
 temperatam et puram vitam exercuerunt, fortasse
 male habet illud, se equo esse assimilatas : pro-
 pterea quod multi propheta nobis prohibent ne
 assimillemur equis, cum Jeremias quidem adulterii
 rabiem equorum nomine significaverit, cum dicit :
 Equi in feminas currentes facti sunt : unusquisque
 hinniebat ad uxorem proximi sui*⁸⁷ ; magnus autem
 David rem duxerit esse terribilem, fieri sicut equum
 et mulum : quorum jubet in campo et freno maxil-
 las constringere⁸⁸. Et ideo eo quod deinceps se-
 quitur, eum sensum mitigat, dicens : Non sunt
 maxillæ tuæ ejusmodi, ut sicut equus campo et
 freno opus habeas ut constringaris : sed per purita-
 tem turturum tibi ornatur gena. Dicit enim : *Quia*

⁸⁶ 1 Cor. x, 11. ⁸⁷ Jerem. v, 8. ⁸⁸ Psal. xxxv, 9.

pulchra factæ sunt tibi genæ sicut turturis! De hac autem ave testantur qui hæc observarunt, quod si separata fuerit a conjugio, manet deinceps solitaria, nec cum ullo conjungitur: adeo ut in ea naturaliter exerceatur temperantia. Propterea ænigmatica laudum significatione a Verbo comprehensa est hæc avis, quod pro freno fuerit divini equi maxillæ turturis assimilatio, per quam significatur vitam puram huic equo convenire. Propterea cum admiratione ei dicit Verbum: *Quam pulchræ factæ sunt genæ tuæ ut turturis*: huic autem subjungit aliam quoque laudem per similitudinem: *Collum tuum sicut torques*. Nam cum semel incidisset in tropicam significationem, per ea quæ de equis considerantur, sponsæ laudem excogitat. Landat enim collum, quod in figuram circuli eat in gyrum, quod etiam in superbis et ferocibus equis videmus fieri. Torquium enim mentio indicat circulum: cujus figura in collo ostensa reddit equum seipso decentiorem: torques autem Græcè dicitur ὄρμισκος, diminutivum ejus quod est ἔρμος. Ὀρμος autem proprie quidem dicitur in locis maritimis, in quibus litus intrinsecus in lunæ formam cavatum, sive mare excipit, et per se facit quiescere eos qui e mari advigant. Ex metaphora autem propter figuram ornamentum colli dicitur ἔρμος. Quando autem diminutive dicimus ὄρμισκος pro ἔρμος, per hanc vocem propemodum ostendimus ipsam similitudinem. Colli ergo cum torquibus similitudo ostendit multa encomia quæ sponsæ conveniunt: Primum quidem, quod equus collum in orbem floctens, ad omnes suos gressus aspicit, quo fit ut inoffensus et tutus sit gressus ejus, neque ad lapidem offendens, neque in fossam temere incidens. Hoc non parum facit ad laudem animæ, nempe ad seipsam aspicere, et tutissime ad cursum divinum festinare, quæcumque ex tentationibus illi eveniunt ad eum impedienda vitans et superans. Deinde autem ipsam quoque primitivum nomen τὸν ἔρμον, unde propter figuræ similitudinem colli ornamentum nominatum fuit ὄρμισκος, magnas quasdam laudes continet, quando τοῖς ἔρμοις, id est, navalibus, collum fuerit assimilatum. Quænam autem sunt laudes quæ nobis per hæc a Scriptura significantur? Navigantibus res jucunda et salutaris est portus, et qui postquam in mari fuerint jactati et vexati, tranquillum aliquem portum occupaverint, in quo afflictiones quas in mari perpassi sunt obliti, toti versantur in requie, longos labores quiete recreantes, non est eis naufragii metus, neque in mari latentium cautium suspicio, nec periculum prædonum, neque a flatibus perturbatio, neque a profundo per ventos tumescit mare: sed remoti sunt ab omnibus ejusmodi periculis qui tempestate jactantur, cum mare sit in portu tranquillum. Si quis ergo animam suam ita constituerit, ut ipsa sit tranquilla in quiete, non agitata fluctibus, minime æmota a spiritibus improbitatis, neque intumescens per superbiam, neque spumans iræ fluctibus, ne-

A Φησὶ γὰρ: *Τὶ ὀραῖώθησαν σιαγόνες σου ὡς τρυφόνες*. Μαρτυρεῖται δὲ παρὰ τῶν τὰ τοιαῦτα παρατηρηκότων, τοῦτο τὸ ὄρνον μένειν, εἰ διαζευχθεὶ τῆς συζυγίας, εἰς τὸ ἐξεξῆς ἀσυνδύαστον, ὡς φυσικῶς ἐν αὐτῷ τὸ κατορθοῦσθαι τὴν σωφροσύνην. Διὰ τοῦτο τὸ ἀίνυγμα τῶν ἐπαίνων συμπαραλήφθη ὑπὸ τοῦ Λόγου τοῦτο τὸ ὄρνον, ὡς ἀντὶ χαλινῶς γίνεσθαι τῆ σιαγόνι τῆς θείας ἵππου τὴν τῆς τρυφόνος ὁμοίωσιν, δι' ἧς ἡ καθαρὰ ζωὴ ἐπιτρέπεται τῆ τοιαύτῃ ἵππῳ διασημαίνεται. Διὸ θαυμαστικῶς φησι πρὸς αὐτὴν ὁ Λόγος: *Τὶ ὀραῖώθησαν σιαγόνες σου ὡς τρυφόνες*. Ἐπάγει δὲ τοῦτω καὶ ἕτερον δι' ὁμοιώσεως ἔπαινον, λέγων: *Τράχηλός σου ὡς ἐρμίσκου*. Ἄπαξ γὰρ ἐμπέσω ἐπὶ τροπικῇ σημασίῃ. διὰ τῶν περὶ τῶν ἵππων θεωρουμένων ἐπινοεῖ τῆ νόμφη τὸν ἔπαινον. Ἐπαινεῖ γὰρ τὸν τράχηλον τὸν ἐν σχήματι κύκλου γυροῦμενον, ὃ δὴ περὶ τοὺς γαυρούς τῶν πῶλων ὀρώμεν γινόμενον. Ἢ γὰρ τῶν ὄρμισκων μνήμη τὸν κύκλον ἐνδείκνυται, οὗ τὸ σχῆμα ἐπὶ τοῦ αὐχένος δεικνύμενον εὐπροπέστερον ἑαυτοῦ τὸν πῶλον ποιεῖ: ὄρμος δὲ λέγεται κυρίως μὲν ἐπὶ τῶν περὶ τῶν πόρων, ἐν οἷς ἡ ὕψη κατὰ τὸ ἐντὸς μηννοειδῆς κοιτανθεῖσα, ὑποδέχεται τε τῷ κόλπῳ τὴν θάλασσαν, καὶ ἀναπαύει δι' ἑαυτῆς τοὺς ἐκ πελάγους προσπλέοντας. Ἐκ μεταφορῆς δὲ διὰ τοῦ σχήματος ὁ περιτραχηλὸς κύκμος ὄρμος λέγεται. Ὄταν δὲ υποχριστικῶς ὄρμισκον ἀντὶ ὄρμου λέγωμεν, τὴν ἐν ὀλίγῳ τοῦ σχήματος ὁμοιότητα διὰ τῆς τοιαύτης φωνῆς ἐνδείκνυμεθα. Πολλὰ τοίνυν εἰς ἐγκωμία συντελοῦντα τὴν νόμφην, ἡ πρὸς τοὺς ὄρμισκους ὁμοιότης τοῦ τραχήλου ἐνδείκνυται: πρῶτον μὲν ὅτι εἰς κύκλου σχῆμα κάμπτων ὁ πῶλος τὸν αὐχένα, πρὸς τὰς ἰδίας τῶν ποδῶν βάσεις ὄρμ' δι' ὧν ἀπορροσκοπὸν τε καὶ ἀσφαλῆ ποιεῖται τὸν ὄρμον, μήτε τῷ λίθῳ προσπατῶν, μήτε κενεμβατῶν τῷ βόθρῳ. Τοῦτο δὲ οὐ μικρὸν ἔστιν εἰς εὐφημίαν ψυχῆς, τὸ, πρὸς ἑαυτὴν βλέπειν, καὶ δι' ἀσφαλείας πάσης πρὸς τὸν θεῖον ὄρμον ἐπέιγεσθαι, πάντα τὰ ἐκ πειρασμῶν τινῶν ἐγγινόμενα πρὸς τὸν ὄρμον ἐμπόδια, διαλλομένην καὶ ὑπερβαίνουσαν. Ἐπειτα δὲ καὶ αὐτὸ τὸ πρωτότυπον τῶν ὄρμων ὄνομα, ὅθεν διὰ τὴν τοῦ σχήματος ὁμοιότητα, ὁ περιδέρβριος κύκμος ὄρμισκος ὀνόμασται, μεγάλων τινῶν ἐγκωμίῳν ὑπερβολὴν περιέχει, ὅταν ὁμοιωθῆ τοῖς ἔρμοις ὁ τράχηλος. Τίνα δὲ ἔστι τὰ ἐγκωμία τὰ διὰ τούτων ἡμῶν ὑπὸ τοῦ λόγου δηλούμενα; Ἦδὲ τι καὶ σωτήριον ἔστι τοῖς καταπλέονσιν ὁ λιμὴν, καὶ τὸ μετὰ τὴν ἐν θαλάσῃ κακοπάθειαν, ὄρμον τινὰ καταλαθεῖν εὐδιάζοντα, ἐν ᾧ λήθην ποιησάμενοι τῶν ἐν θαλάσῃ κακῶν, ὅλοι τῆς ἀναπαύσεως γίνονται, τοὺς μακροὺς πόνους δι' ἡσυχίαν παραμυθούμενοι, οὐκ ἔστιν αὐτοῖς οὐκέτι ναυαγίῳ φόβος, οὔτε ἡ τῶν ὑφάλων ὑπόνοια, οὔτε πειρατῶν κίνδυνος, οὔτε πνευματικῶν παραχῆ, οὔτε ἡ ἐκ βυθῶν ἀνοιδαινύουσα διὰ τῶν ἀνέμων θάλασσα· ἀλλὰ πάντων τῶν τοιούτων κινδύνων ἐκτὸς γίνονται οἱ χειμαζόμενοι, τοῦ πελάγους ἐν τῷ ὄρμῳ γαληνιάζοντος. Εἰ τοίνυν οὕτω τις τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν καταστήσειεν, ὡς αὐτὴν τε γαληνὴν ἔχειν ἐν ἀκύμονι τῇ ἡσυχίᾳ, μὴδὲν παρακινουμένην ἐκ τῶν πνευματικῶν

τῆς πονηρίας, μήτε δι' ὑπερηφάνιας αἰδίνουσιν, μή- A
 τε τοῖς τοῦ θυμοῦ κύμασιν ἐξαφρίζουσιν, μήτε κατ'
 ἄλλο τι πάθος κλυδωνιζομένην, καὶ περιφερομένην
 παντὶ ἀνέμῳ, τῷ τὰ ποικίλα κύματα τῶν παθημάτων
 ἐγείροντι· εἰ τοίνυν αὐτὴ τε οὕτως ἔχει, καὶ τοὺς ἐν
 τῷ πελάγει τοῦ βίου χαμῆζομένους ἐν ταῖς παντο-
 δαπῶν τῶν κακῶν τρικυμίας ἐν ἑαυτῇ καταστέλλοι,
 λίαν αὐτοῖς καὶ ἀκύμαντον τὴν δι' ὁρετῆς ζωὴν ὑφ-
 ἀπλώσασα, ὥστε τοὺς ἐν αὐτῇ γεγονότας ἐκτὸς γίνε-
 σθαι τῶν ἐκ ναυαγίου κακῶν, καλῶς τοῖς ὑπὸ τοῦ
 Λόγου ἐπικνουμένοις ὁρμίσκοις ὁμοιοῦσαι, τῆς πλη-
 θυντικῆς σημασίας τὴν ἐν ἐκάστῳ εἶδει τῆς ἀρετῆς
 τελειότητα σημαίνουσης. Εἰ γὰρ ἦν ἐνὶ μόνῳ προσει-
 κασμένη ὁρμίσκῳ, ἀτελής ἂν πάντως ὁ ἔπαινος ἦν,
 ὡς οὐ τὴν αὐτὴν καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν μαρτυρίαν
 ἔχων· νῦν δὲ πᾶσαν συλλαμβάνει τῷ λόγῳ τῶν ἀρετῶν B
 τὴν μαρτυρίαν ἢ πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ὁρμίσκων ὁμοίω-
 σις. Καὶ τοῦτο συμβουλή τις ἔστι παρὰ τοῦ Λόγου τῷ
 κοινῷ τῆς Ἐκκλησίας προσαγομένη, τὸ μὴ δεῖν ἡμᾶς,
 πρὸς ἐν τι τῶν ἀγαθῶν βλέποντας, ἀμελῶς περὶ τὰ
 λοιπὰ τῶν καταρθωμάτων ἔχειν. Ἄλλ' εἰ σοὶ γέγονεν
 ὄρμος ἢ σωφροσύνη, καθάπερ τισὶ μαργαρίταις τῷ
 καθαροῦ βίου τὴν τράχηλον λαμπρύνον· ἔστω σοὶ καὶ
 ἔτερος ὄρμος, ὁ τοὺς τιμίους λίθους τῶν ἐντολῶν ἐν
 ἑαυτῷ περιείργων, καὶ δι' ἑαυτοῦ τῆς δέξερης πλεο-
 νάζων τὸ κάλλος· ἔστω σοὶ καὶ ἄλλος κόσμος περι-
 αυχένιος, ἢ εὐσεβῆς τε καὶ ὑγιαίνουσα πίστις, κύκλω-
 σὸν τῆς ψυχῆς ἀρχάνα διαλαμβάνουσα. Οὗτός ἐστιν
 ὁ κλοιὸς ὁ χρῆστος ὁ ἐκ τοῦ ἀκηράτου τῆς θεογονίας
 χρυσαίου τῷ τραχήλῳ περιλαμβόμενος· περὶ οὗ φησιν ἡ
 εὐφῆ, καὶ κλοιὸν χρύσειον περὶ τῷ τραχήλῳ.

Ἡ μὲν οὖν διὰ τῶν ὁρμίσκων συμβουλή τοιαύτη. Καί- C
 ρθ' ἂν εἴη καὶ τὸν ἐφεξῆς λόγον προσθεῖναι τῇ θεωρίᾳ,
 ὅν οἱ φίλοι τοῦ νομφίου πρὸς τὴν παρθένον πεποιήνται.
 Ἔστι δὲ ἡ λέξις αὕτη· Ὁμοιώματα χρυσαίου ποιήσω-
 μέρ σοι μετὰ στεργμάτων τοῦ ἀργύρου· ἔως ὁ βασι-
 λεὺς ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ. Τοῦτων δὲ, τῷ μὲν πρὸς
 τὴν εἰρμὴν βλέποντι τῆς προαποδοθείσης ἡμῖν θεωρίας,
 δοκεῖ πως ἢ διάνοια συνηρῆσθαι καὶ τὸ ἀκόλουθον
 ἔχειν. Ἡ δὲ λέξις ἐμβαθύνουσα ταῖς τροπικαῖς σημα-
 σίαις, δυσκατανόητον ποιεῖ τὸ διὰ τῶν αἰνιγμάτων
 ἀηλούμενον. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος τῇ
 ἔκπῳ τῇ καθαιρετικῇ τῶν Αἰγυπτίων ἁμαρτῶν ἀφ-
 ωμοιώθη, τουτέστι τῇ ἀγγελικῇ στρατιᾷ· τῇ δὲ ἔκπῳ
 ἐκείνῃ φησὶν ὁ καλὸς ἐπιβάτης, χαλινὸν μὲν εἶναι τὴν
 καθαρότητα, ἦν διὰ τοῦ ὁμοιωῦσαι τὰς σιαγόνας ταῖς
 τρογύσιν ἐνεστήμαινε· κλισμον δὲ περιουχένιον τοὺς
 ποικίλους ὄρμους τοὺς διὰ τῶν ἀρετῶν περιστλήθον-
 τας· βούλονταί τινα καὶ οἱ φίλοι προσθήκην τῷ κάλ-
 λει τῆς ἔκπῳ ποιήσασθαι, ἐξ ὁμοιωμάτων χρυσαίου
 κατακοσμοῦντες τὰ φάλαρα, οἷς ἐνστέλλουσι καὶ τοῦ
 ἀργυρίου τὴν καθαρότητα, ὡς ἂν μᾶλλον διαλάμπῃ
 τὸ κάλλος τοῦ προκοσμήματος, τῆς αὐγῆς τοῦ ἀργύ-
 ρου πρὸς τὴν λαμπρότητα τοῦ χρυσαίου συγκινησαμέ-
 νης. Ἀναγκαῖον δ' ἂν εἴη τὰς τροπικὰς ἐμφάσεις
 καταλιπόντας, ὡφελούσης ἡμᾶς διανοίας μὴ ἀποστῆ-
 σαι τὸν λόγον. Προσεκασθῆ μὲν ἐκείνῃ τῇ ἔκπῳ ἢ

que ulla alia undarum animi perturbatione, uliove
 vento lata; qui multos excitat fluctus animi affe-
 ctuum : si ergo ipsa ita se habeat, et eos qui in
 mari vite tempestate agitantur in suomis omne
 genus malorum fluctibus apud se in tranquillo re-
 tineat, eis planam et nullis procellis agitatam per
 virtutem explicans vitam : adeo ut qui in ea fue-
 rint sint extra omnia mala naufragii, recte a Seri-
 ptura assimilatur ὁρμίσκοις, id est, torquibus, quæ
 effertur numero plurali, voce significante perfe-
 ctionem in unaquaque virtute. Si enim uni soli as-
 similata torqui esset, laus omnino esset inutilis,
 quod non idem haberet testimonium in cæteris vir-
 tutibus : nunc autem oratione complectitur omne
 virtutum testimonium, quæ fit torquium multitu-
 dini assimilatio. Est hoc quoque consilium, quod a
 Verbo præbatur toti Ecclesiæ, non oportere nos
 ad unum aliquod bonum aspicientes, in cæteris recte
 factis esse negligentes. Sed si sit tibi monile tem-
 perantia, veluti quibusdam margaritis, pura vita
 in collo resplendens : sit tibi aliud monile, quod
 pretiosas gemmas præceptorum in se contineat, et
 per se in cervice cepiosam suppeditet pulchritudi-
 nem. Sit etiam tibi aliud colli ornamentum, nempe
 pietas, rectaque et sana fides, in orbem circum-
 dans collum anime. Hoc est collare aureum, quod
 ex sincero auro Dei cognitionis circa collum reful-
 get : de quo dicit proverbium, *Coronam gratiarum
 accipies tuo capiti, et torques aureos collo tuo*²⁹.

ἢ παροιμία· ὅτι *Στέφανος χαρίζτω δέξῃ σῆ κο-*
 C Atque est quidem ejusmodi consilium per tor-
 ques. Tempus est autem deducendi ad contem-
 plationem ea quoque verba quæ amici sponsi faciunt
 ad virginem. Est autem hujusmodi dictio, *Si-
 militudines auri faciemus tibi cum notis argenti :*
donec rex in accubitu suo. Eorum autem, ei qui-
 dem qui aspiciat ad seriem prius datæ nobis con-
 templationis, videtur quodammodo perfectus esse
 sensus et habere consequentiam. Dictionis autem
 contextus profundas habens tropicas significationes,
 elicit ut sit intellectu difficile, quod significatur per
 ænigmata. Nam quoniam pulchritudo anime assi-
 milata fuit equis qui currus perdunt Ægyptios, hoc
 est exercitui angelico : illis autem equis dicit hoc
 est exercitui angelico : illis autem equis dicit hoc
 significavit per hoc quod assimilavit genus turturi-
 bus : ornatam autem et collare, varia monilia quæ
 resplendent per virtutes; volunt etiam amici ali-
 quam fieri accessionem equi pulchritudini, ornan-
 tes phaleras ex auri similitudinibus, quibus etiam im-
 primunt notas puritatis argenti, ut magis splendet
 pulchritudo ornamenti, fulgore argenti contempe-
 rato eum nitore auri. Necesse autem fuerit, tropicis
 relictis significationibus, non dimovere orationem
 ab eo sensu qui nobis prosit. Illis quidem equis
 fuit assimilata quæ per virtutes purgata fuit anima.

²⁹ Prov. 1, 8.

Sed nondum erat Verbo subjecta, neque in se portavit eum, qui propter salutem vehebatur his equis. Oportebat enim primum per omnia ornatum esse equum, et deinde eum regem vectorem accipere. An autem ex alto equum sibi accommodet, is qui, ut dicit Propheta, super nos equos ascendit, et propter nostram salutem super nos equitat, an etiam sit in nobis, qui inhabitat et inambulat, et in anima nostre profunda permeat, nihil refert quod ad sensum attinet. Cui enim est nnum ex ambobus, quod reliquum est etiam se recte habet. Nam et qui Deum supra se habet, omnino etiam in se habet: et qui in se accepit, subit eum qui in seipso est. Rex ergo est quieturus super hunc equum. In divina autem potestate idem est, ut dictum est, sed et accubitus, utrumvis enim ex ambobus in nobis fuerit, par est gratia. Quia ergo stratores regis equum per precedentia ornamenta aptum faciunt ad eum excipiendum: idem est autem Deum in aliquo esse, et esse super aliquem: relicta consequentia et significatione tropica, ministri qui parant equum, fecerunt lecticam. Oportet enim nos, inquit, facere auri similitudines, eum notis argenti, quæ equi formam decorant. Ut sit, inquit, rex non in cathedra, sed in accubitu suo.

τὰ τοῦ ἵππου τὴν μορφήν ὠραῖζοντα. Ἵνα γένηται ὁ αὐτοῦ.

Atque dictionis quidem consequentia, sicut ostendit Scriptura, hoc modo se habet; par est autem hoc non prætermittere inconsideratum, cur non ipsum aurum assumitur ad ornatum, sed auri similitudines; et non ipsum argentum, sed quæ ex hac materia impressæ sunt notæ auri similitudini. Quod ergo de his nobis venit in mentem, est ejusmodi: Universa doctrina de ineffabili natura, etsi maxime Deo convenientem et excelsam videatur ostendere sententiam, auri sunt similitudines, non autem ipsum aurum. Non potest enim fieri ut plene et perfecte ostendatur bonum quod superat intelligentiam et mentis conceptionem: etiamsi sit Paulus quispiam, qui in paradiso arcanis mysteriis fuit initiatus, etiamsi audierit verba ineffabilia³⁹, manent ineffabiles de Deo intelligentiæ. Dicit enim verba esse ineffabilia harum intelligentiarum. Qui ergo nobis afferunt bonas aliquas considerationes de intelligentiâ mysteriorum, dicere quidem non possunt quemadmodum se habet ipsorum natura, dicunt autem splendorem gloriæ, figuram substantiæ, formam Dei, Verbum in principio, Deum Verbum. Quæ quidem omnia nobis, qui divinum illum thesaurum non aspeximus, videntur esse aurum; iis autem qui possunt aspicere ad veritatem, sunt auri similitudo et non aurum, apparens in subtilibus notis argenti. Argentum autem est verborum significatio, sicut dicit Scriptura, *Argentum ignitum lingua justî*. Quod ergo per hæc significatur, est hujusmodi, nempe quod divina natura superat

διὰ τῶν ἀρετῶν καθαρὰμένη ψυχῇ. Ἄλλ' οὐπω τοῦ Λόγου γέγονεν ὑποχείριος, οὐδὲ ἐβάστασεν ἐφ' ἑαυτῆς τὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῖς τοιοῦτοις ἐποχοῦμενον ἵππον. Χρῆ γὰρ πρῶτον διὰ πάντων κατακοσμηθῆναι τὸν ἵππον, εἶθ' οὕτως τὸν βασιλεῖα ἐποχοῦν δέξασθαι. Εἴτε δὲ ἀνωθεν ἑαυτῇ ἐφαρμύζῃ τὸν ἵππον, ὁ κατὰ τὸν Προφήτην ἐπιθαίνων ἐφ' ἡμᾶς τοὺς ἵππους, καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ ἡμῶν ἐπαζόμενος: εἴτε καὶ ἐν ἡμῖν γένοιτο, ἐνοικῶν τε καὶ ἐμπεριπατῶν, καὶ ἐπὶ τὰ βάλθη τῆς ψυχῆς ἡμῶν διαλυόμενος, οὐδὲν διαφέρει κατὰ τὴν ἔννοιαν. Ἐὰν γὰρ ἂν τὸ ἔν ἐξ ἀμφοτέρων γένηται, συγκατωρθῶθη καὶ τὸ λειψόμενον. "Ὅ τε γὰρ ἐφ' ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν ἔχων, καὶ ἐν ἑαυτῷ πάντως ἔχει: καὶ ὁ ἐν ἑαυτῷ δεξιόμενος ὑπέβη τὸν ἐν αὐτῷ γεγονότα. Οὐκοῦν μέλλει ὁ βασιλεὺς τῷ ἵππῳ τούτῳ ἐπαναπαύεσθαι. Ταῦτόν δὲ ἐστὶν ἐπὶ τῆς

θείας δυνάμεως, καθὼς εἴρηται, καθέδρα τε καὶ ἀνακλιεῖς: ὁπίτερον γὰρ ἂν ἐξ ἀμφοτέρων ἐν ἡμῖν γένηται, τὸ ἔσον ἢ χάρις ἔχει. Ἐπειδὴ τοίνυν οἱ ἐτοιματταὶ τοῦ βασιλέως, εὐθετον πρὸς ὑποδοχὴν αὐτῷ διὰ τῶν προκοσμημάτων τὸν ἵππον ποιοῦσι: ταῦτόν δὲ ἐστὶν ἐπὶ Θεοῦ, τὸ ἔν τινι καὶ τὸ ἐπὶ τινος γενέσθαι: καταλιπόντας τὸ κατὰ τὴν τροπικὴν σημασίαν ὀκλόουθον οἱ παρασκευασταὶ καὶ θεράποντες, κλίτην τὸν ἵππον ἐποίησαν. Χρῆ γὰρ ἡμᾶς, φησὶν, ὁμοιώματα χρυσοῦ ποιῆσαι μετὰ στιγμάτων τοῦ ἀργυρίου, ὁ βασιλεὺς οὐκ ἐν καθέδρᾳ, φησὶν, ἀλλ' ἐν ἀνακλιεῖ

Ἦ μὲν οὖν ἀκολουθία τῆς λέξεως, καθὼς ὁ Λόγος ὑπέδειξε, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον: ἄξιον δὲ τοῦτο μὴ παραδραμεῖν ἀθεώρητον, τί δὴ ποτε οὐκ αὐτὸ τὸ χρυσοῦ εἰς κόσμον παραλαμβάνεται, ἀλλὰ τοῦ χρυσοῦ τὰ ὁμοιώματα: καὶ οὐκ αὐτὸς ὁ ἄργυρος, ἀλλὰ τὰ ἐξ ὕλης ταύτης τῷ ὁμοιώματι τοῦ χρυσοῦ ἐγχροτούμενα στιγματα. "Ὅ τοίνυν περὶ τοῦτον ὑπενοήσαμεν, τοιοῦτόν ἐστι: Πᾶσα ἡ περὶ τῆς ἀρρήτου φύσεως διδασκαλία, κἂν ὅτι μάλιστα δοκεῖ θεοπροπῆτινα καὶ ὑψηλὴν ἐμφαίνειν διάνοιαν, ὁμοίωμα χρυσοῦ ἐστίν, οὐκ αὐτὸ τὸ χρυσοῦ. Οὐ γὰρ ἐστὶ παραστῆσαι δι' ἀκριβείας τὸ ὑπὲρ ἔννοιαν ἀγαθόν: κἂν Παῦλος τις ᾗ, ὁ ἐν παραδείσῳ μυηθεὶς τὰ ἀπόρρητα, κἂν τῶν ἀλαλήτων ῥημάτων ἐπακροάσθαι, ἀνέκφραστα μένει περὶ Θεοῦ τὰ νοήματα. Ἀρρήτα γὰρ φησὶν εἶναι τῶν νοημάτων τούτων τὰ ῥήματα. Οἱ τοίνυν τοὺς λογισμοὺς τινος ἡμῖν ἀγαθοῦ ἐντιθέμενοι περὶ τῆς τῶν μυστηρίων ἐννοήσεως, αὐτὸ μὲν εἰπεῖν ὅπως ἔχει φύσεως ἀδυνατοῦσι, λέγουσι δὲ ἀπαύγαγμα δόξης, καὶ χαρακτηριστῆρα τῆς ὑποστάσεως, μορφήν Θεοῦ, Λόγον ἐν ἀρχῇ, Λόγον Θεόν. Ἄπερ πάντα ἡμῖν μὲν τοῖς ἀθεάτοις ἐκείνου τοῦ θησαυροῦ, χρυσοῦν δοκεῖ: τοῖς δὲ δυναμένοις ἀναβλέπειν πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ὁμοίωμα ἐστὶ χρυσοῦ καὶ οὐ χρυσοῦ, ἐν τοῖς λεπτοῖς τοῦ ἀργύρου διαφανόμενον στιγμασιν. Ἀργύριον δὲ ἡ ῥηματικὴ σημασία ἐστὶ, καθὼς φησὶν ἡ Γραφή: Ἀργύριος πεπρωμένος γλῶσσα δικαίου. Τὸ τοίνυν διὰ τούτων δηλούμενον, τοιοῦτόν ἐστίν, ὅτι ἡ θεία φύσις πάσης ὑπέρκειται καταληπτικῆς διανοίας. Τὸ δὲ περὶ αὐτῆς ἡμῖν ἐγγιγνόμενον νόημα,

³⁹ II Cor. XII, 4.

ὁμοιωμά ἐστι τοῦ ζητουμένου. Οὐ γὰρ αὐτὸ δεικνύσιν ἄλλο τὸ εἶδος, ὃ οὐτὸ τις εἶδεν, οὕτε ἰδεῖν δύναται, ἀλλὰ δι' ἐσόπτρου καὶ δι' αἰνίγματος ἔμφρασί τινα σκιογραφεῖ τοῦ ζητουμένου, ἔκ τινος εἰκασμοῦ ταῖς ψυχαῖς ἐγγινόμενῃν. Πᾶς δὲ λόγος τῶν τοιούτων νοημάτων σημαντικὸς, στιγμαῖς τινος ἀμεροῦς δύναμιν ἔχει, μὴ δυνάμενος ἐμφῆσαι ὅπερ ἡ διάνοια βούλεται ὡς εἶναι πᾶσαν μὲν διάνοιαν κατωτέραν τῆς θείας κατανοήσεως· πάντα δὲ λόγον ἐρμηνευτικὸν, στιγμαῖν βραχίαν δοκεῖν μὴ δυνάμεν τῷ πλάτει τῆς διανοίας συνεπεκτείνεσθαι. Τὴν οὖν διὰ τῶν τοιούτων νοημάτων χειραγωγομένην ψυχὴν πρὸς τὴν τῶν ἀλήπτων περινοίαν διὰ μόντης πίστεως εἰσοικίζειν ἐν ἐκυτῇ λέγει δεῖν τὴν πάντα νοῦν ὑπερέχουσαν φύσιν. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ παρὰ τῶν φίλων λεγόμενον· ὅτι σοὶ ποιήσωμεν, ὡ ψυχῇ, τῇ καλῶς πρὸς τὸν ἵππον ἀπεικασθείση, ἰσθάλατά τινα τῆς ἀληθείας καὶ ὁμοιώματα. Τοιαύτη γὰρ τούτων λόγων ἀργύρου ἢ δύναμις, ὡς ἐναύστατά τινα σπινθηροειδῆ δοκεῖν εἶναι τὰ ῥήματα, μὴ δυνάμενα δι' ἀκριθείας ἐμφῆσαι τὸ ἐγκείμενον νόημα. Σὺ δὲ ταῦτα διεξελκύν, ὑποζῴριον τε καὶ οἰκητήριον γενήσῃ διὰ πίστεως τοῦ σοὶ ἐκνακλίμεσθαι μέλλοντος διὰ τῆς ἐν σοὶ κατακίσεως· τοῦ γὰρ αὐτοῦ καὶ θρόνος εἶ καὶ οἶκος γενήσῃ. Ἐάχα δ' ἂν τις εἴποι τὴν Παύλου ψυχὴν, καὶ εἰ τις ἄλλη γέγονε κατ' ἐκείνην, τῶν τοιούτων ἀξιούσθαι ῥημάτων. Ἐκεῖνος γὰρ σκευὸς ἐκλογῆς ἅπασι τῷ Δεσπότη γενόμενος, καὶ ἐρ' ἐκυτοῦ καὶ ἐν ἐκυτῷ εἶχε τὸν Κύριον· ἐν μὲν τῷ βαστάσειν αὐτοῦ τὸ ὄνομα ἐναντίον ἔθνῶν καὶ βασιλείων ἵππος γενόμενος· ἐν δὲ τῷ μηκέτι αὐτὸν ζῆν, ἀλλ' ἐν ἐκυτῷ δεικνύειν ζῶντα ἐκείνου, καὶ δοκιμὴν δίδόναι τοῦ ἐν αὐτῷ λαλοῦντος Χριστοῦ, οἷκος περιλήπτου τῆς ἀπεριλήπτου γενόμενος φύσεως.

se habebat Dominum : equus quidem factus in eo in eo autem quod ipse non amplius viveret, sed illum

Christi in se loquentis³², effectus domus continens illam naturam quæ non potest comprehendi. Ταῦτα τῶν φίλων τοῦ νομφίου τῇ καθαρᾷ καὶ πρῶτον χάριταμένων ψυχῇ (εἰεν δ' οὗτοι τὰ λειτουργικὰ πνεύματα τὰ εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοῦς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν), τελειωτέρον πως γίνεται τῇ προσθήκῃ τῶν χαρισμάτων ἢ νόμφη. Καὶ μᾶλλον προσεγγίσασα τῷ ποθομένῳ, πρὶν τὸ κάλλος αὐτοῦ ταῖς ὀφθαλμοῖς ἐμφανῆναι, διὰ τῆς ὀφρακτικῆς αἰσθήσεως τοῦ ζητουμένου ἐφάπτεται, οἷον τινος χρωτὸς ἰδιότητα ὀφρακτικῆς δυνάμει κατανοήσασα, καὶ φησιν ἐπεγνοκέναι αὐτοῦ τὴν ὄσμην τῇ εὐωδίᾳ τοῦ μύρου, οὗ νόμος ἐστὶ τὸ ὄνομα, ταύτη πρὸς τοὺς φίλους τῇ φωνῇ χρησαμένη, *Nardus mea dedit odorem suum*. Ὡς περ ὑμεῖς, φησὶν, οὗκ αὐτὸ τὸ ἀκήρατον τῆς θεότητος χριστίον, ἀλλ' ὁμοιώματα διὰ τῶν χωρητῶν ἡμῖν νοημάτων τοῦ χριστίου χαρίζεσθε, οὐ τηλαυγεί τῷ λόγῳ τὰ κατ' αὐτὸν ἐκκαλύπτοντες, ἀλλὰ διὰ τῆς βραδύτητος τῶν τοῦ λογικῶ ἀργύρου στιγματῶν, ἐμφάσεις τινὰς παρασχόμεναι τοῦ ζητουμένου· οὕτω καὶ διὰ τῆς εὐπνοίας τοῦ ἐμοῦ μύρου, τὴν αὐτὴν ἐκείνου εὐωδίαν τῇ αἰσθήσει

omnem quæ comprehendit cogitationem. Quæ autem de ea nobis inest intelligentia, mentisque conceptio, est similitudo ejus quod queritur. Non enim ostendit ipsam illius formam, quam neque novit quispiam, neque nosse aut videre potest, sed per speculum et ænigma describit quamdam illius quod queritur apparentem speciem, quæ inest animis ex quadam conjectura. Omnis autem oratio quæ significat hujusmodi mentis conceptiones, habet vim cujusdam puncti individui, non valeas explicare id quod vult mentis cogitatio : adeo ut omnis quidem cogitatio mentisque conceptio sit infra Dei comprehensionem. Omnis autem interpretans oratio videtur esse breve punctum, ut quæ non possit simul extendi cum latitudine cogitationis mentisque conceptionis. Animam ergo, quæ per hujusmodi mentis conceptiones tanquam manu ducitur ad eorum quæ capi non possunt cogitationem, dicit per solam fidem oportere ad suam introducere habitationem naturam illam quæ omnem superat intelligentiam. Et hoc est illud quod dicitur ab amicis : Tibi, o anima, quæ recte equis es assimilata, faciemus quædam veritatis simulacra et quasdam similitudines. Hujusmodi est enim horum verborum argenti vis, ut suscitabula quedam ignea videantur esse verba, quæ non possunt accurate et exacte ostendere, quæ inest, mentis conceptionem. Tu autem his acceptis, fies per fidem subjugale jumentum et habitaculum ejus qui in te est habitaturus, per eam quæ est in te habitationem ; ejus enim fies et sedes et domus. Fortasse autem dixerit quispiam Pauli animam, aut si qua alia ei fuerit similis, dignam esse de qua hæc verba dicantur. Ille enim semel factus vas electionis, supra se et in quod portaret ejus nomen ad gentes et reges³¹ : in se ostenderet viventem, et daret experimentum

 καὶ νάρδος καὶ κρόκος ἐστὶ, κάλαμος τε καὶ κιννά
 μωμον, καὶ πᾶν τοῦ λιθάνου ξύλον, ὡς οὐδεμιᾶς
 τῆς κατὰ τὸ ἄσωμα τοῦ λιθάνου διαφορᾶς ἐν τοῖς
 ἀπηρῶμημένοις λειπούσης· οἷς προστίθεται ἐμύρα
 καὶ ἀθή, καὶ τὰ πρώτα μύρα πάντα, καὶ ἡ πρότε
 ρον κήπος ἐν τοῖς ἄνω παρὰ τοῦ ἐπιανούτου ὀνομα
 σθεῖσα, νῦν πηγὴ λέγεται κήπων, καὶ φρέαρ ὕδατος
 ζῶντος καὶ βοῖζοντος ἀπὸ τοῦ λιθάνου. Ἀλλὰ τὴν
 μὲν ἀληθῆ λόγον περὶ τούτων ἴδιον ἂν, καθὼς προσέ
 πων, οἱ τὸ βάθος τοῦ πλούτου καὶ τῆς σοφίας καὶ
 τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ διερευνησθαι δυνάμενοι. Ἡμεῖς
 δὲ ὡς ἂν μὴ παντελῶς ἄγνωστοι τῶν ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ
 τροκειμένων ἀγαθῶν, καὶ ἀναπόλαστοι καταλαί

Videamus autem earum quoque, quæ demceps
 sequuntur, laudum virtutem. *Emissiones tuæ,*
 inquit, *paradisus malorum puniceorum, cum fructu*
pomorum, et cypri cum nardis. Nardus et cr cas,
calamus et cinnamomum, cum omnibus lignis Libani,
myrrha et aloë, cum omnibus primis unguentis. F.
Fons horti, putens aquæ vive et impetu fluentis ex
Libano. Atque quod in iis quidem quæ dicta sunt,
 est quidam longe maximus ac præclarissimus sen
 sus, per quem ejus quæ ex Deo est in altum evecta,
 in admiratione habetur pulchritudo, variis et me
 dum exsuperantibus celebrata laudibus, est perspi
 cuum vel ex contextu ac sensu priamum obvio eor
 um quæ dicta sunt. Quisnam sit autem verus
 sensus quem hæc verba significant, ejus solius
 fuerit aperte scire, qui, juxta divum Paulum,
 Spiritu scit loqui divina mysteria. Quenam modum
 enim quod emittitur a sponsa, est paradisus malo
 rum puniceorum? quemadmodum autem ex malis
 punicis producit fructus pomorum? Quemad
 modum vero pomia sunt catalogus unguentorum et
 aromatum? In pomorum enim fructibus cypus est,
 nardus et crocus, et calamus, et cinnamomum,
 et omne lignum Libani, quasi nulla in aromatibus
 Libani differentia desit in iis quæ sunt enumerata :
 quibus additur myrrha et aloë, et omnia prima un
 guenta. Et quæ prius hortus a laudante supra est
 nominata, nunc fons dicitur horticorum, et putens
 aquæ vivæ, et impetu fluentis ex Libano. Sed de
 his quidem quæ dicta sunt veritatem viderint, ut
 prius dixi, ii qui possunt perscrutari profundita
 tem divitiarum, et sapientiæ, et scientiæ Dei. Nos
 autem, ne omnino reliquamur expertes gustus

bororum quae in hoc loco sita sunt, iisque minime
 tremamur, paucis accedemus ad contextum oratio-
 nis, ipso Deo Verbo adhibito, ut sit dux nostri
 studii ac diligentiae. Universus laudum, qui ante
 dictus fuit, catalogus, et quae nunc de ipsa adduxit
 oratio, non videntur intueri praecipue ad quamdam
 nudam ac solam laudationem, sed per ea quae di-
 cuntur, vim quamdam ac virtutem afferre, ac cordis
 ascensum ad ea quae sunt maiora et excelsiora, ut
 pute nominatur soror et sponsa Verbi, sed utrum-
 que horum nominum sponsam coniungit sponso,
 sponse quidem significatione eam, ut nominat Pau-
 lus⁶⁹, faciente concorporalem sponso, qui non pos-
 test corrumpi, et in quem non cadit interitus: stu-
 dio autem quod versatur in voluntate, ad fraternam
 deducente affinitatem et conjunctionem, convenien-
 ter voci Evangelii. Deinde laudatur natura uberum,
 quae pro lacte vinum effundit, et manifestum est
 quod laus operis efficitur. Non enim, id quod non est,
 laudatur. Praeterea ejus unguentum iudicatur esse
 superius omnibus aromatibus, quod quidem non
 ita se habere fuisset iudicatum, si non revera ad illam
 pervenisset altitudinem per profectum in eo quod
 est melius. Habentur postea in admiratione favi
 orationis qui distillant ex ejus ore, et contempera-
 tio paratur sapientiae subiecta linguae, contempera-
 tio lacte cum melle. Et haec quoque sunt virtus, non
 verba, ut quae a Verbo ad altiorum deducta ascen-
 sum adeo aucta sit, ut os faciat fontem mellis, et
 linguam promptuarium commistae sapientiae, in qua
 consideratur terra promissionis, quae fluit melle et
 lacte. Cum autem Verbum per ascensum eam adeo
 extulisset, ducit adhuc altius, dicens ejus vestem
 bene spirare thuris odore, per quod testatur Ver-
 bum eam Christum induisse. Cujusvis enim vitae
 quae ex virtute agitur finis est Dei participatio. Per
 thus enim Deus ostenditur. Et nec in iis quidem se
 sistit anima, quae semper a Verbo deducitur ad id
 quod est altius. Sed postquam assimilata fuit thuri
 in bono odore, fit hortus instar paradisi. Hortus,
 non sicut erat inter primos homines, laxus et in-
 custoditus, sed undique munitus memoria man-
 dati.

Vides quantam acceperit virtutem, ad hoc ut
 sursum ferretur? Rursus vide mihi eum qui supra
 illud fit ascensum. Non solum enim facta est hor-
 tus conclusus, proprium ferens fructum, sed fit
 etiam potabilis sitientibus, translata in naturam
 fontis, idque obsignati. Et nec in his constitit: sed
 ad hoc usque stilit suum in majus incrementum,
 ut ex ore ejus germinaret paradisi. Qui enim ac-
 curatius attendit emphasim dictionis Hebraicae, di-
 cit, pro eo quod dicendum erat, Emissiones tuae ex
 ore tuo: *Paradisus malorum puniceorum*. Quod qui-
 dem perinde est ac si diceret: Sermo tuus qui per
 os tuum emittitur, est paradisi malorum puniceo-
 rum. Mala autem punica producent omne genus

A φθειήμεν, δι' ὧν λόγων λόγων τῷ λόγῳ προσάξομεν, αὐ-
 τὸν τὸν Θεὸν Λόγον καθηγεμόνα τῆς σπουδῆς ποιησά-
 μενοι. Ἔοικεν ἅπας ὁ τῶν ἐπαίνων κατάλογος, ὅτε
 πρὸ τούτων εἰρημένος, καὶ ὅσα νῦν περὶ αὐτῆς ἡμῖν
 ὁ λόγος παρέθετο, μὴ πρὸς εὐφημίαν τινὰ ψιλὴν
 κατὰ τὸ προηγουμένον βλέπειν· ἀλλὰ δύναμιν ἐντι-
 θέναι διὰ τῶν λεγομένων πρὸς τὴν ἐπὶ τὰ μείζω τε
 καὶ ὑψηλότερα τῆς καρδίας ἀνάθασιν, ὅσον ἀδελφῆ
 καὶ νόμφη τοῦ Λόγου κατονομάζεται, ἀλλὰ συνάπτει
 τῶν ὀνομάτων τούτων ἑκάτερον τὴν ψυχὴν τῷ νομ-
 φίῳ, τῆς μὲν κατὰ τὴν νόμφην σημασίας σύσσωμον
 αὐτὴν, καθὼς ὁ Παῦλος, ποιούσης τῷ ἀρθάρτῳ νομ-
 φίῳ τῆς δὲ περὶ τὰ θελήματα σπουδῆς εἰς ἀδελφι-
 κὴν ἀγγιστεῖαν προαγούσης, κατὰ τὴν τοῦ Εὐαγγελ-
 λίου φωνήν· εἶτα ἐπαίνεται φύσις μαστῶν ἢ ἀντὶ
 B γάλακτος οἴνου προχέουσα, καὶ δῆλον ὅτι ἔργον ὁ
 ἔπαινος γίνεται. Οὐ γὰρ ἐγκωμιάζεται τὸ ἀνύπαρ-
 κτον. Πρὸς τοῦτοις τὸ μῦρον αὐτῆς πάντων τῶν ἀρω-
 μάτων ὑπέρτερον κρίνεται. Ὅπερ οὖν ἂν οὕτως ἔχριν
 ἐκρίθῃ, μὴ κατὰ ἀλήθειαν πρὸς ἐκεῖνο τὸ ὕψος αὐτῆς
 διὰ τῆς ἐν τῷ κρείττονι προκοπῆς ἀναδραμούσης.
 Θαυμάζεται μετὰ τοῦτο τὰ κηρία τοῦ λόγου τὰ τοῦ
 στόματος αὐτῆς ἀποστάζοντα, καὶ ἡ σύγκρατος τῆς
 σοφίας παρασκευὴ ὑποκειμένη τῇ γλώσσῃ, γάλακτος
 πρὸς μέλι συγκειραμένου. Καὶ ταῦτα δύναμις ἐστίν,
 οὐ ῥήματα. Πρὸς γὰρ τὴν τῶν ὑψηλοτέρων ἄνοδον
 χειραγωγουμένη ὑπὸ τοῦ Λόγου, τοσοῦτον ἠδέχθη,
 ὥστε μέλιτος ποιῆσαι πηγὴν τὸ στόμα, καὶ ταμιεῖον
 τῆς συμμίχτου σοφίας τὴν γλῶσσαν, ἣ ἐνθεωρεῖται
 ἢ γῆ τῆς ἐπαγγελίας, ἢ ῥέουσα μέλι καὶ γάλα. Το-
 σοῦτον αὐτὴν διὰ τῶν ἀναβάσεων ὑψώσας ὁ Λόγος,
 C ἔτι πρὸς τὸ ὑψηλότερον ἄγει, τὴν ἐσθῆτα αὐτῆς εὐ-
 πνοεῖν λέγων κατὰ τὴν τοῦ λιθάνου ἕσμην, δι' οὗ τὸ
 ἐνθεδύσθαι αὐτὴν τὸν Χριστὸν μαρτυρεῖ ὁ Λόγος.
 Παντὸς γὰρ ἐναρέτου βίου τέλος ἡ τοῦ Θεοῦ μετουσία
 γίνεται. Διὰ γὰρ τοῦ λιθάνου τὸ Θεῖον ἐνδείκνυται.
 Καὶ οὐδὲ ἐν τοῦτοις ἔστη ἡ πρὸς τὸ ὑψηλότερον ἀεὶ
 ὑπὸ τοῦ Λόγου χειραγωγουμένη ψυχὴ· ἀλλὰ μετὰ τὸ
 ὀμοιωθῆναι τοῦ λιθάνου τὴν εὐδομίαν, κῆπος γίνεται
 καθ' ὁμοιότητα τοῦ παραδείσου. Κῆπος, οὐχ ὡς ἐν
 τοῖς πρώτοις ἀνθρώποις ἦν, ἀνετός τε καὶ ἀφύλακτος,
 ἀλλὰ τῇ μνήμῃ τῆς ἐντολῆς πανταχῶθεν τετειχι-
 σμένος.

Ἐπὶ οὗτος προσέλαθεν εἰς τὸ ἄνω τὴν δύναμιν;
 Πάλιν ἔρα μοι τὴν ὑπὲρ τοῦτο ἀνάθασιν. Οὐ γὰρ
 D μόνον κῆπος κεκλιεσμένος ἐγένετο, τὴν ἡδεῖαν καρ-
 ποφοροῦσα τροφήν, ἀλλὰ καὶ πότιμος γίνεται τοῖς
 διψῶσιν, εἰς πηγῆς φύσιν μετατεθεῖσα, καὶ ταύτης
 ἐσφραγισμένης. Καὶ οὐδὲ ἐν τοῦτοις ἔστη· ἀλλ' εἰς
 τοσοῦτον ἔφθασε τῆς ἐπὶ τὸ μείζον ἀδείξεως, ὡς ἐκ
 τοῦ στόματος αὐτῆς βλαστάνειν παράδεισον. Ὁ γὰρ
 ἀκριθέστερον προσέχων τῇ τῆς Ἑβραϊκῆς ἐμφάσει,
 ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, Αἱ ἀποστολαί σου ἐκ τοῦ στόματός
 σου, φησὶ, *Ἡγάθειρος Ἰσῶν*. Ὅπερ τοιοῦτόν ἐστιν,
 ὅτι Ὁ λόγος ὁ ἀπὸ τοῦ στόματός σου ἀποστελλόμενος
 παράδεισός ἐστι ῥῶν. Αἱ δὲ ῥοαὶ παγκαρπίαν τινὰ
 τῶν ἀκρεδῶν ἐκφῶσαι· τὰ δὲ ἀκρέδρια κύπρος

⁶⁹ Ephes. v, 23 sqq.

μετὰ νάρδου, καὶ κρόκος, κλάμος καὶ κιννάμωμον, καὶ πᾶν εἶδος τοῦ λιβάνου, καὶ σμύρνα, καὶ ἀλόη, καὶ τὰ πρῶτα μύρα. Ἐπειδὴ τοῖνον κατὰ τὴν ἐν τῷ ψαλμῷ διαμακαριστὸν τῆς ἀντιλήψεως αὐτῆ παρὰ τοῦ Θεοῦ γινομένης, τὰς καλὰς ταύτας ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ διέθετο, πάντοτε ἐκ δυνάμεως πορευομένη εἰς δύναμιν, καλῶς ἐπὶ τῆς τελειοτέρας καταστάσεως βῶων παράδεισος αἱ τοῦ στόματος αὐτῆς ἀποστολαὶ ὀνομάζονται. Προσφυῶς δὲ τῷ ὑποκειμένῳ νοήματι ἡ λέξις τῆς ἀποστολῆς ἐψηρμύσθη. Τὸ γὰρ ἀποστελλόμενον ἀπὸ τοῦ πέμποντος εἰς τὴν ὑποδεχόμενον μεταβαίνει. Καὶ τοῦτο ἐκ τῆς συνήθους τοῦ βήματος καταχρήσεως ἔστι μαθεῖν, ὡς καὶ τὸ Εὐαγγέλιον λέγει, ὅτι τοὺς μαθητὰς τοὺς πρὸς τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας ἐκπεμπομένους, Ἄποστόλους ὁ Λόγος ὠνόμασε. Τί οὖν ἐστὶν ὃ ἀποπέλλει τὸ στόμα τῆς νόμφης; Ἄλλοι ὅτι τὴν λόγον τῆς πίστεως, ὅς ἐν τοῖς ὑποδεχομένοις γενόμενος, παράδεισος γίνεται, διὰ τῆς ἀκοῆς ταῖς καρδίαις ἐμψυεύμενος. Τὸ δὲ κατὰ φύτον καὶ συνηρητὸς τοῖς δένδροις ἄλλως, παράδεισος εἶθε καλεῖν ἢ συνήθεια. Ὡς ἂν οὖν καὶ τὸ γένος μάθοιμεν τῶν φυτῶν, ὅπερ διὰ τοῦ Λόγου ταῖς ψυχαῖς τῶν πεπιστευκότων κηπεύεται, βόας ὀνομάζει: τὰ δένδρα ἕξ φυτηκοῦ ὁ Λόγος, ὁ παρὰ τοῦ στόματος τῆς νόμφης ἀποστελλόμενος. Ἢ ὃ βόας ὀνομαστικῶς ἐστὶ τῷ κλέπῃ ἀκανθώδεις προβαλλομένη τοὺς ἄρπηκας, καὶ τὴν καρπὸν αὐστηρῶ τινι καὶ πικραίνοντι κατὰ τὴν γεῦσιν τῷ καλύμματι περιέχουσά τε καὶ ὑποτρέφουσα: ὅς κατὰ τὴν ἴδιον καιρὸν μετὰ τὸ πεπανθῆναι, τοῦ ἐλύτρου περιβόραγέντος ἐνδοθεν διαφαίνεται, ἡδὺς μὲν τὴν ὄψιν καὶ εὐδιάθετος, μελειθὺς δὲ τὴν γεῦσιν καὶ ἄλλως, καὶ καταγλυκαίνων τῷ οἴνοισδεῖ χυμῷ τὰ γευστικὰ αἰσθητηῖρια. Διὰ τοῦτό μοι δοκεῖ βῶων παράδεισος ἐν ταῖς τῶν ἀκούοντων ψυχαῖς ὁ ἀποστελλόμενος ἐκ τοῦ στόματος τῆς νόμφης λόγος ἐργάζεσθαι, ἵνα διδαχθῶμεν διὰ τὸν λεγομένον, μὴ διὰ τινος ἐκλύσεως καὶ τρωφῆς κατὰ τὴν παρούσαν ζωὴν μαλακίεσθαι, ἀλλὰ τὴν κατεσκληρότητα διὰ τῆς ἐγκρατείας ἀλεῖσθαι βίον οὕτω γὰρ ἀπρόσιτος γένοιτο τοῖς κλέπταις ὁ τῆς ἀρετῆς καρπός, τῇ στυφῇ καὶ τῇ τῆς ἐγκρατείας περιβολῇ πεφραγμένος, καὶ διὰ τῆς σεμνῆς τε καὶ ἀμειδοῦς καταστάσεως, οἷον τισιν ἀκανθῶν ἀκμαῖς, ἀμύσων τοὺς ἐπὶ κακῷ προσεγγιζόντας. Ἄλλ' ὅταν ὁ καιρὸς παράσχη τῆς ἀπολαύσεως τῶν καρπῶν τὸ ἐνδοσίμον, παγκαρπία τῆς τρωφῆς ἐκ παντὸς γένους τῶν ἀκροδρόων βόα γίνεται, οὐκ ἐν βραβύλοις ἢ βελάνοις, ἢ τισι τοῖς τοιοῦτοις τῆς τῶν καρπῶν ἀπολαύσεως γινομένης: ἀλλὰ ποιήθη τις καὶ πολυμεθὺς ἀρωμάτων φύσις ἐκ τῶν ἀκροδρόων εὐρίσκαται. Κύπρος γάρ ἐστι μετὰ νάρδου ἡ καλὴ συζυγία, τὸ μὲν θερμὸν, τὸ δὲ εὐώδες. Οὐ γὰρ ἐπαινετὸν ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ θερμὸν, ὅταν δυσώδης πύρωσις ἢ θερμότης ἢ: ἀλλὰ συμμαρτυρεῖσθαι γρή τῷ θερμῷ διὰ τῆς εὐπνοίας τὴν καθαρότητα, ἵνα γένηται τῷ Πνεύματι ζέων, ὁ τῆς ἀηδοῦς θερμότητος καθααρμένος. Ἐν τοῦτοις ἐστὶν εὐρεῖν τοῖς ἀκροδρόοις, καὶ τὰ ἄλλα ἀρώματα, νάρδον, φησι, καὶ κρόκον. Ἄλλὰ τῆς μὲν νάρδου τὴν εὐπνοίαν ἐν τοῖς ἄνω μεμαθηκάμεν λόγοις: λοι-

fructuum: pomæ, cyprum cum nardo, et crocum, calamum et cinnamomum, et omnem aliam speciem Libani, et myrrham, et aloen, et prima unguenta. Postquam ergo convenienter ei quæ est in Psalmo beatitudini, ipsa Dei fructa auxilio, disposuit in corde has pulchras ascensiones, semper a virtute ambulans in virtutem, pulchre in statu perfectioni malorum puniceorum paradisus nominantur oris ejus emissiones. Apposite autem subjectæ sententiæ adaptata fuit dictio emissionis. Nam quod emittitur, ab eo qui mittit, transit ad eum qui suscipit. Idque licet discere ex consueto usu verbi, quod, ut dicit Evangelium, eos qui mittuntur ad prædicandam veritatem, Verbum nominavit apostolos, id est missos. Quid est igitur quod emittit os sponsæ? verbum scilicet fidei; quod cum est in iis qui suscipiunt, fit paradisus qui plantatur per auditionem in cordibus. Nemo autem plantatum et frequens arboribus, paradisum solet vocare consuetudo. Et ergo discamus etiam genus arborum, quæ per Verbum coluntur in hortis animarum eorum qui crediderunt, malos puniceas nominat arbores, quas Verbum plantat et colit, quod emittitur ex ore sponsæ. Malum autem punicam difficiliter fur aggreditur, ut quæ spinosos proferat ramos, et quodam in gustu austero et amarescenti propugnaculo fructum contineat et nutriat: qui suo tempore, postquam maturuerit, fracto cortice intus apparet, visu quidem jucundus et bene affectus, gustui autem mellitus et nihil offerens molestiæ, qui sapore quodam vini simili gustus instrumenta afficit dulcedine. Propterea mihi videtur paradisus malorum punicearum, nempe sermo qui emittitur in animas auditorum ex ore sponsæ, elicere, ut doceamur per ea quæ dicuntur, non per dissolutionem aliquam et deliciis in vita præsentī emolliri ac enervari, sed per continentiam, duram et asperam vitam eligere. Ita enim ad fructum virtutis furibus non patebit aditus, ut qui sit obseptus austero continentie ambitu, et per severam ac rigidam vite constitutionem, veluti per quasdam spinas, eos pungens, qui ut malo afficiant, accedunt propius. Sed quando tempus præbuerit opportunitatem fruendi fructibus, malus punica fit omnium fructuum delicie ex quovis genere malorum, non quod prunis Damascenis, aut glandibus, aut aliquibus aliis ejusmodi sit fruendum, sed varia et multiplex natura aromatum invenitur in malis: est enim cyprus cum nardis pulchrum conjugium, illa quidem calida, hæc vero odorifera. Non est enim calor per se laudabilis, quando calor est fetida inflammatio, sed oportet puritatem per bonum odorem ferre testimonium de calore, ut sit sancto Spiritu fervens, qui est a tetro calore expurgatus. In his malis invenire licet etiam alia aromata, nardum, inquit, et crocum. Sed nardi quidem suavem odorem didicimus in iis quæ supra dicta sunt; restat autem ut croci ostendamus ænigmata. Dicunt ergo qui hujus floris virtutem considerarunt, eum habere

medium inter calorem et frigus, et in utrisque fugere immoderationem, et habere vim leniendi dolores : adeo ut per hoc forte (Scriptura) in enigmate philosophetur de virtute.

Propterea quod virtus est media inter duo vitia, nempe inter defectum honesti et exsuperationem. Sicut dicunt magni animi virtutem et liberalitatem, illam quidem considerari in medio timiditatis et audacie: hanc vero in medio avaritiæ et profusionis; et timiditatem quidem et avaritiam dicunt esse in vitio propter defectum ejus quod decet : profusionem autem et audaciam in excessu et superabundantia. Medium autem moderationis ejus quæ est in utroque, nominant virtutem. Habet ergo id quod de croco dicitur, quod ad virtutem attinet, aliquid consequens mediocritati facultatis, ut quod interpretatur nihil virtuti deficere et effluere. Ego autem dico, etiamsi rudius et agrestius videatur id quod dicitur, croci ænigma forte magis proprie assumi ad rationem fidei. Nam flos quidem versatur in triplici involuero. Ipsum autem involucrem est flos in colore acreo. Involucri autem exuto amictu, tres omnino inveniuntur flores bene olentes, et utiles ad curationes, operiti involucri, qui similiter et eodem modo inter sese habent, pulchritudine et magnitudine et bono odore et proprietate virtutis, et tres per omnia unus ostenduntur, coloris bonitate, odoris suavitate, et qualitate virtutis. Quibus agnati sunt etiam tres alii, visu quidem flavi, ad omnem autem usum salubrem nulla qualitate præditi. Quo fit ut imperitos in iis contingat errare, qui propter bonum colorem pro bono decerpunt adulterinum. Quod nunc quoque faciunt qui errant circa fidem, qui suscipiunt omnes falsas et arte sophistica confectas opiniones, et eas præferunt bonis et sanis dogmatibus. Eligat auditoris iudicium quod velit, sive alterum ex iis, sive utrumque : sunt enim unum quodammodo utraque, perfectæ virtutis, et divinitatis acquisitio. Non est enim virtus extra divinitatem.

Nos autem transeamus ad contemplationem cæterorum aromatum, de quibus consequenter facta est mentio in oratione. *Calamus*, inquit, *et cinnamomum, et poma*. Poma autem sunt fructus qui producuntur ex malis puniceis paradisi sponsæ. Sed calamum quidem dicunt bono odore cæteris antecellere, adeo ut a lege assumatur ad snlitum sacerdotalem⁹⁰ : cinnamomum autem variam et multiplicem operationem per quamdam naturalem facultatem promittere, ex quibus multa fidentur superare. Aiunt enim aqua bullente in lecte, si eam solum tangat hoc aroma, aquam refrigerare protinus, et illatam in fervens lavacrum, ardorem qui est in aere, transmutare in algorem, et habere naturam perimendi ea quæ generantur

πὸν δ' ἂν εἶη τοῦ χρόκου τὸ αἰνίγμα παραστῆσαι τῷ λόγῳ. Φασὶ μὲν οὖν οἱ τὴν δύναμιν τοῦ ἄνθους τοῦτου κατανόησαντες, μέγως ἔχειν ψύξεώς τε καὶ θερμότητος, καὶ τὸ φεύγειν τὴν ἐφ' ἑκάτερον ἀμετρίαν ὡς διὰ τούτου τάχα τὸν περὶ τῆς ἀρετῆς ἡμῖν λόγον φιλοσοφεῖν τῷ αἰνίγματι.

Διότι πᾶσα ἀρετὴ κακῶν ἐστὶ μέση, τῆς τε ἁλλείψεως τοῦ καλοῦ, καὶ τῆς ὑπερπτώσεως. Οἷον τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν ἐλευθερίαν φασὶ, τὴν μὲν δειλίας τε καὶ θρασύτητος, τὴν δὲ μικρολογίας τε καὶ ἀσωτίας ἐν μέσῳ θεωρεῖσθαι· καὶ τὴν μὲν δειλίαν τε καὶ μικρολογίαν, κατ' ἁλλείψιν τοῦ καθήκοντος, ἐν κακίᾳ λέγουσι γίνεσθαι· τὴν δὲ ἀσωτίαν καὶ τὴν θρασύτητα, κατὰ πλεονασμὸν καὶ ὑπερπτῶσιν· τῆς δὲ κατ' ἑκάτερον ἀμετρίας τὸ μέσον, ἀρετὴν ὀνομάζουσιν· οὐκ οὖν ἔχει ἂν τι περὶ τὴν ἀρετὴν ὁ περὶ τοῦ χρόκου λόγος, ἀκόλουθον τῇ τῆς δυνάμεως μεσότητι, τὸ ἀνελλειπές τε καὶ ἀπέριτον τῆς ἐναρξτου καταστάσεως ἐρμηνεύον. Ἐγὼ δὲ φημι, κἂν ἰδιωτικώτερον ἢ τὸ λεγόμενον, τάχα μάλλον πρὸς τὸν τῆς πίστεως λόγον οἰκειώτερον τὸ αἰνίγμα τοῦ χρόκου παραλαμβάνεσθαι. Τριπλῶ μὲν γὰρ ὑποτρέφεται τὸ ἄνθος τῷ κάλυκι· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ κάλυξ ἐν ἀεροειδεῖ τῇ χροίᾳ ἄνθος ἐστίν. Ἐκλυθείσης δὲ τῆς τῶν καλύκων περιβολῆς, τρία εὐρίσκεται πάντως τὰ εὐπνοῦντα καὶ χρησιμεύοντα πρὸς τὰς ἰάσεις ἄνθη, τὰ ὑποκεκρυμμένα τοῖς κάλυξι, μεγέθει καὶ κάλλει καὶ εὐπνοίᾳ καὶ τῇ τῆς δυνάμεως ἰδιότητι ὡσαύτως πρὸς ἄλλα ἔχοντα, καὶ ἐν τὰ τρία διὰ πάντων δεικνύμενα, εὐχροίᾳ τε, καθὼς εἴρηται, καὶ εὐπνοίᾳ, καὶ τῷ ποιῶ τῆς δυνάμεως. Οἷς συμπαράπεφυκεν ἕτερα τρία, ξανθὰ μὲν ἰδεῖν, ἀποία δὲ πρὸς πᾶσαν ὑγιεινὴν εὐχρησίαν. Περὶ ἃ γίνεται τοῖς ἀπέριτοις ἢ πλάνη, τοῖς διὰ τὴν εὐχροίαν τὸ νόθον δρεπομένοις ἀντὶ τοῦ κρείττονος. Ὅπερ καὶ νῦν ποιοῦσιν οἱ περὶ τὴν πίστιν ἐξαμαρτεύοντες, τὰς σεσοφισμένους ἀπάτας πρὸ τῶν ὑγιεινῶν δογμάτων αἰρούμενοι. Ἐλέσθαι δὲ ἐξ ἑκατέρου ἢ τοῦ ἀκροατοῦ χρίσις β βούλεται, εἴ τε τὸ ἕτερον ἐξ αὐτῶν, εἴ τε ἀμφοτέρω· ἐν γὰρ τρόπον τινὰ ἐστὶν ἀμφοτέρα, ἢ τε τῆς τελείας ἀρετῆς, καὶ ἢ τῆς θεότητος κτήσις. Οὐ γὰρ ἐξ ἄρετῆς τῆς θεότητος.

Ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὴν τῶν λοιπῶν ἀρωμάτων θεωρίαν μετέλωμεν, τῶν δι' ἀκολουθοῦ μνημονευθέντων ὑπὸ τοῦ λόγου. *Κάλαμος*, φησὶ, *καὶ κιννάμωμον, καὶ ἀκρόδρυα*. Ἔστι τὰ ἀκρόδρυα τὰ ἐκ τῶν ῥοῶν τοῦ παραδείσου τῆς νύμφης καρποφορούμενα. Ἀλλὰ τὸν μὲν κάλαμον, εὐπνοίᾳ προσέχειν ὑπὲρ τὰ ἄλλα φασὶν· ὡς καὶ πρὸς τὸ ἱερὸν θυμίαμα ὑπὸ τοῦ νόμου παραλαμβάνεσθαι· τὸ δὲ κιννάμωμον πολυειδῆ τινα καὶ ποικίλην ἐνέργειαν, διὰ τίνος φυσικῆς δυνάμεως ἐπαγγέλλεσθαι, ὧν τὰ πολλὰ καὶ ὑπὲρ πίστιν εἶναι δοκεῖ. Καὶ γὰρ ζεοντός φησι τοῦ ἐν τῷ λέθητι ὕδατος, εἴπερ θίγῃ μόνον τοῦτο τὸ ἄρωμα, εὐθύς καταψύχειν τὸ ὕδωρ, καὶ λουτρῶν ἐπίσεισιν ὅθεν διαπύριον, μεταποιεῖν τὸν ἐν τῷ ἀέρι φριγμὸν εἰς ψυχρότητα, καὶ ἀφανιστικὴν τῶν ἐκ φθορᾶς τίνος

⁹⁰ Exod. xxx, 23.

ζωογονουμένων τὴν φύσιν ἔχειν, καὶ ἄλλα τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ διεξέρχονται, ἃ ὑπὲρ τὴν πίστιν τῶν ἀκουόντων εἶναι δοκεῖ. Λέγουσι γὰρ, εἰ ἐντεθεῖη τῷ στόματι τοῦ καθυδόντος, μηδὲν ἐμποδίζεσθαι πρὸς τὴν τῶν πυθνανομένων ἀπόκρισιν τὸν καθυδόντα· ἄλλὰ καὶ ἐν τῷ ὕπνῳ μένειν αὐτὸν, καὶ νηφαλέους καὶ διηρθρωμένας ποιῆσθαι πρὸς ἔπος τὰς ἀποκρίσεις. Περὶ ὧν διαθεθαίωσασθαι μὲν οὕτως ἔχειν, τὸν μὴ διὰ τῆς πείρας μαθόντα τῶν ιστορουμένων περὶ αὐτοῦ τὴν ἀλήθειαν, προπετὲς ἂν εἴη καὶ ἀνεπίσκεπτον. Πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ τινα μυστικὸν λόγον ἐνρηθιμῆθη τῷ καταλόγῳ τῶν ἀροθρῶν καὶ τοῦτο τὸ ἄρωμα, οὐκ ἀληθῶς βῶδον ἐκφορούμενον· οὐδὲ γὰρ οὕτως αἰσθητοὺς παραδείσους τὸ στόμα τῆς νύμφης προῖεται· ἀλλ' ὥστε σύμβολον γενέσθαι νοήματός τινος τῶν εἰς ἔπαινον συντελούντων τῆ νύμφῃ, οὐκ οἶμαι καλῶς ἔχειν τὰ περὶ τοῦ κινναμώμου μυθολογούμενα, ταῦτά τε ἃ νῦν περὶ αὐτοῦ διεξήλθεν ὁ λόγος, καὶ εἰ τι μετὰ τούτων ἄλλο τοῖς τὰ περὶ αὐτοῦ διηγουμένοις διεξιέναι δοκεῖ, παραλιπεῖν.

Γένοιτο γὰρ ἂν τις πρὸς τὸν κατ' ἀρετὴν ἔπαινον, ἐκ τῶν λεγομένων συνεισφορὰ ἐκάστου τῶν ιστορηθέντων εὐσήμως μεταλαμβάνοντος πρὸς ἔνδειξιν τῆς τοῦ βίου κατ' ἀρετὴν τελειότητος. Ἔστι γὰρ ἐν τοῖς πεπαιδευμένοις τε καὶ λελογιμένοις, τοῦτο εὐρεῖν ἐν τῇ ψυχῇ τὸ κιννάμιον, ὅταν τις ἦσι δι' ἐπιθυμίαν ζέων, ἢ τῷ θυμῷ πυρακτούμενος τῷ λογισμῷ κατασθέσῃ τὰ πάθη· ἢ ἐν τῷ ὕπνῳ τοῦ βίου διὰ στόματος ἔχων τὸ νηφάλιον τοῦτο τοῦ λογισμοῦ κιννάμιον, παραπλήσιως τοῖς ἀϋπνοῦς τε καὶ ἐγγρηγορῶσιν ἀγγέλοις, ἀπλανῶν καὶ ἀσύγχετον ἐπιδεικνύει τὴν τῶν λεγομένων διάνοιαν, μιμούμενος διὰ τῆς ἀληθείας τοῦ λόγου τὴν ἀϋπνον τῶν ἀγγέλων φύσιν, οὗς οὐδεμιᾶς φαντασίας ἀνάγκη τῆς ἀληθείας ἐξίστησιν, οὗτος λέγοιτο ἀναθρῦειν διὰ τοῦ στόματος τὸ κιννάμιον· δι' οὗ καὶ ἡ τῆς ἐπιθυμίας πύρωσις, καὶ ἡ περικάρδιος τοῦ θυμοῦ κατασθένεται ζέσις, καὶ πάσης τῆς κατὰ τὸν βίον τοῦτον ὀνειρώδους φαντασίας τε καὶ συγχύσεως καθαρῶς ἐν τῷ λόγῳ. Καὶ μηδὲς πρὸς τὸ ἀπίθانون βλέπων τῶν περὶ τοῦ κινναμώμου λεγομένων, διαβαλλέτω τὸν λόγον, ὡς οὐκ ἐκ τῶν ἀληθῶν προσάγοντα τῆ νύμφῃ τὸν ἔπαινον. Οἶδε γὰρ πολλὰκις ἡ ἁγία Γραφή καὶ μύθους τινὰς ἐκ τῶν ἐξῴθεν συμπαραλαμβάνειν εἰς τὴν τοῦ ἰδίου σκοποῦ συνεργίαν, καὶ ἀνεπαίσχυντος ἐκ τῆς μυθικῆς ιστορίας ὀνομάτων μνημονοῦσιν τινῶν, εἰς ἐναργεστέρην ἔνδειξιν τοῦ προκειμένου νοήματος· ὡς ἐπὶ τῶν τοῦ Ἰὼβ θαυμάτων τὸ κάλλος ὑπερθαυμάτας ὁ λόγος, καὶ διὰ τῶν ὀνομάτων τὴν ὑπερθολὴν τοῦ περὶ αὐτῶν θαύματος ἐνεδείξατο, λέγων· τὴν μὲν Ἡμέραν λέγεσθαι, τὴν δὲ Κασσίαν, τὴν δὲ τρίτην, Ἄμαλθειαν Κέρας. Τοῦτο δὲ παντὶ ὀφλόν ἐστιν, ὅτι μῦθος Ἑλληνικὸς ἔπλασε τὸ κατὰ τὴν Ἀμάλθειαν διήγημα, ἣν αἶψα οὖσαν τροφὴν γενέσθαι τοῦ Κρητὸς ἐκείνου μυθολογοῦσιν, ἧς τοῦ ἐνὸς ἐκπεσόντος κέρως, βρῦσιν ἐκ τοῦ κοιλίου τὴν παγκρασίαν ὁ μῦθος ἐποίησεν. Ἄρ' οὖν ἐπίστευσε τοῖς περὶ τῆς Ἀμαλθείας

A ex corruptione, et alia hujusmodi de eo narrant, quae supra fidem auditorum videntur esse. Aiunt enim si fuerit positum in ore dormientis, cum qui dormit minime impediri quominus respondeat ad ea quae interrogantur; sed et eum manere in somno, sobriusque et ad verbum expressas reddere responsiones. De quibus quidem affirmare ita se habere, nisi quis per experientiam didicerit eorum quae de eo narrantur veritatem, temerarium fuerit et inconsideratum. Sed quoniam ratione quadam mystica, hoc quoque aroma relatum est in numerum pomorum, non vere nascens ex malis puniceis (neque enim sensiles paradisos emittit ex ore sponsa), sed ut consulendo suggerat aliquam sententiam, ex iis quae sponsae conferunt ad laudem, non recte existimo se habere, si ea rejiciantur quae narrantur de cinnamomo: haec, inquam, quae nunc narrantibus videntur persequenda.

B
C
D
Ex iis enim quae dicuntur, videtur aliquid posse conferri ad laudem virtutis, unoquoque ex iis quae sunt relata, sumpto ad indicandam vitae quae ex virtute agitur perfectionem. In iis enim qui sunt eruditi et considerati, licet invenire cinnamomum in anima, quando quispiam vel fervens cupiditate, vel ira accensus, ratione exstinxerit animi perturbationes; aut in somno vitae in ore habens sobrium hujus rationis cinnamomum, ostendit inerrantem et inconfusum sensum eorum quae dicuntur, per sermonis veritatem imitans insomnem angelorum naturam, quos necessario nulla phantasia ac visio dimovet a veritate, ex ejus ore dici potest tanquam e scaturigine effundere cinnamomum: per quod et ardor cupiditatis extinguitur, et irae circa cor ebullitio, et ipse est purus ratione ab omni quae est instar somnii confusa visione. Nemo autem incredibilia ista esse considerans, quae dicuntur de cinnamomo, orationem reprehendat, ut quae ex iis quae non sunt vera, sponsae laudem tribuat. Solet enim saepe sancta Scriptura etiam ab externis fabulas accipere ad opem suo scopo ferendam, et citra pudorem meminisse aliorum nominum ad sensum propositum evidentius indicandum, sicut in filiabus Job, quarum pulchritudinem oratio supra modum laudans, etiam per nomina ostendit excellens earum miraculum, dicens, unam quidem dici Diem, alteram vero Cassiam, tertiam autem Cornu Amaltheae⁹¹. Hoc autem est cuius perspicuum, quod de Amaltheae fabula Graeca confluit narrationem, quam cum esset capra, fabulantur fuisse nutricem illius Crentensis, ejus cum cornu cecidisset, fabula fecit ex concavo fluere omne genus frugum ac fructuum copiam. Num igitur credidit sancta Scriptura iis quae narrantur de Amalthea? Nequaquam, sed filiae Job ferens testimonium, quod esset feracissima omni-

⁹¹ Job xlii, 11.

num quæ sunt ex virtute bonorum, per hoc nomen A id ostendit : adeo ut qui est considerantius audiens Scripturam, solum laudis scopum intelligat ex nomine, fabulosas autem nugæ jubeat valere, et audientes casiam et diem, neque aromaticam materiam, neque solis cursum supra terram, per hæc nomina didicimus, sed vite earum ex virtute agendæ ostensionem dicimus nomina comprehendere. Quorum Casia nobis ostendit studiorum vitæ puritatem et bonum odorem : Dies autem honestatem ac decorem, sicut dicit Apostolus⁹², eos qui pure vivunt nominari filios lucis, et filios diei.

ταῖς ἡμέραις κατ' ἀρετὴν ὡς φησὶν ὁ Ἀπόστολος, τοὺς καθαρῶς βιοτεύοντας τέκνα φωτὸς καὶ υἱοὺς ἡμέρας κατονομάζεσθαι.

Ita hic quoque ad laudem sponsæ non sunt in- B utilia, quæ dicuntur de cinnamomo per tropicam expositionem, si sumantur ad argumentum encomiorum. Qui autem jam tantus evasit, et ad hanc encomiorum jam pervenit altitudinem, divinæ imaginis in se ostendit per omnia figuras et characteres. Hoc enim ostendit dicens : *Ex omnibus lignis Libani*. Non esse enim uniforme lignum Libani dicunt qui hæc observarunt, unde thus fluit, sed in lignis esse differentiam, quæ figuram aromatis simul variat cum forma ligni. Qui ergo in omnibus vitæ studiis in se significat divinæ formæ similitudinem, in se ostendit pulchritudinem omnium lignorum Libani, per quæ exprimitur forma divina. Nemo enim fit Dei gloriæ particeps, qui non fuerit primum conformis similitudini mortis. Propterea hoc quoque dicit laus in catalogo aromatum, quod malorum punicarum poma sunt cætera aromata quæ Scriptura recensuit, et cum eis est myrrha et aloë, et prima unguenta. Videtur enim, dicens eum myrrha et aloë, ostendere sepulturæ societatem, sicut sublime dicit Evangelium⁹³, quod per hæc facta est sepultura ejus qui gustavit pro nobis mortem. Per prima autem unguenta Scriptura ostendit puritatem et sinceritatem ab omni pravitate caponatoria, sicut Amos iis qui se hujusmodi explent deliciis hæc objicit, dicens : *Qui vinum bibunt percolatum, et unguuntur primis unguentis*⁹⁴ : et antea : *Qui comedunt, inquit, hædos ex grege, et vitulos lactentes ex medio armento, et saltant ad vocem organorum*⁹⁵ : adeo ut neque fex vinum conturbet, neque in unguento mistio corrumpat sinceritatem boni odoris. Sed illic quidem omnino oportet existimare prophetam exprobrare Israelitis, quod ferentes merum verbum Scripturæ omnino defectum ac percolatum, et bonum habentes odorem unguentorum minime conturbatum, et spiritualis pulli deliciis se omnino explentes, ex iis commodi nihil omnino ceperint : malo eorum instituto transmutante vini perspicuitatem in turbidam perversionem, et per pravorum cogitatorum admistionem perdente puritatem primorum unguentorum. Hic autem Scriptura tribuit sponsæ pura et minime

μυθολογουμένοις ἢ ἀγία Γραφή; οὐκ ἐστὶ ταῦτα, ἀλλὰ τὸ πάμφορον τῶν κατ' ἀρετὴν ἀγαθῶν μαρτυροῦσα τῇ θυγατρὶ τοῦ Ἰωβ, διὰ τοῦ ὀνόματος τούτου παρίστησιν· ὥστε τὸν λελογισμένους τῆς Γραφῆς ἐπαίοντα, τὸν σκοπὸν τοῦ ἐπαίνου νοῆσαι μόνον ἐκ τοῦ ὀνόματος, τὰς δὲ μυθικὰς τερατείας χαίρειν ἔασαι, ὡς καὶ τὴν κασσίαν καὶ τὴν ἡμέραν ἀκούσαντες, οὔτε τὴν ἀρωματικὴν ὕλην, οὔτε τὸν ὑπὲρ γῆς τοῦ ἡλίου δρόμον, διὰ τῶν ὀνομάτων ἐμάθομεν· ἀλλὰ τῆς κατ' ἀρετὴν αὐτῶν πολιτείας ἐνδείξιν περιέχειν φαρὲν τὰ ὀνόματα. Ἐν ἡ μὲν Κασσία τὸ καθαρώτερον καὶ εὐώδες τῶν ἐπιτηδεύματων ἐνδείκνυται.

Ὁὕτως οὖν καὶ ἐν ταῦθα οὐκ ἀσυντελή πρὸς τοὺς ἐπαίνους τῆς νύμφης ἐστὶ τὰ περὶ τοῦ κινναμώμου διὰ τῆς τροπικῆς ἐξηγήσεως μεταλαμβανόμενα εἰς ἐγκωμίων ὑπόθεσιν. Ὁ δὲ τοσοῦτος ἤδη γενόμενος, καὶ πρὸς τοῦτο φθάσας τῶν ἐγκωμίων τὸ ὕψος διὰ τοῦ βίου, διὰ πάντων τῆς θείας εἰκόνος ἐφ' ἑαυτοῦ δεῖκνυσι τοὺς χαρακτήρας. Τοῦτο γὰρ ἐνδείκνυται ὁ εἰπὼν· ὅτι Ἀπὸ πάντων ξύλων τοῦ Λιβάνου. Οὐ γὰρ μονοειδὲς τοῦ Λιβάνου τὸ ξύλον εἶναι φασιν οἱ τὰ τοιαῦτα παρατηρήσαντες, ὅθεν ὁ λιβανωτὴς ἀπορρέει, ἀλλ' ἐστὶ τις ἐν τοῖς ξύλοις διαφορὰ, τὸ τοῦ ἀρώματος σχῆμα τῷ εἶδει τοῦ ξύλου συναλλάσσουσα. Ὁ τοίνυν ἐν πᾶσι τοῖς ἐπιτηδεύμασι τοῦ βίου ἐπιτημαίων ἐκυστῶ τὴ θεοειδὲς, πάντων δεῖκνυσιν ἐν ἑαυτῷ τῶν τοῦ Λιβάνου ξύλων τὸ κάλλος, δι' ὧν τὸ θεῖον εἶδος χαρακτηρίζεται. Οὐδεὶς δὲ γίνεται κοινωνὸς τῆς Θεοῦ δόξης, μὴ συμμορφούμενος πρῶτον τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου. Διὸ φησι καὶ τοῦτο ἐν τῇ καταλόγῳ τῶν ἀρωμάτων ὁ ἔπαινος, ὅτι ῥοσὴν ἀκρόδρσα, τὰ τε λοιπὰ τῶν ἀρωμάτων ἐστὶν, ἃ διεξῆλθεν ὁ λόγος, καὶ μετ' αὐτῶν σμύρνα τε καὶ ἀλόη, καὶ τὰ πρῶτα μύρα. Δι' ἐκεῖνων μὲν γὰρ, τῆς σμύρνης λέγω καὶ τῆς ἀλόης, τὴν τῆς ταφῆς κοινωνίαν δεῖκνυται· καθὼς φησι τὸ ὑψηλὸν Εὐαγγέλιον, ὅτι διὰ τούτων ἐγένετο ὁ ἐναφιασμὸς τῷ ὑπὲρ ἡμῶν γευσσαμένῳ θανάτου. Διὰ δὲ τῶν πρῶτων μύρων τὸ καθαρὸν τε καὶ ἀμιγῆς πάσης καπηλικῆς ῥαδιουργίας ὁ λόγος ἐνδείκνυται, ὥσπερ καὶ Ἀμὼς τοῖς διὰ τούτων τρυφῶσι τοιαῦτα προσέβρι, λέγων· *Οἱ τὸν διυλισμένον καὶ πρὸ τούτων, Οἱ ἐσθίοντες, φησὶν, ἐρίφους ἐκ ποιμνίου, καὶ μοσχάρια ἐκ μέσσου βοσκωλίου γαλιθηρῶν, καὶ οἱ ἐπικροτοῦντες πρὸς τὴν φωτὴν τῶν Ἰσραήλων*· ὡς οὔτε τὸν οἶνον τρυγίας ἀναβολούσης, οὔτε ἐπὶ τοῦ μύρου μίξσεως τινος τὴ ἀκραίφνης τῆς εὐσμίας διαφθειρούσης. Ἄλλ' ἐκεῖ μὲν πάντως ονειδίζεν οὐσεῖται χρῆ τοῖς Ἰσραηλίταις τὴν προφητείαν, ὅτι ἄκρατον τῆς Γραφῆς ἐμπορούμενοι λόγον πάσης τρυγίας διυλισμένον, καὶ ἀδόλωτον ἔχοντες τῶν μύρων τὴν εὐδομίαν, καὶ διὰ πάντων κατατροφῶντες τῆς πνευματικῆς πανδαισίας, οὐδὲν ἀπώναντο τῆς τοιαύτης τρυφῆς, τῆς κακῆς προαιρέσεως αὐτῶν καὶ τὴ διαχυθῆς τοῦ οἴνου εἰς ἀνατροπὴν θολερὰν μετα-

⁹² Ephes. v, 8 ; 1 Thess. v, 5. ⁹³ Joan. xix, 39.

⁹⁴ Amos vi, 6. ⁹⁵ *ibid.* 4.

ποιούσης, καὶ τὸ καθαρὸν τῶν πρώτων μύρων διὰ Α
 τῆς τῶν πονηρῶν νοσημάτων ἐπιμιξίας λυμαιομένης.
 Ἐνταῦθα μέντοι τὸ ἀκίβδηλον τε καὶ καθαρὸν
 τῶν δογμάτων μαρτυρεῖ τῇ νόμφῃ ὁ λόγος, διὰ τῆς
 τῶν πρώτων μύρων καρποφορίας. Καὶ οὐδὲ ἐν τού-
 τῳ ἔσται οὔτε ἡ νόμφη, τοὺς ὑψηλοτέρους ἐαυτῆν
 ἐπεκτείνουσα, οὔτε ὁ λόγος συνεργῶν αὐτῇ πρὸς τὴν
 ἀνοδὸν. Ἦς γὰρ ἐκ τοῦ στόματος ἀποστολαὶ ῥοῦν εἰσι
 καὶ ἀρωμάτων παράδεισοι, αὐτῆ νῦν πηγὴ γίνεται,
 τοὺς ἐξ αὐτῆς ἀναφύοντας παραδείτους κατάρχουσα·
 οὐχ ὡς ἐπὶ τοῦ Παύλου τε καὶ Ἀπολλῶ μεμαθήκα-
 μεν, ὡς τοῦ μὲν φυτεύοντος, τοῦ δὲ ἐτέρου ποτίζον-
 τος· ἀλλ' αὐτῆ τὰ δύο ἐργάζεται, φύουσα τοὺς παρα-
 δείτους ὁμοῦ, καὶ ποτίζουσα. Ἠ τὰ καὶ ὑψηλοτέρων
 τινα λόγον περιέχει ὁ ἔπαινος. Πηγὴν γὰρ αὐτὴν οὐ
 νόματος προχοομένην εἶναι, ἀλλὰ κήπων εἶναι φησιν·
 οὐχ ὑδάτων τινας ἀπορροὰς, ἀλλ' αὐτοὺς τοὺς κήπους πηγάζουσάν τε καὶ ἀναθρόουσαν. Οὕτως ἀνέθρου τοὺς ἐμ-
 ψύρους κήπους ὁ θεὸς Ἀπόστολος, παρ' οἷς ἄν ἐγένετο, τὸν τῆς Ἐκκλησίας παράδεισον διὰ τῆς διδασκαλίας ἐκφύου.

Εἶτα πρὸς τὸ ἀκρότατον ἀγει τὴν νόμφην διὰ τῶν Β
 ἐπαίνων ὁ λόγος, φρέαρ αὐτὴν ὀνομάσας ὕδατος
 ζῶντος, καὶ βοιζούντος ἀπὸ τοῦ Λιβάνου. Ἄ γὰρ
 περὶ τῆς ζωοποιῦ μεμαθήκαμεν φύσεως παρὰ τῆς
 ἀγίας Γραφῆς, νῦν μὲν τῆς προφητείας λεγούσης ἐκ
 προσώπου τοῦ Θεοῦ, ὅτι Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν
 ὕδατος ζῶντος· πάλιν δὲ τοῦ Κυρίου πρὸς τὴν Σα-
 μαρείτην εἰπόντος· *El ἦδειε τὴν ὄρωειν τοῦ Θεοῦ,*
καὶ τίς ἔσται ὁ λέγων σοι Ἄδός μοι ὕδωρ πιεῖν,
ἐν ἧρ ἦτησας ἀνέν, καὶ ἔδωκεν ἧρ σοι ὕδωρ
*ζῶν· καὶ, *El τίς διψᾷ, ἐρχέσθω πρὸς με καὶ πι-**
νέτω. Ὁ γὰρ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ
Γραφή, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ βρέουσιν
ὕδατος ζῶντος. Τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ Πνεύματος,
ὃ ἐμελλόν λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν.
 Πανταχοῦ τοίνυν τῆς θείας φύσεως διὰ τοῦ ζῶντος C
 ὕδατος νοουμένης, ἐνταῦθα ἡ ἀψευδῆς μαρτυρία τοῦ
 λόγου φρέαρ ὕδατος τὴν νόμφην εἶναι συνίστησιν, ἧ
 ἐκ τοῦ Λιβάνου ἐστὶν ἡ φραξ. Τοῦτο δὴ τὸ πάντων
 παραδοξότατον. Πάντων γὰρ τῶν φρεάτων, ἐν συ-
 στήματι τὸ ὕδωρ ἐχόντων, μόνῃ ἡ νόμφη διεξοδικῶν
 ἐν ἐαυτῇ ἔχει τὸ ὕδωρ, ὥστε τὸ μὲν βέλος ἔχειν τοῦ
 φρεάτος, τοῦ δὲ ποταμοῦ τὸ ἀεικίνητον. Τίς γὰρ κατ'
 ἀξίαν ἐπίκοιτο τῶν ὑποδεικνυμένων θαυμαμάτων, ὡς διὰ
 τῆς νῦν ἐγγινόμενης αὐτῇ ὁμοιώσεως; Τὰ καὶ οὐκέτι
 ἔχει ὅπου ἐαυτὴν ὑπεράρῃ διὰ πάντων ὁμοιωθεῖσα πρὸς
 τὸ ἀρχέτυπον κάλλος. Μαίμιγται γὰρ δι' ἀκριβείας
 τῇ μὲν πηγῇ τὴν πηγὴν, τῇ δὲ ζῶῃ τὴν ζῶην, τὸ
 δὲ ὕδωρ τῷ ὕδατι. Ζῶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, ζῆ καὶ ἡ
 τὸν λόγον δεξαμένη ψυχή. Τὸ δὲ ὕδωρ ἐκεῖνο ἐκ τοῦ
 Θεοῦ βέει, καθὼς φησιν ἡ πηγὴ, ὅτι Ἐκ τοῦ Θεοῦ D
 ἐξῆλθον καὶ ἦκα. Αὐτῆ δὲ περιέχει τὸ εἰσρέον τῷ
 τῆς ψυχῆς φρέατι, καὶ διὰ τοῦτο γίνεται ταμίσιον
 τοῦ ζῶντος ἐκεῖνου ὕδατος τοῦ ἐκ τοῦ Λιβάνου βέον-
 τος, μᾶλλον δὲ βοιζούντος, καθὼς ὁ λόγος ὀνόμασεν.
 Οὐ καὶ ἡμεῖς γενόμεθα μέταχοι, κτησάμενοι τὸ
 φρέαρ ἐκεῖνο, ἵνα κατὰ τὸ τῆς σοφίας παράγγελμα
 ἡμέτερον πίνωμεν ὕδωρ, καὶ μὴ ἀλλότριον. Ἐν Χρι-
 στῷ Ἰησοῦ Κυρίῳ ἡμῶν, ἧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας
 τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

adulterina dogmata, per productionem fructuum pri-
 morum unguentorum. Sed nec in his substitit sponsa,
 quominus se extenderet ad altiora, neque Scriptura
 quominus ei opem ferret ad ascensum. Cujus enim
 ex ore sunt emissiones malorum puniceorum et para-
 disi aromatum, ea nunc fit fons, irrigans hortos qui
 ex ea ortisunt: non sicut de Paulo et Apollo didici-
 mus, quod alter quidem plantaret, alter vero irri-
 garet; sed ipsa duo operatur, ut quæ simul et
 plantet hortos et irriget. Fortasse autem sublimio-
 rem quoque aliquam rationem laus continet. Dicit
 enim eum esse fontem non fluenti quod profluit,
 sed hortorum: non aliquas aquarum effluxiones,
 sed hortos ipsos irrigantem. Ita animatos hortos
 emanare fecit divinus Apostolus 96, eos apud quos
 fuit, per doctrinam enasci faciens hortum Ecclesie.
 Deinde Scriptura laudibus ad summum sponsam
 evehit, eam nominans puteum aque vive, et
 cum impetu fluentis ex Libano. Quæ enim a sancta
 Scriptura de natura didicimus vivifica, nunc qui-
 dem prophetia dicit ex Dei persona: *Me relinque-*
runt fontem aque vive 97; et rursus Domino dicente
 Samaritanæ: *Si scires donum Dei, et quis sit qui*
dicit tibi, Da mihi potum, tu petisses ab eo, et ipse
tibi dedisset aquam vivam 98; et: *Si quis sitit, veni-*
at ad me et bibit. Qui enim credit in me, sicut di-
xit Scriptura, flumina ex ventre ejus fluent aque
vive: hæc autem dicebat de Spiritu quem acce-
pturi erant qui credebant in eum 99. Cum ergo divina
 natura oblique intelligatur per aquam vivam, hic
 verum Scripturæ testimonium statuit sponsam esse
 puteum aque vive, qui cum impetu fertur ex Li-
 bano. Hoc autem est omnium maxime admirabile.
 Nam cum omnes putei aquam simul habeant con-
 sistentem, sola sponsa aquam in se habet per-
 meantem, adeo ut putei profundum habeat, fluvii
 vero perennem motionem. Quis autem pro digni-
 tate verbis possit assequi miracula quæ ostendun-
 tur per eam quæ nunc facta est ejus assimilatio-
 nem? Fortasse non habet amplius quo altius se
 extollat, per omnia assimilata exemplari pulchri-
 tudini. Exacte enim et accurate est imitata, fonte
 quidem fontem, vita autem vitam, aqua autem
 aquam. Vivus est sermo Dei: vivit etiam anima
 quæ Verbum suscepit. Aqua illa fluit ex Deo,
 sicut fons dicit: *Ex deo processi, et veni*. Ipsa
 autem eum continet qui influit in puteum animæ,
 et propterea sit promptuarium aquæ: illius vivæ
 quæ fluit ex Libano, vel potius fluit eum impetu,
 sicut Scriptura loquitur. Cujus nos quoque simus
 participes, possidentes illum puteum, ut congruen-
 ter præcepto sapientiæ bibamus nostram aquam,
 et non alienam. In Christo Jesu Domino nostro,
 quem decet gloria in sæcula seculorum. Amen.

96 Hebr. i. 97 Jer. ii, 15. 98 Joan. iv, 12. 99 Joan. vii, 37 seq.

HOMILIA X.

Surge, aquilo, et veni, auster, et perfla hortum meum, et fluant aromata mea. CAP. V. 1. *Descendat patruelis meus ad hortum suum, et comedat fructus pomorum suorum. Descendi in hortum meum, soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatis meis. Comedi panem meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo. Comedite, amici, et bibite, et inebriamini, fratres mei.* 2. *Ego dormio, et cor meum vigilat.*

Cum divinatorum verborum nobis proposita contemplatio et consequentia Cantici canticeorum, quasdam, quas difficile est assequi, et quæ sunt tectæ propter obscuritatem, in arcanis contineat sententias, nobis majori opus est attentione, imo vero majori per preces auxilio, et sancti Spiritus deductione, ne idipsum nobis accidat in stupendis his miraculis, quod solet accidere in stellis. Nam procul illarum admirantes pulchritudinem, nullam possumus invenire rationem ad cognoscendam earum creationem, sed pulchritudine solum frui possumus, propterea quod dicamus nos teneri earum admiratione. Sunt enim revera quædam stellæ, splendores divinatorum horum eloquiorum et fulgores oculorum animæ, carnis oculis præfulgentes et præcellentes, secundum altitudinem cœli a terra, ut dicit Propheta¹. Quod si id nostræ animæ usoveniat quod audimus usovenisse Eliæ; et in igneo curru assumpta² quoque mens nostra sublimis transferatur ad cœlestes pulchritudines (Spiritum sanctum autem ponemus esse ignem, quem Dominus venit ut mitteret in terram, qui in specie linguarum dividebatur discipulis), non plane desperabimus nos his astris posse appropinquare, divinis, inquam, sententiis et intelligentiis, quæ per cœlestia et spiritualia eloquia in nostris fulgent animis. Aspice enim animæ oculo, te alloquor, o auditor, vocem quæ a Domino emissa est ad patriareham³. Aspice ad hoc cœlum, et vide has stellæ, si potes metiri altitudinem ipsarum intelligentiarum. Aspice reginæ potestatem, ex mandatis ejus virtutem considerans, quanta per se imperans cernatur auctoritas in iis quæ dicuntur. Non enim precibus et votis id quod vult efficit, sed convenienter voci ejus qui promissit, qui quidem dicit fidelem et prudentem dispensatorem factum esse dominum omnium quæ habet Dominus⁴. Hac accepta potestate, regis instar duos ventos regit, et dispensat, ut sibi videtur: aquilonem quidem sibi segregans, austrum autem benigne vocans, et urgens ut ad se veniat. Ita autem habet contextus dictionis: *Surge, aquilo, et veni, auster.*

Licet fortasse invenire in verbis centurionis aliud quod aliquam habet cognitionem et conjunctionem

A

Ἐξεγέρθητι, Βορρᾶ, καὶ ἔρχου, Νότε, καὶ διάπνευσσον κήπον μου, καὶ φευσάτωσαν ἀρώματά μου. Καταβήτω ἀδελφεὶδός μου εἰς κήπον αὐτοῦ, καὶ φαγέτω καρπὸν ἀκροδρύων. Εἰσηλθὼν εἰς κήπον μου, ἀδελφὴ μου νέμψη· ἐστύρησα σμύρναν μου μετὰ ἀρωμάτων μου. Ἐφαγον ἄρτον μου μετὰ μέλιτός μου, ἔπιον οἶνον μου μετὰ γάλακτός μου. Φάγετε, οἱ παλιστοὶ μου, καὶ πίετε, καὶ μεθύσθητε, ἀδελφοί. Ἐγὼ καθέδω, καὶ ἡ καρδία μου ἀγρυπνεῖ.

B

Τῆς νῦν προτεθείσης ἡμῖν τῶν θεῶν ῥητῶν θεωρίας ἐκ τῆς τοῦ Ἄσματος τῶν Ἀσμάτων ἀκολουθίας, δυσεπίκτὰ τινα καὶ κεκαλυμμένα δι' ἀσαφείας ἐν ἀπορήτοις περιεχοῦσθαι νοήματα, μείζονος ἡμῖν χρεῖα τῆς προσοχῆς, μᾶλλον δὲ πλείονος τῆς διὰ τῶν εὐχῶν συνεργίας, καὶ τῆς παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁδηγίας· ὡς ἂν μὴ ταῦτὸν πάθοιμεν ἐπὶ τῆς τῶν ὑψηλῶν τούτων θαυμασίων ἐκπλήξεως, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀστέρων πάσχειν εἶδομεν. Καὶ γὰρ ἐκεῖνων πόρρωθεν τὸ κάλλος θαυμάζοντας, οὐδεμίαν μηχανὴν ἐπινοῆσαι δυνάμεθα πρὸς τὸ γνῶναι τὴν κρίσιν αὐτῶν· ἀλλὰ διὰ τοῦ κάλλους αὐτῶν ἐστὶν ἡμῖν ἡ ἀπόλαυσις, τὸ θαυμαστικῶς περὶ τὸ φαινόμενον ἔχειν.

C

Ἀστέρες γὰρ τινὲς εἰσιν ἀτεχνῶς αἱ τῶν θεῶν τούτων λογίων μαρμαρυγαὶ τε καὶ λαμπρόνες τῶν τῆς ψυχῆς ὀμμάτων ὑπερλάμπουσαι τε καὶ ὑπερκείμεναι, κατὰ τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τῆς γῆς, ὡς φησὶν ὁ Προφήτης. Εἰ δὲ γένοιτο καὶ περὶ τὴν ἡμετέραν ψυχὴν, ὅ· περὶ τὸν Ἥλιον ἀκούομεν· καὶ ἀναληφθεῖσα τῷ πυρίνῳ ἄρματι ἡμῶν ἡ διάνοια, μεταρσις πρὸς τὰ οὐράνια κάλλι μετατεθείη (Πνεῦμα δὲ ἄγιον εἶναι τὸ πῦρ ἐνοήσομεν, ὅπερ βάλλειν ἐπὶ τὴν γῆν ἤλθεν ὁ Κύριος, τὸ ἐν γλωσσῶν εἶδει τοῖς μαθηταῖς μεριζόμενον), οὐκ ἀπ' ἐλπίδος ἡμῖν γενήσεται τὸ πλησιάζαι τούτοις τοῖς ἀστροῖς, τοῖς θεοῖς λέγω νοήμασι· τοῖς διὰ τῶν οὐρανίων τε καὶ πνευματικῶν λογίων τὰς ψυχὰς ἡμῶν περιεστράπτουσιν. Ἀνάβλεψον γὰρ τῷ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμῷ, πρὸς σὲ λέγω τὸν ἀκρατὴν, τὴν πρὸς τὸν πατριάρχην γενομένην παρὰ τοῦ Κυρίου φωνήν, ἀνάβλεψον εἰς τὸν οὐρανὸν τοῦτον, καὶ ἴδε τοὺς ἀστέρας, εἰ δύνασαι αὐτῶν ἐκμετῆσαι τῶν νοημάτων τὸ ὕψος. Βλέπε τὴν ἐξουσίαν τῆς βασιλείας ἐκ τῶν προσταγμάτων αὐτῆς τὴν δυναστείαν κατανοήσας, ὡς αὐτοκρατορικῆ τις αὐθεντεία τοῖς λεγομένοις ἐμφαίνεται. Οὐ γὰρ δι' εὐχῆς κατορθοῖ ὅπερ βούλεται, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀψευδῆ τοῦ ἐπαγγελαμένου φωνῆν, ὅς φησι τὸν πιστὸν καὶ φρόνιμον οἰκονόμον πάντων τῶν ὑπαρχόντων τῷ Δεσπότην κύριον γίνεσθαι. Ταύτης ἐπιλαβομένη τῆς ἐξουσίας, βασιλικῶς αὐτῇ διοικεῖται τὰ καταθύμια τῶν δύο ἀνέμων· τὸν μὲν Βορρᾶν διὰ προστάγματος αὐτῆ ἀφρίζουσα· τὸν δὲ Νότον, φιλοφρόνως καλοῦσα, καὶ πρὸς αὐτὴν ἐλθεῖν κατεπέμψουσα. Ἐχει δὲ ἡ λέξις οὕτως· Ἐξεγέρθητι, Βορρᾶ, καὶ ἔρχου, Νότε.

D

Τὰχ τι συγγενὲς ἐστὶ τοῖς λεγομένοις εὐραῖν ἐν τοῖς ἐκατοντάρχου λόγοις, ὡς αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος

¹ Psal. cii, 11. ² IV Reg. ii, 11. ³ Genes. xv, 3 sqq. ⁴ Luc. xii, 42.

ἐθαύμασε, καθὼς ὁ Εὐαγγελιστὴς διηγήσατο, λέγων· Ἄκουσας δὲ Ἰησοῦς ἐθαύμασε, καὶ ὑπερέβηκε τῆς τοῦ Ἰσραὴλ πίστεως τὴν τοῦ ἑκατοντάρχου φωνήν. Οὐ γὰρ πρὸς τὸν λαὸν μοι δοκεῖ τὸν Ἰσραηλιτικὸν ποιεῖσθαι τὸν ἑκατοντάρχου τὴν σύγκρισιν ἐν τῷ τῆς πίστεως λόγῳ, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν ἐκείνον τὸν Ἰσραὴλ· ὅς ἐν τῇ πρὸς τὸν ἀντικείμενον πάλῃ, μετὰ τῆς τοῦ Θεοῦ συμμαχίας μόγις τὸ πτόμα διέφυγεν, οὐκ ἀκριβῶς τῆς τοῦ ἀντιπάλου βλάβης ἔξω γενόμενος. Ἐν γὰρ τῷ μηρῷ τὸ πάθος ἐδέξατο. Οὗτος δὲ ὁ ἑκατοντάρχης, περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστὶ, βασιλικῆ τιμῆς δυνάμει τὸ ἀλλότριον κατ' ἐξουσίαν ἀποπεμπόμενος, οἰκειοῦται τὸ καταθύμιον. Ἐπὶ τούτῳ γὰρ μοι δοκεῖ μάλιστα τετυχηκέναι τοῦ θαύματος ὁ ἀνὴρ· ὅτι φησὶν ἐν τοῖς προχειρίοις αὐτοῦ στρατιώταις ἐν ἀβεντικῇ ἐξουσίᾳ ἀποπέμπεσθαι ἢν βούληται, καὶ προσκαλεῖσθαι τὸν καταθύμιον, καὶ τῷ δούλῳ τὴν καθήκουσαν ἐπιτάττειν ὑπηρεσίαν. Κάκει γὰρ φιλοσοφία τις ἐν τῇ τοῦ ἑκατοντάρχου φωνῇ, ὅτι τὸν ἅπασι ἀποπειρηθέντα οὐκέτι πρὸς ἑαυτὸν ἐπαναίγει· ἀλλὰ τούτου ἀποφοιτήσαντος ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ εἰσοικίζεται. Τοῦτο γὰρ εἰπὼν, ὅτι *Πορεύθητι, καὶ πορεύεται*, ἄλλον προσκαλεῖσθαι φησὶν, οὐχ ἢν ἀπεπέμψατο. Παιδεύοντος οἶμαι τοῦ λόγου τὸ τοιοῦτον δόγμα, ὅτι τὰ ἀλλήλοισι ἀντικείμενα τῷ αὐτῷ μετ' ἀλλήλων συνεπιχωριάζειν φύσιν οὐκ ἔχει. Οὐδεμία γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, φησὶν ὁ Ἀπόστολος· ἀλλ' ἀνάγκη πᾶσα τοῦ σκότους ἐκχωρήσαντος, φῶς εἶναι τὸ ἀντ' ἐκείνου ὁρώμενον, καὶ τῆς κακίας ἐκποδὸν γενομένης, τὴν ἀρετὴν ἀντείσταγεσθαι· τοῦτου δὲ κατορθωθέντος, μηκέτι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἀνταίρειν τῷ πνεύματι. Μηδὲ γὰρ δυνασθαι νεκρωθεῖσθαι αὐτοῦ τῆς εἰς τὸ ἀντιτείνειν δυνάμει, ἀλλὰ πρὸς πᾶσαν καθήκουσαν ὑπηρεσίαν εὐθετον γίνεσθαι, τῇ δυναστείᾳ τοῦ πνεύματος εὐπειθὲς ὑπάρχον καὶ ὑποχείριον. Ὅταν γὰρ ἀποδιωχθῇ μὲν ὁ τῆς κακίας σύμμαχος στρατιώτης, ἀντείσθη δὲ ὁ τῆς ἀρετῆς ὁπλίτης, ἐνδεδυκὼς τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος διὰ χειρὸς φέρων, προβαλλόμενος δὲ τὰ σκεπαστήρια τῶν ὀπλῶν, τὴν τε περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, καὶ τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, καὶ πᾶσαν φέρων ἐν ἑαυτῷ τὴν πνευματικὴν πανοπλίαν, τότε φοβεῖται τὸν ἑαυτοῦ κύριον ὁ δούλος τὸ σῶμα, καὶ προθύμως τοῦ κρατοῦντος τὰ παραγγέλματα δέχεται, δι' ὧν ἡ ἀρετὴ κατορθοῦται τῇ ὑποουσίᾳ τοῦ σώματος· τοῦτο γὰρ ἐνδείκνυται τοῦ ἑκατοντάρχου ὁ λόγος εἰπὼν, ὅτι *Καὶ τῷ δούλῳ μου λέγω, Ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ.*

Ἄλλ' ἀκούσωμεν τῆς βασιλίδος, ὅπως ἀπανίστησιν ἀφ' ἑαυτῆς τὸν Βορρᾶν, εἰς τὸ ἔμπαιβιν αὐτοῦ τὴν πνοὴν ἀναστρέψασα. Οὐ γὰρ ἡσεμεῖν ἐπιτάσσει, καθάπερ ἐπὶ τοῦ κλυδωνίου τῆς θαλάσσης ὁ Κύριος ἡσυχίαν ἀγειν τὴν λαίλαπα, σιωπὴν παραγγείλας τοῖς κύμασιν· ἀλλ' ἀποχωρεῖν καὶ φεύγειν παρακαλεῖται, ὡς ἂν ἀκολούτως ὁ Νότος βέοι, μηδὲ μῆδ' ἀντιπνοίας ἐμποδιζούσης αὐτῷ τὴν φορὰν· *Ἐξεγέρθητι, λέ-*

cum iis quae hic dicuntur. Quae quidem verba centurionis, ipse Deus Verbum est admiratus, sicut evangelista narravit, dicens : *Quae cum audisset Jesus, miratus est* ⁶, et vocem centurionis prae tulit fidei Israelis. Non enim mihi videtur conferre centurionem cum populo Israelitico in ratione fidei, sed cum ipso Israele : qui in lueta cum adversario cum Dei auxilio vix evasit ne eaderet, nec abiit penitus illesus ab adversario : lesus enim fuit in femore. Hic autem centurio, de quo sermo est in praesentia, regia potestate pro imperio amandat id quod est alienum, asciscit autem et ad suam admittit familiaritatem id quod est sibi gratum. Is enim propterea maxime videtur admiratione dignus fuisse, quod dicat se in his qui in ejus sunt potestate militibus, sua auctoritate libere quem velit amandare, et accersere eum qui est sibi gratus : et servo quod convenit imperare ministerium. Nam illie quoque quaedam philosophia est in voce centurionis, quod eum qui fuit amandatus, non amplius ad se reducit, sed cum is abiisset, pro ipso in domum admittit alterum. Nam cum ei dixisset : *Vade, et vadit*, dicit se alium accersere, non eum quem amandavit : Scriptura, ut opinor, docente tale dogma, quod quae sibi invicem adversantur, non ejus sunt naturae ut possint simul in uno et eodem versari. Nulla est enim societas luci cum tenebris, ait Apostolus ⁶, sed necesse est omnino, ut si tenebra recesserint, sit lux quae pro eis cernitur : et si vitium fuerit amandatum, pro eo virtus introduceatur : et si hoc rite lactum fuerit, prudentia carnis non amplius resistat spiritui : neque enim potest, morte affecta ejus resistendi potestate, sed ad omne quod par est ministerium fit apta et parata, ut quae pareat et subjiaciatur dominatui spiritus. Quando enim expulsus quidem fuerit miles vitii socius ; ejus autem loco ingressus fuerit miles virtutis, lorica justitiae indutus, et in manibus ferens gladium spiritus, munitus autem aptis ad tegendum armis, nempe galea salutari, et seuto fidei, et in se ferens omnem spiritualem armaturam, tunc timet suum dominum, nempe mentem, servus scilicet corpus, promptoque et alacri animo exsequitur imperium ejus qui dominatur : quo fit, ut ministerio corporis virtus recte administretur. Hoc enim indicat id quod dicitur a centurione : Nam *et servo meo dico : Fac hoc, et facit.*

Sed audiamus quemadmodum regina surgere facit aquilonem et a se amandat, ejus flatum averteus in adversum. Non enim eum jubet quiescere, quomodo in maris tempestate jussit Dominus fluctibus quiescere et silentium agere ; sed imperat ut recedat et fugiat, ut absque ullo impedimento fluat auster, nullo adverso flatu obstantie ejus impetui, dicens : *Surge, aquilo*. Quenam est autem

⁶ Matthi. viii, 10 sqq. ⁶ II Cor. vi, 12.

causa eum amandatur hic ventus? Aquilo est durus et asper ventus, ut alicubi dicitur in Proverbio. Vocatur autem dexter nomine. Sed non est dexter aquilo, nisi quis a tergo habeat orientem, peragens cursum ad occidentem. Omnino autem intelligis ænigma eorum quæ dicuntur, quod scilicet qui recessit ab oriente (sic enim nominatur Christus a prophetia ⁷), et se protrudit ad occasum lucis, ubi est potestas tenebrarum, sibi dexterum habet aquilonem, improbis insultibus eum excipientem, per quos cursus conficitur ad tenebras. Ita sibi dexterum aquilonem invenit impudens et intemperans, conspirantem affectui et perturbationi ignominie. Ita avaro fit dexter spiritus iste nequitie, quando materiam avaritiæ, tanquam arenam aliquam et pulverem ei congerit. Ita ad unumquodque peccatum suum præbens auxilium fit dexter. Cum autem sit quidem durus natura, duritiem autem occultet voluptatibus, propterea a suo imperio fugat aquilonem, ea quæ adversus animi perturbationes et vitia obtinuit dominatum, aquiloni dicens: *Skrje*: Quod autem hoc nomine significetur potestas adversaria, cuius fuerit perspicuum, qui consideraverit naturam rerum spectabilem. Quis enim non novit solis motum, quod scilicet ab ortu per austrum cursum conficiens, declinat ad occasum? Terra autem figura cum sit spherica, ut dicunt qui in his suum studium posuerunt, in qua parte a sole illustratur, in ejus adversa necessario obtenebratur, ut quæ adumbretur obstructione ejus quod est intermedium. Quoniam ergo locus ille perpetuo manet luce carens et frigidus, ut qui a radiis solis neque illuminetur neque foveatur: propterea principem potestatis tenebrarum, qui mollem animarum naturam instar aque concresecere facit et duram reddit, nominat Verbum durum aquilonem, effectorem tristitiæ hiemis, in qua dicit Evangelium nulla ratione effugi posse pericula. In ea enim marcescit decore eorum qui florent ex virtute.

Recte autem sua auctoritate vox eum expellit reginæ; accersit autem ventum meridianum, qui est calidus et semper lucidus, quem nominat austrum, per quem fluit torrens deliciarum, dicens: *Et veni, auster, perfla hortum meum, et fluant aromata mea*: adeo ut violento spiritu, sicut audimus factum fuisse in cœnaculo discipulis, in plantas incidens animatas, moveat Dei plantationem ad aromatum productionem, et efficiat ut per os fluat odorifera prophetia et salutaria fidei dogmata, per omne genus linguæ effluentia citra impedimentum bonum odorem documentorum. Sic centum viginti discipuli, qui plantantur in domo Dei, flatu hujus austri, quæ per linguas traditur, doctrinam fecerunt efflorescere. Propterea ergo huic austro dicit sponsa: *Per-*

ἀμαρτωλοὺς πολλοῦντα, καὶ αἰσχύνην καὶ ἔντροπήν
τῶν ἔχθρῶν κατευχόμενον· τὸν Ἱερεμίαν ἰδεῖν τὴν
παρὰ Θεῷ ἐκδίχησιν ἐκ τῶν ἐναντίων ἐπιθυμοῦντα·
τὸν Ὡσηὲ μῆτραν ἀτεκνοῦσαν, καὶ μαστοὺς ξηροὺς
δοθῆναι ταῖς ἔχθροῖς δεόμενον. Καὶ πολλὰ τοιαῦτα
σποράδην κείμενα ταῖς ἀγίαις Γραφαῖς ἀνυλόμενα, D
συνιστάμενοι τὸ δεῖν τῶν ἐναντίων κατεύχεσθαι, καὶ
τῆς ἐκυτῶν πικρίας συνεργῶν γενέσθαι τοῦ Θεοῦ τὴν
ἀγαθότητα. Ἀλλ' ἡμεῖς ὡς ἂν ἐκ παρόδου τοὺς ἐκ τῆς
τοιαύτης ἀφορμῆς πρὸς τὸ ἐναντίον ὀδηγουμένους
παύσαιμεν βαττολογούντας, τοῦτο περὶ ἑκάστου τῶν
μνημονευθέντων παραθησόμεθα.

ad regem solidas divitias et dignitates distribuere
paratum accedat, atque omissis iis rebus, quae a
rege peti solent, tanta dignitate praeditum roget,
ut ex luto subacto atque concinnato efficiat ali-
quid, quod sibi cordi sit : ita etiam is qui impe-
rite utitur oratione, non ad dantis altitudinem sese
erigit, sed ad sordidas, humiles et terram sapie-
ntes cupiditates suas divinam potentiam descendere
desiderat, atque hujus rei gratia vitiosos et pertur-
batos animi impetus et motus corda cernenti pro-
fert, non ut sanet absurdos animi motus, sed ut
auxilio Dei, representato pravo impetu, deteriores
efficiantur. Quoniam enim ille molestus est atque
odio cor meum laborat, Percute eum, ad Deum di-
cit, modo non illud clamans : Meus animi motus
in te sit, ac mea malitia atque nequitia ad te tran-
scat. Ut enim in hominum inter se proeliis, non
potest aliquis uni parti auxilium ferre, nisi una
cum irascente simul in adversariam concitatus et
exacerbatus sit : ita perspicuum est, quod qui
Deum commovet adversus inimicum, cum rogat,
ut una irasceatur, et ira socius fiat. Id autem est,
in perturbationem incidere numen divinum, et affi-
lici more humano, atque ex bona natura in ferinam
sævitiām transmutari. Ita qui gloriæ insana
cupidine vexatur; ita qui superbia excellere studet;
qui in judiciali disceptatione ad victoriam
festinat; qui in gymniciis certaminibus ad cor-
nam properat; qui in theatris faustas acclama-
tiones affectat. Saepe autem etiam is qui propter in-
sanam juventutis morbum contabescit : omnes hi
non ut eo, quo tenentur, morbo liberentur, Deo
preces offerunt, sed ut ad finem morbus eorum
perducatur, et compleatur. Atque haec si obtinere
non possint, calamitosum quisque sibi judicantes,
blaterant revera, ut mentis suae morbi adjutor sit,
Deo supplicantes : ac quod omnium gravissimum
est, ad quam maxime contrarios motus divinum
numen sibi moveri concupiscunt, in feritatem et
humanitatem, efficaciam Dei patientes. Quem enim
propitium et mitem sibi esse desiderant, eum as-
perum et imitem inimicis suis fieri rogant. O
blaterantium dementia ! Nam si Deus illis immi-
tis, ne tibi quidem prorsus placidus erit. Sui
autem in te, ut certe speras, ad misericordiam
propensus est : quomodo in contrarium mutabi-
tur, ad sævitiām misericordiam traducens ? Sed ad
hoc in promptu contentiosorum oppositio est. Pro-
tinus enim ad patrocinandum suae acerbitati ex
prophetia desumptas voces proponunt : Davidem
deficere peccatores desiderantem, et pudorem et
confusionem inimicis imprecantem²¹ : Jeremiam, viudictam et pœnas a Deo de adversariis sumptas
videre cupientem²² : Oseam vulvam sterilem et ubera siccā inimicis dari rogantem²³. Ac multa
Italia passim insanctis Scripturis posita colligunt, quod adversariis imprecari, et suae ipsorum sævitiæ
bonitatem Dei adjuvicem adsciscere oporteat, concludentes. Verum nos, ut obiter eorum, qui ex ta-
li occasione in contrarium deducantur, ineptis ac vanis sermonibus finem imponamus, hoc ad sin-
gula, quæ memorata sunt, in medium adducemus.

²¹ Psal. ix, 4 sqq. ²² Jerem. x, 17. ²³ Ose. ix, 6 sqq.

Nullus ex vere sanctis, a sancto Spiritu divinitus afflatis, quorum dieta divina ordinatione ad admonitionem insequentium hominum perscripta sunt, aliquid mali sibi studio habuisse demonstrabitur; sed omnium, quae ab ipsis dieta sunt, intentio atque consilium spectat ad correctionem et emendationem vitiositatis atque malitiae, quae tunc in natura vigeat. Quemadmodum igitur ille, qui orat, ne sint aegrotantes, ne sint egentes, non hominum interitum, sed morbi et egestatis abolitionem fieri cupit: ita etiam, dum quisque sanctorum orant, ut id, quod naturae adversum et inimicum est, ad interitum redigatur, suspicionem imperitioribus praebent, quasi adversus homines saeviant et exacerbat sint. Nam et Psalmorum scriptor cum dixit: *Tollantur peccatores et iniqui de terra, ut non sint*²⁵; ut peccatum et iniquitas deficiant, orat. Non enim homo hominum hostis est: sed liberae voluntatis motus ad nequitiam et malitiam, loco hostis constituit id quod natura conjunctum est. Ut malum igitur deficiat, orat. At homo malum non est. Quomodo enim malum fuerit, id quod boni simulacrum et imitamentum est? Ita etiam si pudorem et confusionem inimicis imprecetur, ostendit tibi catervam adversariorum, qui ab invisibili inimico stantes, vitam humanam oppugnant. De quibus etiam Paulus planius loquitur, luctam nobis esse dicens adversus principatus, adversus potestates et rectores hujus mundi, adversus spirituales improbitates in caelestibus²⁶. Demoniacas enim insidias, per quas malitiosa hominibus ad peccatum adhibentur offendicula, congressus iracundi, cupiditatum occasio, invidia, odii, superbiae, taliumve malorum materia: haec cum magnus Propheta videt uniuscujusque animam insidiando circumversantia, ad pudorem redigi precatur, qui his inimicis imprecatur. Hoc autem nihil est aliud, quam ut ipse servetur. Naturaliter enim accidit, ut is, qui in certamine luctae victus sit, ob lapsum suum pudeat: quemadmodum victor contra propter victoriam latatur. Ac quod haec ita sese habeant, orationis forma declarat. *Erubescant enim, inquit, et confundantur qui quaerunt animam meam*²⁶. Non enim imprecatur iis, qui damnum in pecuniis afferre per insidias conantur: aut iis, qui de finibus agrorum controversiam movent: aut iis, qui in caput ejus aliquam malitiam designant: sed qui adversus animam insidias struunt: animae autem insidiari, quid est aliud, nisi a Deo alienare? Porro non aliter anima humana a Deo alienatur, quam per vitiosam affectionem. Quoniam igitur numen divinum perturbationis ac vitii semper expers est, qui in vitio atque perturbatione semper versatur, a conjunctione divini numinis segregatur. Ne igitur id sibi accidat, pudorem adversariis imprecatur. Hoc autem nihil aliud est, quam victoriam sibi de nobilibus prece-

Α Οὐδέεις τῶν ἀληθῶς ἁγίων, τῶν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι θεοφοροῦμένων, ὧν αἱ ῥήσεις κατὰ θεϊαν οἰκονομίαν εἰς νοουθεσίαν τῶν ἐφεξῆς ἀνεγράφησαν, ἐπὶ τινι κακῇ τὴν σπουδὴν ἔχων ἐπιδειχθήσεται· ἀλλὰ πᾶς αὐτοῖς ὁ σκοπὸς τῶν λόγων, πρὸς διόρθωσιν τῆς ἐμπολιτευομένης τῆ φύσει κακίας βλέπει. Ὡς περ τοίνυν ὁ εὐχόμενος μὴ εἶναι νοσοῦντας, μὴ εἶναι πτωχεύοντας, οὐ τῶν ἀνθρώπων ἀναίρεισιν, ἀλλὰ τῆς νόσου καὶ τῆς πτωχείας ἀφανισμόν ἐπιθυμεῖ γενέσθαι· οὕτω καὶ τῶν ἁγίων ἕκαστος, τὸ τῆ φύσει ἐχθρὸν καὶ πολέμιον εἰς ἀφανισμόν ἔλθειν δι' εὐχῆς ἔχοντας, ὑπόνοιαν τοῖς ἀπαιδευτοτέροις παρέχουσιν, ὡς κατὰ ἀνθρώπων πικραίνόμενοι τε καὶ χαλεπαίνοντες. Ὁ τε γὰρ Ὑψάλμοδος εἶπὼν, ὅτι Ἐκκλιποῖεν ἀμαρτωλοὶ ἀπὸ τῆς γῆς καὶ ἄνθρωποι, ὥστε μὴ ὑπάρχειν αὐτοῖς· Β τὴν ἀμαρτίαν ἐκλείπειν καὶ ἀνομίαν εὐχεται. Οὐ γὰρ ἄνθρωπος ἀνθρώπων πολέμιος, ἀλλ' ἢ κατὰ κακίαν τῆς προαιρέσεως κινήσις εἰς ἐχθροῦ τᾶξιν τὸ τῆ φύσει συνημμένον κατέστησεν. Τὸ κακὸν τοίνυν ἐκλείπειν εὐχεται, ὃ δὲ ἄνθρωπος κακὸν οὐκ ἔστιν· πῶς γὰρ ἂν εἴη κακὸν τοῦ ἀγαθοῦ τὸ ὁμοίωμα; Οὕτως κἂν αἰσχύνῃ καὶ ἐντροπῇ τῶν ἐχθρῶν κατεύχεται, δείκνυσι σοὶ τὸ στίφος τῶν ἐναντιῶν, τῶν ἐκ τοῦ ἀοράτου ἐχθροῦ τῆ ἀνθρωπίνῃ προσπολεμούστων ζῴῃ. Περὶ ὧν καὶ ὁ Παῦλος γυνώτερον διεξέρχεται, τὴν πάλην λέγων εἶναι ἡμῖν πρὸς τὰς ἀρχάς, πρὸς τὰς ἐξουσίας καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ κόσμου τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανοῖς. Τὰς δαιμονιώδεις ἐπιθυουλὰς, δι' ὧν ἐπάγεται τοῖς ἀνθρώποις τὰ πονηρὰ πρὸς ἀμαρτίαν συμπτώματα, συντυχίαι θυμώδεις, ἐπιθυμιῶν ἀφορμαί, φθόνου καὶ μίσους καὶ υπερφανίας, καὶ τῶν τοιούτων κακῶν ὑπόθεσις· ταῦτα ὁρῶν ὁ μέγας Προφήτης τὴν ἐκάστου ψυχὴν δι' ἐπιθυουλῆς περιτρέχοντα, εἰς αἰσχύνῃν ἔλθειν εὐχεται, ὃ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τοῦτων εὐχόμενος. Τοῦτο δὲ ἐστὶ τὸ αὐτί[ν] διασωθῆναι. Κατὰ φύσιν γὰρ ἐπάγεται τῷ ἡττηθέντι κατὰ τὴν πάλην τὸ ἐπαισχυνθῆναι τῷ πτώματι αὐτοῦ, ὡς καὶ τῷ νικῶντι τὸ ἐπὶ τῇ νίκῃ ἀγάλλεσθαι. Καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, διηλοῖ τῆς εὐχῆς τὸ εἶδος. Αἰσχυνθήτωσαν γὰρ, φησὶ, καὶ ἐντραπήτωσαν εἰ ζητοῦντές μου τὴν ψυχὴν. Οὐ γὰρ κατεύχεται τῶν εἰς χρημάτων ζημίαν ἐπιθυλευόντων, ἢ περὶ γῆς ὕρων διαμψισθητόντων, ἢ τῶν κατὰ τοῦ σώματος αὐτοῦ κακίαν ἐπιδεικνυμένων τινὰ· ἀλλὰ τῶν ψυχὴν ἐπιθυλευόντων. Δ Τῆς δὲ ψυχῆς ἐπιθυουλῆ τις ἄλλη, εἰ μὴ Θεοῦ ἀλλοτριώσις; Ἀλλοτριούται δὲ ἀπὸ Θεοῦ ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ οὐκ ἕλλως, ἢ διὰ τῆς ἐμπαθοῦς διαθέσεως. Ἐπεὶ οὖν ἀπαθεὶς τὸ Θεῖον πάντοτε, ὃ ἀεὶ ἐν πάθει γινόμενος, τῆς πρὸς τὸ Θεῖον συναρξίας ἀποσχινίσκεται. Ὡς ἂν οὖν μὴ τοῦτο πάθει, αἰσχύνῃ τῶν ἀντιπαλαιόντων εὐχεται. Τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστίν, ἢ ἑαυτῷ νίκην κατὰ τῶν πολέμιων ἐπεύξασθαι· οἱ δὲ πολέμιοι τὰ πάθη εἰσὶν. Οὕτως ὁ Ἱερεμίας ζῆλον τῆς θεοσεθείας ἔχων, εἰδὼλομανούτος τηρικαῦτα τοῦ βασιλείως, καὶ τῶν ὑποχειρίων αὐτῷ συνδιατραφέντων, οὐκ ἰδίῳ τι θεραπεύει πάθος, ἀλλὰ περὶ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων

²⁵ Psal. ix, 18. ²⁶ Ephes. vi, 12. ²⁶ Psal. vi, 11.

προσάγει τὴν δέησιν, τῇ κατὰ τῶν ἀσεβησάντων ἁμαρτίᾳ, ἅπαν σωφρονισθῆναι· ἀξιῶν τὸ ἀνθρώπινον. Ἰσαύτως δὲ καὶ ὁ προφήτης, ὃς καὶ πολυγονοῦσαν τότε τὴν κακίαν ἐν τοῖς Ἰσραηλίταις ὄρων ἀτεκνία δικαίως καταδικάζει, καὶ τὰς πικρὰς θηλὰς τῆς ἁμαρτίας ξηρανοῦναι βούλεται, ὡς ἂν μήτε τίκτοιο τοῖς ἀνθρώποις τὸ κακὸν, μήτε τρέφοιο. Διὰ τοῦτο προφήτης, Ἄδὲς αὐτοῖς, φησί, Κύριε, μίσηται ἀτεκνοῦσιν, καὶ μαστοῖς ξηροῖς. Καὶ εἰ τις ἄλλος ἐν τοῖς ἀγίοις εὐρεθείη τοιοῦτος λόγος, θυμοῦ τινα κατηγορίαν καὶ σημασίαν ἔχων, πρὸς τὴν τοιαύτην πάντως διάνοιαν βλέπει, ἢ ἐξορίζοι τὸ κακὸν, οὐκ ἐπιτρέθιο τὸν ἄνθρωπον. Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν. Ἀκούεις τῆς ἀποφάσεως; Πῶς οὖν εἰς τὴν κατὰ τῶν ἰδίων αὐτοῦ ἐχθρῶν θάνατον παρακαλεῖν ἐμελλε τὸν Θεόν, τὸν τῆς τοῦ θανάτου ἐνεργείας ἀλλότριον; Οὐ τέρεπται ἐπὶ ἀπωλείᾳ ζώντων. Ἀλλὰ βαττολογῶν, καὶ κατὰ τῶν ἰδίων ἐχθρῶν τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν παρακινῶν, ἐπιτεροῦσθαι ταῖς ἀνθρωπίναις αὐτὸν συμφοραῖς ἐγκαλεῖται.

Audis sententiam? Quomodo igitur in Deum, qui a mortis efficaciam alienus est? Non delectatur perditione vivorum. At is qui blaterat, et adversus suos inimicos humanitatem Dei concitat, hortatur eum, ut calamitatibus hominum delectetur.

Ἄλλ' ἤδη τινές, φησί, καὶ ἀρχῶν καὶ τιμῶν, καὶ πλοῦτου ἠξιώθησαν, εὐχῇ πρὸς τοῦτο χρησάμενοι, καὶ θεοφιλεῖς εἶναι διὰ τῆς τοιαύτης εὐκληρίας ὑπενοήθησαν. Πῶς οὖν ἀπειροῦς ἡμᾶς, εἴποι τις ἂν, περὶ τῶν τοιούτων προσάγειν τῷ Θεῷ τὰς δέησεις; ἀλλὰ τὸ μὲν πάντα θέεις ἐξῆσθαι βουλής, καὶ ἄνωθεν οἰκονομεῖσθαι τὸν τῆδε βίον, παντὶ δηλόν ἐστι, καὶ οὐκ ἂν τις ἀντείποι τῷ λόγῳ. Τῶν δὲ τοιούτων τῆς εὐχῆς κατορθωμάτων ἄλλας αἰτίας ἐμάθομεν, οὐχ ὡς ἀγαθὰ πάντως τοῦ Θεοῦ ταῦτα τοῖς αἰτούσι νέμονται· ἀλλ' ὡς ἂν διὰ τούτων βεβαιωθῇ τοῖς ἐπιπολαϊοτέροις ἢ πρὸς τὸν Θεὸν πίστις, καὶ κατ' ὀλίγον ἐν ταῖς μικροτέραις τῶν αἰτήσεων, τὸ ἐπακούειν τὸν Θεὸν τῶν ἰκεσιῶν τῇ πείρᾳ μανθάνοντες, ἀνέλθοι μὲν ποτε πρὸς τὴν τῶν ὑψηλῶν τε καὶ θεοπεριπῶν δωρημάτων ἐπιθυμίαν. Καθάπερ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων τέκνων ὁρῶμεν· ἅ τινες μὲν τῇ μητρόφῳ θηλῇ προσφύεται, ὅσον χωρεῖ ἡ φύσις, τοσοῦτον παρὰ τῆς γεννησαμένης ἐπιζητοῦντα· εἰ δὲ ὑπανδρουθείη τὸ νήπιον, καὶ τινα προσλάβοι τοῦ φθέγγεσθαι δύναμιν, καταφρονεῖ μὲν τῆς θηλῆς, ζητεῖ δὲ τι τοιοῦτον, ἢ προκόμιον, ἢ ἱμάτιον, ἢ τινα τοιαῦτα, ὅς ὁ τῶν νηπίων ὀφθαλμὸς ἐπιτέρεται· ἐπειδὴν δὲ εἰς ηλικίαν ἔλθῃ, καὶ συναυξηθῇ τῷ σώματι ἡ διάνοια, τότε πάσας τὰς παιδικὰς ἐπιθυμίας καταλιπὼν, τὰ τῷ τελείῳ βλέποντα βίῳ παρὰ τῶν γονέων αἰτῆσεται· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἐθίζων τὸν ἄνθρωπον διὰ πάντων πρὸς αὐτὸν βλέπειν, διὰ τοῦτο πολλάκις οὐδὲ τῶν μικροτέρων αἰτήσεων ἀνήκοος γίνεται, ὡς ἂν ἐπὶ τῇ τῶν ὑψηλοτέρων ἐπιθυμίᾳ διὰ τῆς ἐν τοῖς μικροῖς εὐεργεσίας τὴν τετυχηκότα τῆς χάριτος προσκαλέσαστο. Καὶ σὺ τοῖνον, εἰ ὁ δεῖνα γέγονε θεῖα προσοία γνώριμός τε καὶ περιβλεπτός ἐξ ἀφανσετέρων, ἢ ἄλλο τι τῶν κατὰ τὸν βίον τοῦτον ἐπιζητουμένων ἐκτίσαστο, ἀρχὴν

hostes vero perturbationes et vitia sunt. Sic Jeremias vehementi et ardenti pietatis amore praeditus, insano simulacrorum cultui dedito rege, qui tunc regnabat, et subditis eodem cum illo errore involutis unaque perversis, non proprium aliquod incommodum curat, sed pro communi hominum bono Deo preces offert, rogans ut per impetum, qui adversus eos, qui impietate se contaminassent, susceperetur, universum genus humanum ad sanitatem reduceretur²⁷. Similiter autem etiam propheta Oseas, cum inter Israelitas vitiositatem atque malitiam tunc fecundam esse videret, merito sterilitate eos condemnat, et acerba peccati ubera arescere vult, ut neque nasceretur, neque aleretur malum hominibus. Idcirco propheta: *Da, inquit, illis, Domine, vulvam sterilem, et ubera sicca*²⁸. Ac si quis alius in sanctis ejusmodi sermo inveniat, qui iram aliquo modo arguat atque significet, ad ejusmodi omnino sententiam spectat, quae vitium expellat, non hominem conficiat. *Mortem Deus non facit*²⁹. Audis sententiam? Quomodo igitur in mortem suorum ipsius inimicorum rogaturus esset Deum, qui a mortis efficaciam alienus est? Non delectatur perditione vivorum. At is qui blaterat, et adversus suos inimicos humanitatem Dei concitat, hortatur eum, ut calamitatibus hominum delectetur.

Verum jam, inquit, nonnulli etiam principatus et honores, et divitias consecuti sunt, oratione ad hoc usi, et ob ejusmodi felicitatem, Deo chari esse existimati sunt. Quomodo igitur prohibes nos, dixerit aliquis, de ejusmodi rebus preces offerre Deo? Enimvero omnia quidem pendere a divino consilio, atque superne regi hanc vitam terrenam, nemo ignorat: nec quisquam orationi contradixerit, sed talium orationis successuum alias causas didicimus: nimirum quod non quasi bona prorsus petentibus haec Deus tribuat, sed ut simplicioribus per haec fiducia erga Deum stabiliat et confirmetur, ac paulatim per minores petitiones experientia ipsa discentes, quod supplices Deus exaudiat, erigamur tandem aliquando ad sublimium pariter et Deum decentium donorum desiderium atque cupiditatem. Quemadmodum in nostris liberis videmus, qui initio quidem uberibus maternis adherent, quantum natura capit, tantum a matre requirentes. Quod si infans adoleverit, et aliquam facultatem loquendi adeptus fuerit, mammam quidem respuit, quaerit autem aliquid ejusmodi, vel comam apposititiam, vel pallium, vel aliqua talia, quibus infantium oculi delectantur; sed ubi ad firmiorem aetatem pervenerit, et mens una cum corpore creverit, tunc omnibus puerilibus studiis atque desideriiis omissis, ea quae ad perfectam vitam spectant, a parentibus petiturus est: ita etiam Deus, qui per omnia hominem ad sese respicere assuefacit, idcirco saepenumero ne minoribus quidem petitionibus aures praebere fastidit, ut ad sublimiorum rerum desiderium, per parvarum rerum largitionem eum, qui hoc beneficium consecutus fuerit, invitet. Et tu igitur, si ille et ille divina

²⁷ Jerem. x, 4 sqq. ²⁸ Ose. ix, 14. ²⁹ Sap. i, 15.

providentia nobilis et illustris obscuris parentibus A ἢ πλοῦτον, ἢ περιφάνειαν, νόει τὸν σκοπὸν, ὅτι σοὶ ἀπόδειξις τῆς μεγάλης δυνάμεως τοῦ Θεοῦ ἢ περὶ ταῦτα φιλανθρωπία γίνεται, ἵνα διὰ τοῦ τυχεῖν τῶν παιδικῶν ἀθυρμάτων, περὶ τῶν μειζόνων καὶ τελειοτέρων προσαγάγῃς τῷ Πατρὶ τὰς αἰτήσεις. Ταῦτα δὲ ἐστὶν ὅσα εἰς ψυχὴν φέρει τὸ κέρδος.

quæ res per hanc vitam expetuntur, acquisivit, principatum, vel divitias, aut claritudinem, considera quoniam hæc spectent, nimirum, quod per eam, quæ circa has res apparet, humanitatem in rebus magnis tibi potentia Dei demonstratur, ut per hoc, quod animadverteris, nec ludieras quidem ac pueriles res frustra a Deo peti, de majoribus ac perfectioribus Patri preces offeras; hæc autem sunt ea, quæ animæ lucrum afferunt.

Et enim multissimum fuerit, si quis accedens ad Deum, a sempiterno temporaria roget, a cœlesti terrena, ab Altissimo humilia et abjecta, ab eo, qui regnum cœlorum largitur, hanc terrenam et humilem felicitatem; ab eo qui largitur ea quæ eripi non possunt, ad exiguum tempus alienarum rerum usum: quarum necessaria quidem adeptio, temporarius verò usufructus, et periculosa administratio est. Pulchre autem per adjectionem ostendit absurditatem, cum dixit: *Sicut gentiles*. Nam in res apparentes studium conferre proprium est eorum, qui nullam sibi futuri sæculi spem proponunt, non iudicii metum, non gehennæ minas, non bonorum expectationem, non aliud quidquam eorum quæ tempore resurrectionis sperantur, qui sicuti pecora ad præsentem vitam intenti quodcumque gulæ ac ventri, reliquisque corporis voluptatibus indulgere possint, id in parte bonorum locant, vel principatum inter aliquos tenere, et reliquis præstare videri, vel multis inebare talentis, aut si quid aliud de hujus sæculi fraudibus est: quibus si quis de futura spe dicat, plane nugator esse videtur, paradysum et regnum, et cœlestem habitationem, et ejusmodi res exponens. Quoniam igitur proprium est eorum, qui spem non habent, ut præsentī vitæ adhaerescant et addicti sint, recte supervacua ac vana desideria, quæ voluptatī addicti per orationem se confecturos sibi esse putant, gentilium esse, Scriptura dicit, existimantium se de rebus absurdis assidue ac sedulo rogando consecuturos esse, ut numen divinum eis ad res non rectas neque necessarias auxilio sit. Existimant enim, inquit, se propter multiloquium suum exauditi iri. Verum hæc quidem, quæ cogitare atque perpendere oportet, per ea, quæ scrutati sumus et ostendimus, edocti sumus: qualem autem conveniat offerre Deo precationem, in sequentibus audiamus, gratia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in secula seculorum. Amen.

Καὶ γὰρ ἂν εἴη τῶν ἀλογωτάτων, προσελθόντα τῷ Θεῷ ζητεῖν παρὰ τοῦ αἰθέρου τὰ πρόσκαιρα, παρὰ τοῦ ἐπουρανίου τὰ ἐπίγεια, παρὰ τοῦ Ὑψίστου τὰ χαμαίζηλα, παρὰ τοῦ βασιλείαν οὐρανῶν δωρουμένου τὴν γῆνιν αὐτήν καὶ ταπεινὴν εὐκληρίαν, παρὰ τοῦ ἀναφαίρετα χαρίζομένου, τὴν ἐν ὀλίγῳ τῶν ἀλλοτριῶν χρῆσιν, τῶν ἀναγκαῖα μὲν ἢ ἀφαίρεισις, πρόσκαιρος δὲ ἢ ἀπόλαυσις, ἐπικίνδυνος δὲ ἡ οικονομία· καλῶς δὲ παρίστησι τῇ προσθήκῃ τὸ ἄτοπον, εἰπὼν, Ὡς περ οἱ ἔθνη. Τὸ γὰρ περὶ τὰ φαινόμενα τὴν σπουδὴν ἔχειν ἴδιόν ἐστι τῶν μηδεμίαν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἑαυτοῖς ὑποτιθεμένων ἐλπίδα, μὴ κρίσεως φόβον, μὴ γενένης ἀπειλήν, μὴ ἀγαθῶν προσδοκίαν, μὴ ἄλλο τι τῶν κατὰ τὴν ἀνάστασιν ἐλπίζομένων, οἱ βουσκματῶν δικὴν πρὸς τὸν παρόντα ὄρωντες βίον, ὅπερ ἂν λαιμῶν καὶ κοιλίᾳ καὶ ταῖς λοιπαῖς τοῦ σώματος ἡδουπαθείαις χαρίζωνται, τοῦτο ἐν ἀγαθῶν κρίνουσι μοῖρα, ἢ τὸ πρωτεύουσαι τινῶν, καὶ τὸ ὑπὲρ τοὺς λοιποὺς νομισθῆναι, ἢ πολλοῖς ἐπικαθευδῆσαι ταλάντοις, ἢ εἴ τι ἄλλο τῆς βιωτικῆς ἀπάτης ἐστίν· οἷς εἴ τις ἂν λέγῃ περὶ τῆς μελλούσης ἐλπίδος, λῆρος ἄντικρυς εἶναι δοκεῖ, παρὰ δέισσον καὶ βασιλείαν, καὶ οὐρανῶν διαγωγὴν, καὶ τὰ τοιαῦτα διεξερχόμενος. Ἐπειδὴ τοίνυν ἴδιόν ἐστι τῶν μὴ ἐχόντων ἐλπίδα τὸ προστετηκέναι τῇ παρουσίᾳ ζῶῃ, καλῶς τὰ περιττὰ καὶ μάταια τῆς ἐπιθυμίας, ἃ δι' εὐχῆς οἴονται κατορθοῦν ἑαυτοῖς οἱ φιλήδονοι, τὸν ἐθνικῶν ὁ λόγος εἶναι φησι, τῶν νομιζόντων ἐκ τοῦ προσλιπαρεῖν περὶ τῶν ἀτόπων συνεργὸν ἐπὶ τὰ μὴ δέοντα τὸ Θεῖον ἔξειν. Δοκοῦσι γὰρ, φησὶν, ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἃ δεῖ γινώσκειν, δι' ὧν ἐξητάσαμεν, ἐδιδάχθημεν. Οἷαν δὲ προσθήκει τῷ Θεῷ προσάγειν τὴν δέησιν, ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἀκουσόμεθα.

D χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO II.

Pater noster, qui es in caelis.

Cum magnus ille Moyses ad eam sacrorum disciplinam, quæ in monte instituebatur, populum Israeliticum adduceret, non prius eos apparitione Dei dignos iudicavit, quam indicta observatione castitatis, et aspersione aquæ, populo purificationem lege sanxisset: ac ne sic quidem divinæ potentia: apparitionem sustinuerunt, sed ad omnem faciem et aspectum eorum, quæ apparebant, ad ignem, ad caliginem, ad fumum, ad tubas, attoniti

ΛΟΓΟΣ Β΄.

Ἠάτερον ἡμῶν ὃ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Ὅτε προσήγεν ὁ μέγας Μωϋσῆς τῇ κατὰ τὸ ὄρος μυσταγωγίᾳ τὸν Ἰσραηλίτην λαόν, οὐ πρότερον αὐτοῦς τῆς Θεοφανείας ἤξισεν, πρὶν ἀγνεῖα τε καὶ περιβραντισμῷ νομοθεῆσαι τῷ λαῷ τὸ καθάρσιον· καὶ οὐδὲ οὕτως ἐθάρσθησαν τῆς Θείας δυνάμεως τὴν ἐμφάνειαν, ἀλλὰ πρὸς πᾶν κατεπλάγησαν τὸ φαινόμενον, τὸ πῦρ, τὸν γνόφον, τὸν καπνόν, τὰς σάλπιγγας· καὶ πρὸς τοῦτους πάλιν ἀποστραφεῖς, ἤξιον τὸν νομοθέτην αὐτοῖς μεστῆναι γενέσθαι τοῦ Θεοῦ βουλή-

ματος, ὡς οὐχ Ἰκανῆς οὐσης τῆς δυνάμεως αὐτῶν ἅτε προσεγγίσει τῷ Θεῷ, καὶ θεῖαν ἐμφάνειαν δεῖξασθαι. Ὁ δὲ ἡμέτερος νομοθέτης, καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, προσάγειν ἡμᾶς τῇ θεῖα χάριτι μέλλων, οὐχ Ἰνναίον ἡμῖν ἕρος τῷ λόγῳ παραδείκνυσι γνόφῳ κεκαλυμμένον, καὶ περὶ καπνίζομενον, οὐδὲ σαλπείγων φωνάς, ἄσημόν τι καὶ καταπληκτικὸν ἀπηχούσας, οὐδὲ τριημέροις ἀγνείαις, καὶ ὕδατι ῥύπον ἐκπλύνοντι τὴν ψυχὴν ἐκκαθάρας, οὐδὲ πᾶσαν τὴν ἐκκλησίαν ἐν τῇ ὑπωρεῖα καταλιπόν, ἐνὶ μόνῳ τὴν ἄνωθον ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ ἕρους χαρίζεται, τὴν κεκαλυμμένην τῷ γνόφῳ τῷ τὴν δόξαν Θεοῦ περικρύπτουσι· ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἀντὶ τοῦ ἕρους αὐτὸν ἀνάγει τὸν οὐρανὸν, βατὸν τοῖς ἀνθρώποις αὐτὸν διὰ τῆς ἀρετῆς καταστήσας· ἔπειτα δὲ οὐ θεατὰς μόνον τῆς θείας δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ κοινωνοὺς ἀπεργάζε-
ται, καὶ εἰς συγγένειαν τρόπον τινὰ τῆς ὑπερκειμένης φύσεως τοὺς προσόντας ἄγει· οὐδὲ γνόφῳ κατακρύπτει τὴν ὑπερέχουσαν δόξαν, ὡς δυσθεώρητον τοῖς ἀναζητοῦσιν εἶναι, ἀλλὰ τῷ τηλαυγεί φωτὶ τῆς διδακτικαίας τὸν γνόφον καταφωτίζας, ἐπὶ λαμπρᾶς αἰθρίας τοῖς καθαροῖς τὴν καρδίαν, τὴν ἄφραστον δόξαν καθοραῖσθαι ἐποίησεν· ὕδωρ δὲ περιβρίθειν, οὐκ ἐξ ἄλλοτριῶν ναμάτων, ἀλλὰ τὸ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ἀναθρόον χαρίζεται, εἴτε τὰς τῶν ὀφθαλμῶν τις λέγει πηγὰς, εἴτε τὴν καθαρὰν τῆς καρδίας συνείδησιν, μηδεμίαν ἴδον ἀπὸ τῆς ἐννομοῦ τῶν γαμετῶν ὀμίλιας, ἀλλ' ἀπὸ πάσης ὕλικῆς τε καὶ ἐμπαθοῦς διαθέσεως νομοθετήσας, οὕτω προσάγει διὰ τῆς προσευχῆς τῷ Θεῷ. Αὐτὴ γὰρ τῶν ῥημάτων ἡ δύναμις, δι' ἣν οὐχὶ φωνὰς τινὰς ἐν συλλαβαῖς ἐκφωνουμένας μανθάνομεν διὰ τοῦ λόγου, ἀλλ' ἐπίνοιαν τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀναβάσεως δι' ὑψηλῆς πολιτείας κατορθωμένην.

per sermonem discimus, sed rationem ascendendi ad Deum, per sublime institutum vitæ confectam et expeditam.

Ἐξεστὶ δὲ δι' αὐτῶν τῶν τῆς προσευχῆς λόγων τὴν θεῖαν μυσταγωγίαν κατανοῆσαι. Ὅταν προσεύχησθε, φησὶν οὐκ εἶπεν, Ὅταν εὐχῆσθε, ἀλλ', Ὅταν προσεύχησθε· ὡς τοῦ κατὰ τὴν εὐχὴν ἦδη προκαταορθωθῆναι προσήκοντος, πρὶν διὰ τῆς προσευχῆς τῷ Θεῷ προσεγγίσει. Τίς δὲ τῶν ὀνομάτων τούτων κατὰ τὸ σημαίνοντόν ἐστι διαφορὰ; Ὅτι εὐχὴ μὲν ἐστὶν ἐπαγγελία τιλὸς τῶν κατ' εὐσέθειαν ἀφιερουμένων προσευχῆ δὲ αἰτησις ἀγαθῶν, μετὰ ἰκετηρίας προσευχόμενῃ Θεῷ. Ἐπεὶ οὖν παρήρησας ἡμῖν χρεῖα, ὅταν προσώμεν Θεῷ, τὰς ὑπὲρ τῶν λυσιτελοῦντων ἰκετηρίας ποιούμενοι, ἀναγκαίως τὸ κατὰ τὴν εὐχὴν προηγῆσεται, ἵνα τὸ παρ' ἐαυτῶν ἐκτελέσαντες, οὕτως θαρσύνοντες, τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀντιλαβεῖν ἀξιώσωμεν. Διὸ φησὶν ὁ Προφήτης, ὅτι *Τὸς εὐχὰς μου ἀποδώσω σοι, ἃς διέσπειλε τὰ χεῖλη μου· καὶ, Εὐξασθε, καὶ ἀπόδοτε Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν.* Καὶ πολλὰ τοῦ τῆς Γραφῆς τὴν τοιαύτην ἔστιν ἰδεῖν τῆς εὐχῆς σημασίαν, ὡς γινῶσι ἡμᾶς, ὅτι εὐχὴ μὲν ἐστὶ, καθὼς εἴρηται, χαριστήριος δωροφορὸς ἐπαγγελία· ἡ δὲ προσευχὴ, τὴν μετὰ τὴν ἐκπλήρωσιν τῆς

atque percussi sunt : et ad sese rursus reversi, legislatorem rogabant, ut is mediator ipsis et inter-nuntius divinæ voluntatis exsisteret, quasi ipsorum vires ad appropinquandum Deo, divinamque apparitionem excipiendam, satis idoneæ sufficientesque non essent³⁰. At noster legislator, Dominus noster Jesus Christus, ad divinam gratiam nos adducturus, non montem Sinai nobis caligine obductum et igne fumigantem oratione præmonstrat, neque tubarum voces obscurum quiddam atque terrificum resonantes, neque tridui castitate, et aqua sordes eluente animam expurgat, neque omni concione ad radices montis relicta, uni soli ad cacumen montis caligine gloriam Dei tegente circumfusum, ascensum largitur, sed primum quidem pro monte ad ipsum cælum, quod per virtutem pervium hominibus effecit, subducit; deinde vero non spectatores solum divinæ potentie, verumetiam socios et participes facit, et ad cognationem quodammodo supernæ naturæ accedentes ducit : neque caligine præcellentem gloriam abscondit, ut contemplatu difficilis requirentibus sit : sed claro lumine doctrinæ caligine discussa, in lucida ac splendida serenitate puro corde præditis inenarrabilem gloriam conspiciendam præbet; aquam autem ad aspergendum, non ex alienis rivis, sed in nobis ipsis scaturientem largitur, sive oculorum quis fontes dicat, sive puram cordis conscientiam nullam a vitiositate atque malitia limui involentem : non solum autem a licita uxorum consuetudine, sed ab omni materiali pariter ac vitiosa affectione instituta puritate, ita per orationem homines ad Deum adducit. Hæc est enim verborum vis, quibus non voces quasdam, quæ per syllabas pronuntiantur, Licet autem per ipsa verba orationis cognoscere divinam sacerorum disciplinam atque institutionem. Cum oratis, inquit³¹, non dixit, ὅταν εὐχῆσθε, id est, cum vota facitis, sed, ὅταν προσεύχησθε, id est cum oratis; quasi id, quod ad votum pertinet, officium jam ante præstitum esse conveniat, priusquam per orationem Deus adeatur. Sed quamvis horum nominum, quod ad significationem attinet, differentia? εὐχῆ, id est, votum quidem promissio est alicujus rei, quæ pietatis nomine dedicetur et saceris destinetur : προσευχῆ autem, id est, oratio, est petitio bonorum, quæ Deo cum supplicatione offertur. Quoniam igitur fiducia nobis, ut libere loquamur, opus est, cum supplicaturi pro commodis nostris ad Deum accedimus, necessario, quod ad votum pertinet, officium præcedet, ut eo, quod a nobis præstari decebat, officio functi, ita deinceps confidenter invicem a Deo beneficium petamus. Quamobrem Propheta : *Vota mea, inquit, persolvam tibi, quæ labia mea nuncupaverunt*³²; et : *Vota facite, ac persolvite Domino Deo vestro*³³. Ac

³⁰ Exod. xix, 15 sqq. ³¹ Matth. vi, 7; Luc. xi, 2. ³² Psal. lxxv, 15. ³³ Psal. lxxv, 12.

multis in locis Scripturæ ejusmodi τῆς εὐχῆς, id est, voti significationem videre licet, ut cognoscamus, quod votum quidem sit, ut modo dictum est, doni pro gratiarum actione offerendi facta promissio : προσευχή vero, id est : oratio, eum, qui post promissi impletionem ad Deum fit, aditum significat. Docet igitur nos sermo, ne prius aliquid petamus a Deo, quam aliquid ei munus acceptum et gratum obtulerimus. Vovere enim prius oportet, deinde orare : perinde ac si quis dicat sementem prius fieri, quam fructus percipi oportere. Ergo voti semina prius dejicere, atque ita ex dejectis seminibus adultas jam atque maturas fruges percipere oportet, per orationem remunerationem accipiendo. Proinde quasi colloquium cum fiducia fieri non possit, nisi per præcedens aliquid votum et actionem præcedat.

Quasi igitur jam hoc confectum esset, Dominus ad discipulos ait : *Cum oratis, dicite : Pater noster, qui es in celis*³⁵. — *Quis dabit mihi alas tanquam columba?* inquit alicubi magnus ille David in Psalmis³⁶ : dixerim etiam ipse, parem vocem emittere ausus : Quis dabit mihi alas illas ad hoc, ut possim una cum sublimitate præstantiæ majestatisque verborum mente subvolare, ut terram quidem omnem relinquam, transeamque omnem aerem in medio sumum, assequar autem ætheream pulchritudinem, et ad sidera evadam, et omnem in iis ordine ac ratione digestum ornatum inspiciam, ac ne in his quidem consistam, sed hæc etiam percurram, et extra omnia, quæ et moventur et mutantur, evadam, atque stabilem assequar naturam ac potentiam immobilem, et in seipsa statutam, fixam, fundatam atque firmatam, omnia ducentem paviter atque ferentem quæcumque existunt, omnia, inquam, quæ ab inenarrabili voluntate divine sapientiæ pendent ; ut ab omnibus quæ alternant et mutantur, mente procul remotus, in immutabili pariter et immobili animæ statu eum, qui nec mutari, nec in alterum perverti potest, per animi sententiam atque judicium prius conciliem et familiarem reddam : deinde vero maxime familiari et amica appellatione invocem ac dicam : *Pater?* Nam quali dicenti opus est animo ! quanta fiducia ! quali conscientia ! ut ubi Deum, quoad ejus fieri potest, per eas appellationes que in illo animadvertuntur, ad intellectum inenarrabilis gloriæ quasi manuctus, mente conceperit atque didicerit, quod divina natura, quodcumque tandem ea sit ipsa, bonitas sit, sanctimonia, exultatio, potentia, gloria, puritas, æternitas, semper eodem modo atque similiter sese habens : ac quæcumque talia circa divinam naturam intelliguntur, cum et per divinam Scripturam ac proprias cogitationes animadverterit, deinde talem emittere vocem, et eum, qui talis sit, suum patrem nominare audeat ? Perspicuum est enim, quod si alicujus intelligentiæ particeps sit, non ausurus sit, cum non eadem etiam in se cernat,

A ἐπαγγελίας τῷ Θεῷ γινομένην πρόσδοτον διερμηνεύει. Διδάσκει οὖν ἡμᾶς ὁ λόγος, μὴ πρότερον αἰτεῖσθαι τι παρὰ τοῦ Θεοῦ, πρὶν αὐτῷ τι τῶν κεχαρισμένων δωροφορῆσαι. Εὐξασθαι γὰρ χρὴ πρότερον, εἴτα προσευξασθαι : ὡς εἴ τις λέγει προσηγείσθαι τὴν σπορὰν τῆς ἐπικαρπίας. Οὐλοῦν χρὴ καταβαλεῖν πρότερον τῆς εὐχῆς τὰ σπέρματα, καὶ οὕτως αὐξηθεῖσαν τὴν καταβολὴν τῶν σπερμάτων καρπώσασθαι διὰ τῆς προσευχῆς τὴν χάριν ἀντιλαμβάνοντα. Ὡς οὖν οὐκ ἐσομένης ἐν παρόρσεια τῆς ἐντευξέως, εἰ μὴ ἐπὶ προληψέσει εὐχῆ τινι καὶ δωροφορίᾳ ἢ πρόσδοτος γένοιτο, ἀναγκαῖως ἢ εὐχῆ τῆς προσευχῆς προηγύσσεται.

Proinde quasi colloquium cum fiducia fieri non possit, nisi per præcedens aliquid votum et donum, aditus factus sit, necessario votum ora-

B Ὡς οὖν ἤδη τοῦτου κατορθωθέντος, φησὶ πρὸς τοὺς μαθητὰς ὁ Κύριος : "Ὅταν προσεύχησθε, λέγετε : Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. — Τίς δώσει μοι πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς ; φησὶ που τῆς ψαλμοφθίας ὁ μέγας Δαβὶδ· εἶπομι δ' ἂν καὶ αὐτὸς τολμήσας τὴν ἴσθν φωνῆν· Τίς δώσει μοι πτέρυγας ἐκείνας, πρὸς τὸ συνηθῆναι τῷ ὕψει τῆς τῶν ὀφθαλμῶν μεγαλοφύτης συναναπτῆναι κατὰ διάνοιαν ; Ὡστε καταλιπεῖν μὲν τὴν γῆν πᾶσαν, διαπεράσαι τε πάντα τὸν ἐν μέσῳ κεχυμένον ἀέρα· καταλαθεῖν δὲ τὸ αἰθέριον κάλλος, καὶ ἐπὶ τὰ ἄστρα φθάσαι, καὶ πᾶσαν τὴν ἐν αὐτοῖς διακόσμησιν κατιδεῖν· στήναι δὲ μηδὲ ἐν τοῦτοις, ἀλλὰ διεξελθεῖν καὶ διὰ τούτων, καὶ πάντων τῶν κινουμένων καὶ μετισταμένων ἐκτὸς γενέσθαι, καὶ καταλαθεῖν τὴν ἐσῶσαν φύσιν, τὴν ἀμετακίνητον δύναμιν, τὴν ἀπ' ἑαυτῆς καθιδρυμένην, τὴν πάντα ἄγρουσάν τε καὶ φέρουσαν, ὅσα ἐν τῷ εἶναί ἐστι, πάντα τὰ τοῦ ἀφράστου θελήματος τῆς θείας σοφίας ἐξηρητημένα· ὥστε πάντων ἀλλοιωμένων τε καὶ μετισταμένων πῶρόν τῇ διανοίᾳ γενόμενος, ἐν ἀτρέπτῳ τε καὶ ἀκίνητῳ τῇ ψυχῆς καταστάσει, τὸν ἀτρέπτον καὶ ἀναλλοίωτον διὰ τῆς γνώμης πρότερον οικειώσασθαι, εἴθ' οὕτω τῇ οικειοτάτῃ προσηγορίᾳ ἐπικαλέσασθαι καὶ εἰπεῖν, Πάτερ ; Οἷός γάρ τῳ λέγοντι χρεῖα ψυχῆς ! ὅσης τῆς παρόρσειας ! οἷός τῆς συνειδήσεως ! Ἴνα Θεὸν νοήσας, ὡς ἐστι δυνατόν, ἐκ πῶν ἐπινοουμένων αὐτῷ προσηγοριῶν, πρὸς τὴν σύνεσιν τῆς ἀφράστου δόξης χειραγωγούμενος, καὶ μαθὼν ὅτι ἡ θεία φύσις, ὃ τί ποτὲ ἐστὶν αὐτὸ, ἀγαθότης ἐστίν, ἀγιασμός, ἀγαλλίαμα, δύναμις, δόξα, καθαρότης, ἀδιόγητος, ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσα, καὶ ὅσα τοιαῦτα νενοήσεται περὶ τὴν θεῖαν φύσιν, διὰ τε τῆς θείας Γραφῆς καὶ τῶν οικείων λογισμῶν κατανοήσας, εἴτα τολμήσει τὴν τοιαύτην πρὸς τὴν φωνήν, καὶ τὸν τοιοῦτον ἑαυτοῦ κατανομάσαι πατέρα ; Δῆλον γάρ, ὅτι εἰ μετέγει τινὸς διανοίας, οὐκ ἂν θαρσῆσει μὴ τὰ αὐτὰ καὶ ἐν αὐτῷ βλέπων, ἐκείνην προέσθαι πρὸς τὸν Θεὸν τὴν φωνήν, καὶ εἰπεῖν· Πάτερ. Τῆς γὰρ ποιητῆς πρόξεως, ὁ ἀγαθὸς κατὰ τὴν οὐσίαν, πατὴρ γενέσθαι φύσιν οὐκ ἔχει : οὕτε τοῦ κατὰ τὸν βίον βεβηλωθέντος, ὁ ἄγιος·

³⁵ Matth. vi, 9. ³⁶ Psal. Liv, 7.

οὕτε τοῦ περιτρεπομένου, ὁ ἀναλλοίωτος· οὕτε τοῦ νεκρωθέντος ἐξ ἁμαρτίας, ὁ πατήρ τῆς ζωῆς· οὕτε τῶν ἐν τοῖς πάθεσι τῆς ἀτιμίας ἀσχρημονούντων, ὁ καθαρὸς καὶ ἀκήρατος· οὕτε τοῦ πλεονέκτου, ὁ εὐεργέτης· οὕτε ὅλων τῶν ἐν τινι κακῷ εὐρισκομένων, ὁ ἐν παντὶ ἀγαθῷ θεωρούμενος. Εἰ γὰρ τις πρὸς ἑαυτὸν βλέπων ἔτι καθαρῶς δεόμενος, καὶ μοχθηρὰν ἑαυτοῦ συνείδησιν ἐπιγινώσκων πλήρη κηλίδων καὶ πονηρῶν ἐγκυματίων, πρὶν καθαρῶθαι τῶν τοιούτων τε καὶ τοιοῦτων κακῶν, πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ συγγένειαν ἑαυτὸν εἰσποιῶ, καὶ λέγει, *Πάτερ, τῷ δικαίῳ ὁ ἄδικος, τῷ καθαρῷ ὁ ἀκάθαρτος· ὕβρις ἀντικρυς ἂν εἴη καὶ λοιδορία τὰ ῥήματα, εἴπερ τῆς ἰδίας μοχθηρίας πατέρα τὸν Θεὸν ὀνομάζοι.* Ἡ γὰρ τοῦ πατρὸς φωνή, τὴν αἰτίαν τοῦ ἐξ αὐτοῦ ὑποστάντος διασημαίνει. Οὐκοῦν ὁ μοχθηρὸς τὴν συνείδησιν, εἰ πατέρα ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν λέγει, οὐδὲν ἕτερον ἢ τῶν ἰδίων κακῶν ἀρχηγὸν τε καὶ αἴτιον αὐτὸν εἶναι κατηγορήσει. Ἀλλ' οὐδεὶς *κωνιωρία φωτὶ πρὸς σκότος*, φησὶν ὁ Ἀπόστολος· ἀλλὰ τῷ φωτὶ φῶς προσοικειοῦται, καὶ τῷ δικαίῳ τὸ δίκαιον, καὶ τῷ καλῷ τὸ καλόν, καὶ τῷ ἀφθάρτῳ τὸ ἀφθαρτον. Τὰ δὲ ἐναντία πρὸς τὰ ὁμογενῆ πάντως τὴν συγγένειαν ἔχει. Οὐ γὰρ δύναται *δένδρον καλὸν καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν*. Εἰ τοίνυν βαρυκαρδίως τις ὢν, καθὼς φησὶν ἡ Γραφή, καὶ τὸ ψεύδος ζητῶν, κατατολμᾷ τῶν τῆς προσευχῆς ῥημάτων, γινωσκέτω ὅτι οὐ τὸν οὐράνιον ὁ τοιοῦτος Πατέρα καλεῖ, ἀλλὰ τὸν καταχθόνιον, ὃς αὐτὸς τε ψεύστης ἐστὶ, καὶ τοῦ ἐν ἐκάστῳ συνισταμένου ψεύδους πατήρ γίνεται, ἐκείνος ἁμαρτία καὶ ἁμαρτίας πατήρ. Διὰ τοῦτο οἱ ἐμπαθεῖς τὴν ψυχὴν, ὀργῆς τέκνα παρὰ τοῦ Ἀποστόλου προσαγορεύονται· καὶ ὁ τῆς ζωῆς ἀποστάς, ἀπωλείας υἱὸς ὀνομάζεται· καὶ τὸ βλακώδες καὶ θηλυδρίας, υἱὸς κορασιῶν αὐτομολούντων προσσηγορεῖται. Ἐταῦτος καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου, οἱ λαμπροὶ τὴν συνείδησιν, υἱοὶ φωτὸς καὶ ἡμέρας προσαγορεύονται· καὶ δυνάμεις υἱοὶ ἕτεροι, οἱ πρὸς τὴν θεῖαν ἰσχὺν ἑαυτοὺς τονώσαντες. Ὅταν τοίνυν Πατέρα τὸν Θεὸν λέγειν ἡμεῖς ἐν τῇ προσευχῇ διδάσκη ὁ Κύριος, οὐδὲν ἕτερόν μοι δοκεῖ ποιεῖν, ἢ τὸν ὑψίστον τε καὶ ἐπιρρέμενον νομοθετεῖν βίον· οὐ γὰρ δὴ ψεύδεσθαι διδάσκει ἡμεῖς ἢ ἀληθεῖα, ὥστε λέγειν ὃ μὴ ἔμεν, καὶ ὀνομάζειν ὃ μὴ πεφύκαμεν· ἀλλὰ Πατέρα λέγοντες ἑαυτῶν, τὸν ἀφθαρτὸν τε καὶ δίκαιον καὶ ἀγαθόν, ἐπαληθεύειν τῷ βίῳ τὴν ἀγγιστεῖαν. Ὅραξ ὅσης ἡμεῖν παραστῆς ἐστὶ χρεῖα· οὐνο βίου· πόσης καὶ ποταπῆς ἐστὶ τῆς σπουδῆς, ὥστε ποτὲ πρὸς τοῦτο τὸ μέτρον πῆς παρήρησις ὑψωθείσης ἡμῶν τῆς συνειδήσεως, τολμησάτω εἰπεῖν τῷ Θεῷ, ὅτι *Πάτερ*· Εἰ γὰρ περὶ τὰ χρήματα βλέπετε, εἰ περὶ τὴν βιωτικὴν ἀπάτην ἠσυχολημένος εἴη, ἢ τὴν ἐξ ἀνθρώπων δόξαν ἀναζητοίης, εἰ τῶν ἐπιθυμιῶν ταῖς ἐμπαθεστέραις δουλεύεις· ἔπειτα τὴν νοιάστην προσευχὴν διὰ στόματος λάβοις· τί οὐκ ἐρεῖν τὸν εἰς τὸν βίον βλέποντα, καὶ τῆς προσευχῆς ἐπαύοντα· Ἐγὼ τοιοῦτων τινῶν ῥημάτων ἀκούειν δοκῶ, ὥσπερ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν τοιοῦτον λέγοντος·

illam vocem ad Deum emittere, ac dicere, *Pater*. Nam improba voluntatis atque propositi pater esse is, qui sua natura bonus est, naturaliter non potest : neque vita contaminati, sanctus : neque ejus, qui huc illuc circumagitur, is qui alius fieri ac mutari non potest : neque mortificati per peccatum, pater vite ; neque eorum, qui vitiiis probrosis et ignominiosis impulsu turpia committunt, is qui purus et integer est ; neque avari et raptoris, benefactor ; nec eorum denique, qui in aliquo malo deprehenduntur, is qui in omni bono cernitur atque consideratur, parens esse potest. Nam si quis expiatione etiam nunc opus habens, seipsum inspiciens, et vitiosam conscientiam suam agnosceus plenam maculis, et scelerum notis injustis, priusquam a tot tantisque malis expurgatus sit, se Dei cognationi inserat, ac dicat : *Pater*, justo injustus, puro impurus : contumelia atque convicium plane ea verba fuerint, siquidem suae nequitiae patrem Deum nominat. Nam patris vocabulum, causam ex ipso proerenti significat. Ergo si conscientia vitiosa quis praeclitus patrem suum Deum dicat, nihil aliud, quam suorum malorum quasi principem et auctorem eum insimulabit. *At nulla communio luci cum tenebris*, inquit Apostolus³⁶ ; sed cum lumine lumen consociatur, cum justitia justitia, cum honestate honestas, cum incorrupto incorruptum. Contraria vero, cum iis, quae ejusdem generis sunt, plane cognationem habent. *Non enim potest arbor bona malos producere fructus*³⁷. Si quis igitur gravi tarloque corde, ut inquit Scriptura, atque mendacium querens, audet orationis verba usurpare, sciat is, quod non caelestem Patrem invocat, sed infernum, qui et ipse mendax est, et ejus, quod in inoquoque conflatur, mendacii pater existit, ille qui peccatum, et peccati pater est³⁸. Propterea animi affectibus ac perturbationibus obnoxii, filii irae ab Apostolo appellantur³⁹ ; et qui a vita desceverit, perditionis filius nominatur⁴⁰ ; mollis item quispiam et effeminatus, filius puellarum transfugientium appellatur. Similiter etiam ex contrario, conscientia lauta, pura ac lucenta praediti, filii lucis et diei appellantur⁴¹ ; virium item filii alii, qui ad divinum robur sese firmaverint. Cum igitur ut Patrem Deum in oratione dicamus, Dominus nos docet, nihil mihi facere aliud videtur, quam sublimem et altam instituire atque praescribere vitam ; non enim utique mentiri nos veritas docet, ut dicamus nos esse, quod non sumus, et appellemus nos eo nomine, quod natura nobis attributum non sit, sed ut dum incorruptum, et justum, et bonum Patrem nostrum dicimus, vite integritate propinquitatem referamus, eamque veram esse ostendamus. Vides quanto nobis opus sit apparatu ? quali vita ? quanto ac quali studio, ut ad eum modum fiducia erecta tandem conscientia nostra ad Deum dicere audeamus, *Pater* ? Nam si pecunias spectes, si circa

³⁶ II Cor. vi, 14. ³⁷ Matth. vii, 18. ³⁸ Joan. vi, 41. ³⁹ Ephes. ii, 3. ⁴⁰ Joan. xvii, 12. ⁴¹ Ephes. v, 8.

sæculares vitæ fraudes occipatus sis, aut ex hominibus gloriam quæras; si vitiosis cupiditatibus servias, deinde ejusmodi orationem in ore habeas, quid dicturum esse putas eum, qui vitam tuam intuetur, et orationem intelligit? Nam ego quidem ejusmodi quædam, quasi Deo ad talem dicente, mihi verba videor audire: Patrem vocas qui vita corruptus es, eum qui incorruptibilitatis et integritatis Pater est? Cur sordida tua voce contaminas nomen incorruptum? cur falso tibi verbum hoc usurpas? Cur naturam impollutam dedecoras? si filius meus esses, meis bonis prorsus etiam tuam vitam insignem esse oportebat; non agnosco naturæ meæ imaginem in te; adversariorum sunt ista insignia: quæ societas luci cum tenebris? quæ vitæ et mortis cognatio est? quæ necessitudo natura puro cum impuro intercedit? multum interest inter benefactorem et raptorem. Insociabilis inter misericordem et immitem contrarietas intercedit: alius est pater vitiorum, quæ in te sunt; nam mea soboles paternis bonis decoratur, filius misericordis misericors; integri et puri, integer et purus est; corruptus alienus est ab incorrupto; et ut summam dicam, ex bono bonus, et ex justo justus editur; vos autem non novi, unde sitis. Quocirca priusquam aliquis vita expiatus et expurgatus sit, periculosum est in hac oratione audacem esse, et Patrem suum Deum nominare.

Verum audiamus rursus verba orationis, si quo modo forte crebriore repetitione, rerum occultarum sententia a nobis animadverti atque cognosci possit. *Pater noster, qui es in cælis.* Enimvero quod vita cum virtute conjuncta Deus conciliandus sit, mediocriter a nobis per ea, quæ supra dicta sunt, ostensum est. Sed videntur mihi hæc verba etiam profundiorum quamdam sententiam designare; hæc enim et patriæ, ex qua excidimus, et cognationis quam amissimus, recordationem nobis iugenerant. Etenim in illa narratione, quam de adolescente exponit, qui sedem patriam reliquerat, et ad porcine vitam transierat, historicorum more abitionem ejus et luxum narrando, miseriam humanam Verbum ostendit; non autem prius eum ad pristinam felicitatem reducit, quam sensum præsentis calamitatis suscepisset, et ad sese reversus pœnitentiæ verba meditari cœpisset: hæc autem aliquo modo cum verbis orationis congruebant, dicebat enim illic: *Pater, peccavi in cælum, et coram te* ⁴²: non adjecturus confessioni peccatum in cælum, nisi persuasus sibi patriam esse cælum, quo relicto peccaverat: quapropter etiam ejusmodi confessionis meditatio aditu facilem ei patrem efficit, adeo ut etiam accurreret ad eum, et osculo collum appeteret (quod rationale jugum significat, per Evangelii traditionem homini, qui primum præcepti jugum exuerat, et legem custodem repudiaverat, per os injectum) atque etiam stola circumdaret eum, non alia, sed prima, qua per inobedientiam nudatus erat, simul atque interdicta gustasset, nudum sese conspicatus. Annulus item in digito per sculpturam palæ imaginis recuperationem significat. Munit autem etiam pedes calceamentis, ne nudo calcaneo capiti serpentis appro-

Α Πατέρα καλεῖς ὁ καταφθαρμένος τῷ βίῳ τὸν τῆς ἀφθορίας Πατέρα; Τί μολύνεις τῇ ῥυπαρᾷ σου φωνῇ τὸ ἀκήρατον ὄνομα; Τί καταψεύδῃ τοῦ ῥήματος; Τί καθυβρίζεις τὴν ἀμόλυτον φύσιν; Εἰ τέκνον ἦς σὺ ἐμὸν, ἐκ τῶν ἐμῶν ἀγαθῶν ἔδει πάντως καὶ τὸν σὸν βίον χαρακτηρίζεσθαι· οὐκ ἐπιγινώσκω τῆς ἐμῆς φύσεως ἐν σοὶ τὴν εἰκόνα· ἐκ τῶν ἐναντίων αἱ χαρακτηριστῆρες· τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; τίς ζωῆς καὶ θανάτου συγγένεια; τίς οἰκειότης τῷ καθαρῷ τὴν φύσιν πρὸς τὸ ἀκάθαρτον; Πολὺ τοῦ εὐεργέτου πρὸς τὸν πλεονέκτην τὸ μέσον. Ἄμικτος ἦ τοῦ ἐλεήμονος καὶ τοῦ ἀπηνοῦς ἐναντίωσις· ἄλλος πατήρ τῶν ἐν σοὶ κακῶν· τὰ γὰρ ἐμὰ γεννήματα τοῖς πατέροισι ἀγαθοῖς καλλωπίζεται, τέκνον τοῦ ἐλεήμονος ὁ ἐλεῆμων, καὶ τοῦ καθαρῷ ὁ καθαρὸς, ὁ φθόρος ἀλλότριος τοῦ ἀφθάρτου· καὶ τὸ ὄλον, ἐξ ἀγαθοῦ ἀγαθὸς, καὶ ἐκ δικαίου δικαίος. Ὑμᾶς δὲ οὐκ οἶδα πῶθεν ἐστέ. Οὐκοῦν ἐπικινδύον πρὶν καθαρῶθῃαι τῷ βίῳ τῆς προσευχῆς ταύτης κατατολμηθεῖν, καὶ Πατέρα ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν ὀνομάσαι.

Β

Αλλὰ ἀκούσωμεν τῶν τῆς προσευχῆς ῥημάτων πάλιν, εἴ τις ἄρα γένοιτο ἡμῖν τῶν κρυφίων τοῦ νοῦ κατανόησις διὰ τῆς συνεχεστεράς ἐπαναλήψεως. *Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Ὅτι μὲν οὖν χρῆ τῷ κατ' ἀρετὴν βίῳ τὸν Θεὸν οικειώσασθαι, μετρίως ἡμῖν διὰ τῶν προλαβόντων ἐξήτασται λόγων. Δοκεῖ δὲ μοι καὶ βαυτεράν τινὰ διάνοιαν ὑποσημαίνειν ὁ λόγος· ταῦτα γὰρ ὑπόμνησιν ἡμῖν ἐμποιεῖ τῆς τε πατρὶδος ἧς ἐκπεπώκαμεν, καὶ τῆς εὐγενείας, ἧς ἀπεβλήθημεν. Καὶ γὰρ ἐν τῷ κατὰ τὸν νέον διηγήματι, πρὶν ἀποστάντα τῆς πατρὸς ἐστίας, καὶ πρὸς τὸν χοιρώδη βίον αὐτομολήσαντα, τὴν ἀνθρωπίνην ἀθλιότητα δεῖκνυσιν ὁ Λόγος ιστορικῶς διηγούμενος τὴν ἀποφοίτησιν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀσωτίαν· οὐ πρότερον δὲ αὐτὸν ἐπανάγει πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς εὐκληρίαν, πρὶν αἴσθησιν αὐτὸν τῆς παρούσης ἀναλαβεῖν συμφορᾶς, εἰς ἑαυτὸν ἐλθεῖν, καὶ μελετῆσαι τὰ τῆς μεταμελείας ῥήματα. Ταῦτα δὲ ἦν συμβαίνοντά πως τοῖς τῆς προσευχῆς λόγοις· ἔφησε γὰρ ἐκεῖ· *Πάτερ, ἡμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου· οὐκ ἂν προσθεις τῇ ἐξομολογήσει τὴν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀμαρτίαν, μὴ πεπεισμένως πατρίδα εἶναι τὸν οὐρανὸν, ὃν καταλιπὼν ἐπλημμέλησες· διὰ τοῦτο καὶ εὐπρόσιτον αὐτῷ τὸν πατέρα ἡ μελέτη τῆς τοιαύτης ἐξομολογήσεως ἀπεργάζεσθαι, ὥστε καὶ προσδραμεῖν αὐτῷ, καὶ φιλήματι τὸν τράχηλον δεξιώσασθαι (ὅπερ σημαίνει τὸν λογικὸν ζυγόν, τὸν διὰ στόματος ἐπιβληθέντα τῷ ἀνθρώπῳ διὰ τῆς εὐαγγελικῆς παραδόσεως, τῷ ἐκδύνει τὴν πρώτην τῆς ἐντολῆς ζεύγην, καὶ ἀποσεισαμένῳ τὸν φυλάσσοντα νόμον), περιβεῖναι δὲ αὐτῷ καὶ τὴν στολὴν, οὐκ ἄλλην, ἀλλὰ τὴν πρώτην, ἧς ἐγυμνώθη διὰ τῆς παρακοῆς, ὁμοῦ τῇ γεύσει τῶν ἀπειρημένων γυμνῶν ἑαυτὸν θεασάμενος. Ὁ τε περὶ τὴν χεῖρσ δακτύλιος, διὰ τῆς ἐν τῇ σφραγίδι γλυφῆς τὴν τῆς*

⁴² Luc. xv, 21. ⁴³ Gen. iii, 10.

εἰκὸς ἐπανάλγψιν ὑποσημαίνει. Ἀσφαλίζεται δὲ **A** καὶ τοὺς πόδας τοῖς ὑποδήματιν, ὡς ἂν μὴ γυμνῇ τῇ πτέρνῃ, τῇ κεφαλῇ τοῦ ὄψεως προσεγγίζων, ἐμπίπτῃ τῷ δῆγματι. Ὡς περ τοίνυν ἐκεῖ τῆς παρὰ τοῦ πατρὸς φιλανθρωπίας αἰτία γέγονε τῷ νέφῃ ἢ πρὸς τὴν πατρίαν ἐστίαν ἐπιστροφή (αὕτη δὲ ἐστὶν ὁ οὐρανὸς εἰς ὃν πεπλημμεληθέναι τῷ πατρὶ λέγει), οὕτω καὶ ἐναυθῶ δοκεῖ μοι διδάσκων ὁ Κύριος τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐπικαλεῖσθαι Πατέρα, μνήμην σοι ποιῆσαι τῆς ἀγαθῆς πατριδος, ὡς ἂν ἐπιθυμία σφοδρότεραν τῶν καλῶν ἐμποιήσας, ἐπιστήσειέ σε τῇ ὁδῷ τῇ πρὸς τὴν πατρίδα πάλιν ἐπαναγοῦσῃ. Ὅθως δὲ ἡ πρὸς τὸν οὐρανὸν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἀνάγουσα, οὐδεμία τις ἐστὶν ἄλλη, εἰ μὴ φυγὴ καὶ ἀπόστασις τῶν περιγεῖων κακῶν· τῆς δὲ φυγῆς τῶν κακῶν ἐπίνοια, οὐκ ἄλλη μοί τις εἶναι δοκεῖ, πλην **B** τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ὁμοιώσεως. Τὸ δὲ ὁμοιωθῆναι Θεῷ, τὸ δικαίον τε καὶ ὅσιον καὶ ἀγαθόν, καὶ τὰ τοιαῦτά ἐστι γενέσθαι. Ὡν εἴ τις, ὡς ἔστι δυνατόν, τοὺς χαρακτῆρας ἐναργῶς ἐν ἑαυτῷ τυπώσειεν, ἀμογητὶ κατὰ τὸ αὐτόματον πρὸς τὸν οὐράνιον χώρον ἀπὸ τοῦ περιγεῖου μεταστήσεται βίου. Οὐ γὰρ τοπικῇ τοῦ Θείου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον ἐστὶν ἡ διάστασις, ὥστε τινὲς μηχανῆς τε ἡμῖν καὶ ἔπινοίας γενέσθαι χρειαί, τὸ βαρὺ τε καὶ ἐμβριθὲς καὶ γεῶδες τοῦτο σαρκίον πρὸς τὴν ἀσώματόν τε καὶ νοερὰν διαγωγὴν μετοικίξειν· ἀλλὰ νοητῶς τῆς ἀρετῆς τοῦ κακοῦ κωχρισμένης, ἐν μόνῃ τῇ προαιρέσει τοῦ ἀνθρώπου κεῖται, πρὸς ὅπερ ἂν ἐπικλιθεῖ τῇ ἐπιθυμίᾳ, ἐν ἐκείνῃ εἶναι. Ἐπεὶ οὖν οὐδεὶς ἔπεται πόνος ἐλέσθαι **C** τὸ ἀγαθόν (τῷ δὲ ἐλέσθαι καὶ τὸ τυχεῖν ἔπεται ὧν τις προσίλετο), ἔξεστί σοι εὐθύς ἐν τῷ οὐρανῷ εἶναι, τὸν Θεὸν ἐν τῇ διανοίᾳ λαβόντι. Εἰ γὰρ, καθὼς φησὶν ὁ Ἐκκλησιαστής, Ὁ Θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ, σὺ δὲ τῷ Θεῷ, κατὰ τὸν Προφήτην προσεκολλήθῃς· ἀνάγκη πᾶσα τὸν τῷ Θεῷ συνημμένον ἐκεῖ εἶναι ὅπου ἐστὶν ὁ Θεός. Προστάξας τοίνυν ἐν τῇ προσευχῇ λέγου πρὸς ἑαυτοῦ τὸν Θεόν, οὐδὲν ἕτερον, ἢ ὁμοιωθῆναι σε τῇ θεοσπεπῆ πολιτείᾳ τῷ οὐρανίῳ κελεύει Πατρί, καθόπερ καὶ φανερώτερον ἐτέρωθι τὸ τοιοῦτον παρεγγυᾷ, λέγων· *Γίνεσθε τέλειοι, ὡς καὶ ὁ Πατὴρ ἡμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστιν.*

Εἰ οὖν νενοήκαμεν τῆς τοιαύτης προσευχῆς τὴν δianoian, καιρὸς ἂν εἴη παρασκευάζειν ἑαυτῶν τὰς **D** ψυχὰς, ὥστε ποτὲ θαρσῆσαι τὰς φωνὰς ταύτας ἀναλαβεῖν διὰ στόματος, καὶ εἰπεῖν ἐν παρρησίᾳ· *Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Ὡς περ γὰρ φανερὰ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ὁμοιώτητός ἐστι τὰ γνωρίσματα, δι' ὧν ἐστὶ τέκνον Θεοῦ γενέσθαι τινὰ ("Ὅσοι γὰρ ἔλαβον αὐτὸν, φησὶν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι" λαμβάνει δὲ τις ἐν ἑαυτῷ τὸν Θεόν, ὁ τὴν κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἀναλαβὼν τελειότητα)· οὕτως ἔστι τινὰ καὶ τοῦ πονηροῦ χαρακτῆρος ἴδια σημεῖα, ἐν οἷς ὁ γενόμενος, υἱὸς Θεοῦ εἶναι οὐ δύναται, τῆς ἐναντίας φύσεως τὴν εἰκόνα φέρων. Βούλει γινῶναι τοῦ πονηροῦ χαρακτῆρος τὰ ἰδιώματα; Ὁ φθόνος, τὸ μῖσος, ἡ διαβολή, ὁ τῦφος, ἡ πλεονεξία, ἡ ἐμπαθῆς

pinquans, incidat in morsum. Quemadmodum igitur illic reversio ad patriam sedem paternae humanitatis adolescenti causa existit (patria autem sedes erat caelum, in quod se peccasse ad patrem dicit) : ita etiam hic mihi Dominus, dum caelestem Patrem invocandum esse docet, bonam illam patriam in memoriam redigere tibi videtur, ut vehementiori honorum injecto desiderio sistat te rursus in via ad patriam reducenti. Via autem quae naturam humanam ad caelum subdeicit, nulla est aliam, nisi fuga et vitatio vitiorum terrenorum. Porro fugae vitiorum ratio mihi non alia iniri posse videtur, quam si Dei similes evadamus. Deo autem similem fieri, est justum pariter ac sanctum, bonum, et ejusmodi virtutibus praeditum fieri: quarum virtutum, si quis, quoad ejus fieri potest, insignia manifesta in sese impresserit, sine labore, nulloque negotio per se suaque sponte a terrena vita ad caelestem locum transferetur. Non enim loci intervallo numen divinum ab humano genere distat, ut aliqua machina nobis atque excogitato artificio sit opus, quo haec gravis, ponderosa atque terrena earumcula ad incorpoream pariter et intellectualem habitationem traducatur; sed virtute a vitio, prout intelligentia percipi datur, separata, in solo animi humani proposito situm est, ut quocumque cupiditate inclinatulus sit, in eo versetur. Quoniam igitur nullus labor sumendo atque eligendo bono subest, atque electionem etiam adeptio successusque prosper sequitur eorum, quae sibi quisque sumpsit et elegit: licet tibi statim esse in caelo, ubi Deum in mente sumpseris. Nam si, ut Ecclesiastes inquit, *Deus in caelo est*⁴³: tu vero Deo, secundum Prophetam, quasi agglutinatus es et adhaeres⁴⁴; omnino necesse est, ut Deo conjunctus illic sit, ubi Deus est. Cum igitur praeeperit, ut in oratione Deum Patrem tunc dicas, non alium, quam per divinum vite institutum te caelesti Patri similem fieri jubet, quemadmodum etiam alibi apertius id mandat, dicens: *Sitis perfecti, sicut etiam Pater vester caelestis perfectus est*⁴⁵.

Si igitur intelleximus ejusmodi orationis sententiam, tempus fuerit animos nostros praeparandi, ut aliquando audeamus has voces sumere in os, ac dicere cum fiducia, *Pater noster, qui es in caelis.* Quemadmodum enim similitudinis cum Deo manifesta sunt indicia, per quae filius Dei fieri quis potest (*Quotquot enim receperunt eum*, inquit, *dedit eis potestatem, ut filii Dei fierent*⁴⁷: recipit autem aliquis in sese Deum, qui boni perfectionem recepit): ita etiam improbi simulacri sua quaedam sunt signa, quibus insignitus esse filius Dei non potest utpote contrariae naturae imaginem gerens. Vis cognoscere improbi simulacri proprias notas? invidia, odium, calumnia, superbia, avaritia, vitiosa cupiditas, insani gloriae studii morbus: haec et

⁴³ Eccl. v, 1. ⁴⁴ Psal. LXXII, 28. ⁴⁵ Matth. v, 48. ⁴⁷ Joan. i, 12.

σαρκὶς ζωῆ τὸ καθήκον τῆς ηλικίας μέτρον τὴν τῆς Α γεννησαμένης ὑποταγῆν ἀποσεύεται· τίνα χώραν ἔχει ὑποταγῆ ἐν τῇ τοῦ δεσπόζοντος * ἐν τῇ δυναστείᾳ αὐτοῦ τοῦ αἰῶνος, οὐκ ἂν τις εἶπειν ἔχει. Ἴδιον γὰρ τῆς θείας καὶ μακαρίας ἐστὶ ζωῆς, τὸ πάντοτε ἐν τῷ αὐτῷ διαμένειν, καὶ τὴν ἐξ ἀλλοιώσεως μεταβολὴν μὴ προσίστασθαι. Ἐπεὶ οὖν ὁ ἐν ἀρχῇ ὢν λόγος ὁ μονογενὴς Θεὸς ἀλλότριός ἐστι παρακοπῆς πάτης καὶ ἀλλοιώσεως, πῶς ὁ νῦν οὐκ ἐστὶ μετὰ ταῦτα γίνεται; Οὐ γὰρ ὡς ἀεὶ ὑποταταγμένου τοῦ Υἱοῦ φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἀλλ' ὡς πρὸς τῷ τέλει τῆς τοῦ παντός συμπληρώσεως μέλλοντος ὑποτάσσεται· καίτοι εἰ καλὸν ἢ ὑποταγῆ, καὶ ἄξιον περὶ Θεοῦ λέγεσθαι, πῶς νῦν ἀπέστη τοῦ Θεοῦ τὸ καλὸν; Ἐπίσης γὰρ πάντως ἀμφοτέροις καλὸν, τῷ τε ὑποτασσόμενῳ Υἱῷ, καὶ τῷ τῆν ὑποταγῆν τοῦ Υἱοῦ δεχομένῳ Πατρί. Β Αἰεὶ τοίνυν ἐν τῷ παρόντι καὶ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τὸ τοιοῦτον καλὸν, καὶ ὁ μὴ ἔσχεν πρὸ τῶν αἰῶνων μήτε ὁ Πατήρ, μήτε ὁ Υἱός, τοῦτο ἐπὶ συμπληρώσει τῶν χρόνων καὶ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ προσγενήσεται, τοῦ μὲν ὑπομένουτος τὴν ὑποταγῆν, τοῦ δὲ προσθήκειν σινὰ καὶ ἐπαύξηναι τῆς ἑαυτοῦ δόξης διὰ τοῦτο λαμβάνοντος, ἦν ἐν τῷ παρόντι τέως οὐκ ἔχει. Πού τοίνυν ἐν τοῦτῳ τὸ ἀναλλοίωτον; Τὸ γὰρ μετὰ ταῦτα τι γινόμενον, νῦν δὲ μὴ ὂν, ἴδιον τῆς τραπεῆς ἐστὶ φύσεως. Εἴτε οὖν καλὸν ἢ ὑποταγῆ, καὶ νῦν εἶναι προσήκει πιστεύειν τῷ Θεῷ τὸ καλὸν· εἴτε ἀνάξιον ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὸ τοιοῦτον, οὔτε νῦν, οὔτε ἄλλοτε. Ἀλλὰ μήν φησιν ὁ Ἀπόστολος τότε ὑποταγήσεται τὸν Υἱόν, οὐχὶ νῦν ὑποταγῆται. Γ

* Ἄρα πρὸς ἄλλον τινὰ σκοπὸν βλέπει ὁ λόγος, καὶ πῶς τῆς τῶν αἰρετικῶν κανονίας ἐστὶ τὸ τοῦ ὀνόματος σημαίνον; Τίς οὖν ὁ λόγος; Τάχα διὰ τῆς συμφορᾶσεως τῶν τῷ μέρει τοῦτῳ συγγεγραμμένων μάλλον ἂν τις κατῴδι τὸ νόημα. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνομιεστικὸν πρὸς τοὺς Κορινθίους ἐνεστήσατο λόγος, οἱ τὴν μὲν εἰς τὸν Κύριον παρεδέξαντο πίστιν, τὸ δὲ τῆς ἀναστάσεως τῶν ἀνθρώπων ὄγκμα μῦθον ᾤθησαν λέγοντες· Ἦως ἐγείρονται οἱ νεκροί; Καὶ ποίῳ σώματι ἔρχονται; οἷς πολυτρόπως καὶ πολυειδῶς μετὰ τὸν θάνατον εἰς ἀφανισμὸν περιήλθε τὰ σώματα, ἢ διὰ σφύσεως τῶν σαρκωθῶρων, ἐρπετῶν, νηχτῶν, πετεινῶν, τετραπόδων ἀναλωθέντα; διὰ τοῦτο πολλοὺς αὐτοῖς παρέθετο λογισμούς, παίθων μὴ τῇ ἑαυτῶν δυνάμει τὴν τοῦ Θεοῦ παρισάξιν, Δ

μήθ' ὅσον ἀνθρώποι ἀμήχανον, καὶ ἐπὶ Θεοῦ τὸ ἔσον ἔσθαι, ἀλλ' ἐκ τῶν γνωρίμων ἡμῶν ὑποδειγμάτων τὸ μεγαλεῖον τῆς θείας ἐξουσίας ἀναλογίεσθαι· καὶ οὕτω προτιθῆσιν αὐτοῖς τὴν περὶ τὰ σώματα τῶν σπερμάτων θαυματουργίαν τῶν ἀεὶ καινοτομουμένων ὑπὸ τῆς θείας δυνάμεως, καὶ ὡς οὐκ ἠτόνησεν ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία μυρία σωμάτων εἶδη κατὰ τὸ πᾶν ἐξευρεῖν, λογικῶν, ἀλόγων, ἐναερίων, χερσαίων, καὶ τῶν κατ' οὐρανὸν ἡμῶν προσφερομένων, τοῦ τε ἡ ἰοῦ καὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων, ὧν ἕκαστον θεία δυνάμει γινόμενον, τοῦ καὶ κατὰ τὴν ἀνάστασιν μὴ ἂν ἀπορήσει τὸν Θεὸν ἡμετέρων σωμάτων ἡμῶς *

in vita quæ est in carne, justus et competens etatis modus genitricis excutit subjectionem, quem locum habeat subjectio in vita illius, qui in virtute sua sæculo dominatur, nemo dicere possit. Proprium est ac peculiare divinæ atque beate vitæ, in eodem semper manere, nec admittere mutationem quæ fit ex alteratione. Cum ergo quod erat in principio Verbum unigenitus Dei Filius alienus ab omni profectu et alteratione sit, quemadmodum fiet postea quod non est nunc? Non enim hoc dicit Apostolus, quod Filius semper sit subjectus, sed quod in fine consummationis universitatis subjectus sit futurus. Atqui si bonum est subjectio, et res digna quæ de Deo dicatur, quomodo illud a Deo nunc abest bonum? Est enim ex æquo bonum ambobus, et Filio qui subjicitur, et Patri qui Filii suscipit subjectionem. Deest ergo in presentia et Patri et Filio tale bonum, et quod non habebat ante sæcula neque Pater, neque Filius, hoc in temporum complemento aderit et Patri et Filio, hoc quidem subeunte subjectionem, illo autem sua gloria per hoc accipiente accessionem et incrementum, quod non habet in presentia. Ubi ergo in eo est, non esse alterabile? nam quod fit postea, nunc autem non est, proprium mutabilis naturæ. Si ergo bonum est subjectio, nunc quoque quod bonum est, Deo esse credendum est. Sin autem hoc indignum est quod de Deo dicatur, neque nunc est, neque unquam alias. Atqui dicit Apostolus Filium Deo et Patri tunc esse subjiciendum, non nunc esse subjectum.

Num ergo ad aliquem alium scopum aspiciet Apostolus, et a perversa hereticorum intelligentia remotum est significatum nominis? Quenam est ergo ratio? Fortasse si simul dicantur quæ in hac parte simul scripta sunt, sensus magis perspicui poterit. Quoniam enim adversus Corinthios objurgatorium et contentiosum sermonem instituerat, qui fidem quidem in Dominum susceperant, de resurrectione autem hominum doctrinam censebant esse fabulam, dicentes: *Quomodo excitantur mortui? quali reniunt corpore* ⁹, quibus multifariam multisque modis corpora post mortem deleta sunt et interierunt, aut per putredinem, aut per carnem vorantia, reptilia, natatilia, volueria, et quatuor pedes habentia animalia consumpta sint? propterea eis multas attulit rationes, ut nec suæ potentia potentiam Dei assimilarent, nec quod ab homine nulla ratione fieri potest, id nec a Deo similiter fieri posse existimarent, sed ex nobis notis exemplis Dei potestatis reputarent magnitudinem: et ita eis adducit admirabilem seminum in corpora operationem, quæ semper a divina renovantur potestate, et quod divinæ sapientiæ non deficit potestas inveniendi in universitate innumerabilia corporum genera, ratione præditorum, brutorum, aëreorum, terrestrium, et eorum quæ a nobis cernuntur in cælis, nempe solis et materarum stellarum, quorum

unumquodque divina ortum virtute, est evidens argumentum in corporum nostrorum resurrectione modum ac rationem Deo minime defuturam. Nam si quaecunque sunt, non ex aliqua subjecta materia ad eam formam qua conspiciuntur, traducta sunt; sed divina voluntas fuit materia et essentia rerum ab opifice creaturarum: multo magis fieri potest, ut quod jam est, rursus in propriam figuram reducat, quam ut quod non erat a principio, ad substantiam veniat et essentiam. Cum ergo in iis que ipsis prius dixerat, ostendisset, quod primo homine in terram per peccata resolutio, et propterea terrestri nominato, consequens esset, ut non secus atque ille, ii quoque fierent qui ex illo duxerant originem, ut qui omnes ex eo toti essent terrestres et mortales: necessario subjunxit etiam secundam consequentiam, per quam homo rursus ex mortali reformatur ad immortalitatem, simili modo dicens, in natura bonum fuisse ingeneratum ex uno in omnes diffusum, sicut et malum diffusum fuit per unum, simul cum successione posterorum dilatatum. Usus est autem his verbis, de hac re dogma confirmans. *Primus, inquit, homo ex terra terrenus, secundus autem e caelo. Qualis terrenus, tales et terreni. Et qualis celestis, tales et caelestes. Et sicut per rivum imaginem terreni, ita portemus etiam imaginem celestis.* Cum his ergo et similibus rationibus confirmasset resurrectionem, et per alia multa haereticos syllogismis et collectis rationibus quasi illaqueasset, in quibus ostendebat eum qui non credit mortuorum resurrectionem, ne Christi quidem admittere resurrectionem, per connexorum mutuum inter se invicem connexionem, inevitabilem molitur conclusionem, sic dicens: *Si non est resurrectio mortuorum, nec Christus resurrexit. Si Christus autem non resurrexit, inanis est etiam nostra in ipsum fides.* Nam si vera est propositio, quod Christus surrexit a mortuis, oportet etiam omnino hoc connexum esse verum, nempe mortuorum esse resurrectionem. Per singularem enim demonstrationem id quoque quod est universe, simul demonstratur. Et contra, si quis universe falsum esse dicat, mortuorum esse resurrectionem, nec quod est in singulari omnino verum invenietur, nempe Christum surrexisse a mortuis. Nam si universe fieri non potest, nec alieni omnino potest fieri. Atqui iis qui Verbum susceperunt, hoc est credibile, de quo nulla est penitus controversia, quod Christus resurrexit a mortuis: necessario ergo in singulari fide resurrectionis Christi, credibilis quoque erit fides que est universe. Cum ergo eos ad dogma suscipiendum sic coegisset syllogistica, ex eo quod dixerit, Si non est (nam id quod universe non est, ne in aliquo quidem esse potest, si enim autem credimus resurrexisse, ejus rei fides probat universam hominum resurrectionem), cumque illi orationi, qua hujus dogmatis universa concluditur confirmatio, hoc adjecisset, quod sicut in Adam omnes moriuntur, ita etiam in Christo omnes vi-

Α ἀπόδειξις γίνεται. Εἰ γὰρ τὰ ὄντα πάντα οὐκ ἔκ τινος ὑποκειμένης ὕλης πρὸς τὸ φαινόμενον μετασκευάσθη, ἀλλὰ τὸ θεῖον θέλημα ὕλη καὶ οὐσία τῶν δημιουργημάτων ἐγένετο· πολὺ μᾶλλον δυνατόν εἶναι κατασκευάζειν τὸ ἦδη ὄν εἰς τὸ ἴδιον σχῆμα πάλιν ἐπαναχθῆναι, ἢ τὸ ἐξ ἀρχῆς μὴ ὄν εἰς ὑπόστασιν τε καὶ οὐσίαν ἔλθειν. Δείξας τοίνυν ἐν τοῖς πρὸς αὐτοὺς λόγοις, ὅτι τοῦ πρώτου ἀνθρώπου εἰς γῆν διὰ τῆς ἀμαρτίας ἀναλυθέντος, καὶ διὰ τοῦτο χροῖκου κληθέντος, ἀκόλουθον ἦν κατ' ἐκείνον καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνου γενέσθαι πάντας χροῖκούς καὶ θνητούς τοὺς ἐκ τοῦ τοιοῦτου φύντας, ἀναγκαίως ἐπήγαγεν καὶ τὴν δευτέραν ἀκολουσίαν. δι' ἧς ἀναστοιχεῖται πάλιν ἐκ τοῦ θνητοῦ πρὸς ἀθανάσιον ὁ ἀνθρώπος, ὁμοιοτρόπως λέγων, τὸ ἀγαθὸν ἐγγεγενῆσθαι τῇ φύσει ἐξ ἐνός εἰς πάντας χροῖκον, ὡσπερ καὶ τὸ κακὸν δι' ἐνός εἰς πλῆθος ἐχέθη, τῇ διαδοχῇ τῶν ἐπιγινομένων. Τούτοις δὲ κέχρηται τοῖς ῥήμασι, τὸ περὶ τοῦτου δόγμα κατασκευάζων. Ὁ πρῶτος, φησὶν, ἀνθρώπος ἐκ γῆς χροῖκος, ὁ δεῦτερος ἐξ οὐρανοῦ. Ὅσος ὁ χροῖκος, τοιοῦτοι καὶ οἱ χροῖκοι· καὶ ὅσος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι. Καὶ καθὼς ἐφερέσωμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χροῖκου, οὕτω φερέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουράνιου. Τούτοις τοίνυν καὶ τοῖς τοιοῦτοις λογισμοῖς κρατύνας τὴν περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγον, καὶ διὰ πολλῶν ἐτέρων τοὺς αἱρετικούς τοῖς συλλογισμοῖς συμποδίσας, ἐν οἷς ἀπειδίκνυσεν τὴν ἀπιστοῦντα τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀναστάσει, μηδὲ τῷ Χριστῷ προσδέχεσθαι τὴν ἀνάστασιν, διὰ τῆς τῶν συνημμένων ἀλλήλοις πλοκῆς κατασκευάσας τὸ ἐν τοῖς συμπεράσμασιν ἀφυκτον λέγων, ὅτι *Εἰ ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται. Εἰ δὲ ὁ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, ματαία καὶ ἡ εἰς αὐτὸν πίστις ἐστίν.* Τῆς γὰρ προτάσεως ἀληθοῦς οὐσης, ὅτι Χριστὸς ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, καὶ τὸ συνημμένον τούτῳ πάντως ἀληθὲς εἶναι χρὴ, τὸ νεκρῶν εἶναι ἀνάστασιν. Τῇ γὰρ μερικῇ ἀποδείξει καὶ τὸ καθόλου συναποδείκνυται. Καὶ τὸ ἔμπαιον εἶ τι τὸ καθόλου ψεῦδος εἶναι λέγει, τὸ νεκρῶν εἶναι ἀνάστασιν, οὐδὲ τὸ ἐπὶ μέρους πάντως ἀληθὲς εὐρεθήσεται, τὸ τὸν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἐγγεῆρθαι. Τὸ γὰρ καθόλου ἀδύνατον οὐδὲ τι δυνατόν ἔσται πάντως. Ἀλλὰ μὲν τοῦτο τοῖς παραδεξαμένοις τὸν λόγον πιστὸν ἐστὶ καὶ ἀναντιβῆτον, ὅτι Χριστὸς ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν, ἀναγκαίως ἐν τῇ μερικῇ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ πίστι καὶ ἡ καθόλου τὸ πιστὸν ἔξει. Οὕτω τοίνυν αὐτοὺς συλλογιστικῶς πρὸς τὴν παραδοχὴν τοῦ δόγματος συναναγκάσας, ἐκ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι *Εἰ μὴ ἔστιν ἡ τὸ γὰρ καθόλου μὴ ὄν, οὐδὲ ἐν τινι δυνατόν εἶναι· εἰ δὲ τοῦτον ἐγγεῆρθαι πιστεύομεν, τῆς καθόλου τῶν ἀνθρώπων ἀναστάσεως ἡ περὶ τοῦτου πίσις ἀπόδειξις γίνεται,* καὶ προσθεὶς ἐκείνου τῷ λόγῳ, ἦ πᾶσα ἡ περὶ τοῦ δόγματος τοῦτου κατασκευὴ συμπεραίνεται, τὸ, ὡσπερ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτως καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται· σαφῶς ἐκκαλύπτει τὸ περὶ τοῦτου μυστήριον, πρὸς ὃ τι βλέπει ἐν τοῖς ἐφεξῆς, διὰ τινος ἀναγκαίως ἀκολουθίας πρὸς τὸ πέρας τῶν ἐπιζυγμένων διευθύνων τὸν λόγον.

vificabuntur: aperte de ea re revelat mysterium, quo spectet in iis quae consequuntur, per necessarium quamdam consequentiam ad finem eorum, quae sperantur, dirigens orationem.

Ὁ δὲ σκοπὸς τῶν γινομένων οὕτως ἐστίν. Ἐκθῆ- A
σομαι δὲ πρότερον τῇ ἑμαυτοῦ λέξει τὴν διάνοιαν
τῶν γεγραμμένων· εἶθ' οὕτω προσθήσω τοῦ Ἀπο-
στόλου τὴν λόγον τὴν τῇ παρ' ἡμῶν προσεκτείστη
διανοίᾳ ἐφαρμοζόμενον. Τίς οὖν ὁ τοῦ λόγου ἐστὶ
σκοπὸς, ὃν δογματίζει ἐν ἐκείνῳ τῷ μέρει ὁ θεὸς
Ἀπόστολος; Ὅτι ποτὲ πρὸς τὸ μὴ ὂν ἢ τοῦ κακοῦ
φύσις μεταχωρήσει, παντελῶς ἐξαφανισθεῖσα τοῦ
ἔντος, καὶ πᾶσαν λογικὴν φύσιν ἢ θεία τε καὶ ἀκή-
ρατος ἀγαθότης ἐν ἑαυτῇ περιέξει, μηδενὸς τῶν παρὰ
τοῦ Θεοῦ γεγονότων τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ ἀποπί-
πτοντος, ὅταν πάσης τῆς ἐμμιχθείσης τοῖς οὖσι κα-
κίας οἷον τινος ὕλης κιβδόλου, διὰ τῆς τοῦ καθαρ-
οῦ πυρὸς χωνείας ἀναλυθείσης, τοιοῦτον γένηται
πᾶν ὃ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἔσχε τὴν γένεσιν, οἷον ἐξ ἀρχῆς
ἦν, ὅτε οὕτω τὴν κακίαν ἐδέξατο. Τοῦτο δὲ γίνεσθαι
λέγει οὕτως· Ἐγένετο, φησὶν, ἐν τῇ θνητῇ τε καὶ
ἐπικήρῳ τῶν ἀνθρώπων φύσει ἡ καθαρὰ καὶ ἀκήρα-
τος τοῦ Μονογενοῦς Θεότης. Ἐκ πάσης δὲ τῆς ἀπρω-
πίνης φύσεως, ἧ κατεμήθη τὸ θεῖον, οἷον ἀπαρχή
τις τοῦ κοινῷ φυχάματος ὁ κατὰ Χριστὸν ἀνθρώπος
ὑπέστη, δι' οὗ προσεφύη τῇ θεότητι πᾶν τὸ ἀνθρώπινον.
Ἐπειδὴ τοίνυν ἐν ἐκείνῳ πᾶσα κακίας φύσις ἐξηφα-
νίσθη, ὅς ἀμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, καθὼς φησὶν ὁ προ-
φήτης, *Θυδὲ εὐρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ*,
συνηφανίσθη δὲ μετὰ τῆς ἀμαρτίας ἐν τῷ αὐτῷ
καὶ ὁ ἐπακολουθῶν αὐτῇ θάνατος (οὐ γὰρ ἐστὶν ἄλλη
θανάτου γένεσις πλὴν ἀμαρτία)· ἀρχὴν ἔλαβεν ἀπ'
ἐκείνου ὃ τε τῆς κακίας ἀφανισμὸς, καὶ ἡ τοῦ θανά-
του κατάλυσις, εἶτα ὡσπερ τις τάξις ἐπετέθη διὰ
τινος ἀκολουθίας τῷ γινομένῳ. Τὸ γὰρ αἰεὶ κατὰ τὴν
τοῦ ἀγαθοῦ ὑπόθεσιν μᾶλλον ἀρεστῶς τοῦ πρώτου, ἢ
προσεχέστερον εὐρίσκόμενον, ὅπως ἂν ἀξίας τε καὶ
δυναμῶς ἕκαστον ἔχη, οὕτως ἐπακολουθεῖ προάγοντι.
Ὡστε μετὰ τὴν ἐν τῷ Χριστῷ ἀνθρώπον, ὅς ἐγένετο
ἀπαρχὴ τῆς φύσεως ἡμῶν δεξάμενος ἐν ἑαυτῷ τὴν
θεότητα, ὅς καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο,
καὶ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, λύσας τὰς ὀδύνας
τοῦ θανάτου· μετὰ τοῦτον τοίνυν τὸν ἀνθρώπον, τὸν
καθόλου τῆς ἀμαρτίας κεχωρισμένον, καὶ καταργή-
σαντα ἐν ἑαυτῷ τοῦ θανάτου τὸ κράτος, καὶ πᾶσαν
αὐτοῦ ἀρχὴν τε καὶ ἐξουσίαν καὶ δύναμιν καταλύ-
σαντα, εἴ τις κατὰ τὸν Παῦλον εὐρεθείη τὸν ὡς ἦν
δυνατὸν μιμητὴν τοῦ Χριστοῦ γινόμενον ἐν τῇ τοῦ
κακοῦ ἀλλοτριώσει, ὁ τοιοῦτος τῇ ἀπαρχῇ κατόπιν
ἀκολουθήσει ἐν τῷ τῆς παρουσίας καιρῷ. Καὶ πάλιν,
τοῦτο λέγω δὲ καθ' ὑπόθεσιν, ὁ Τιμόθεος, ἂν οὕτω
τύχη, ὁ καθὼς οἷός τε ἦν μιμησάμενος ἐν ἑαυτῷ τὸν
διδάσκαλον, ἢ τις τοιοῦτος ἕτερος, καὶ οὕτω καθεξῆς,
ὅσοι διὰ τῆς κατ' ὄλιγον τοῦ ἀγαθοῦ ὑπέσεως τῶν ἀεὶ
προλαμβάνοντων κατόπιν εὐρίσκονται, ἕως ἂν εἰς
ἐκείνους ἡ ἀκολουθία τῶν ἐπομένων φθάσῃ, ἐν οἷς τοῦ
κακοῦ πλεονάζοντος ἐλάττων ἢ τοῦ κρείττονος εὐρί-
σκειται μοῖρα· κατὰ τὴν αὐτῇ ἀναλογίαν παρὰ τῶν
ἐν κακίᾳ τῷ ἑλαττοῦ ἐγρότων τῆς ἀκολουθίας ἐπὶ τοῖς
προέχοντα ἐν τῷ κακῷ τὴν τάξιν τῶν πρὸς τὸ κρεῖτ-

Hic est autem scopus et institutum eorum quae
dicuntur. Exponam autem prius mea dictione sen-
sum eorum quae scripta sunt, et deinde addam
sermonem Apostoli convenientem sententiae a no-
bis prius expositae. Quisnam est ergo scopus verbi,
cujus in ea parte dogma tradit divinus Apostolus?
Quod aliquando ad nihilum transibit mali natura,
plene et perfecte deleta ex rerum essentia; divi-
naque et ab omni interitu aliena bonitas in se
continebit omnem naturam ratione praeditam, nullo
ex iis qui a Deo facti sunt excidente a regno Dei,
quando omni vitio quod rebus fuerat immistam
tanquam aliqua materia, per ignis purgatorii con-
sumpto fusionem, omne quod a Deo ortum ha-
buit, tale factum fuerit, quale erat ab initio,
quando nondum susceperat vitium. Hoc autem dicit
sic fieri: Fuit, inquit, in mortali et interitui obnoxia
hominum natura, pura et ab interitu aliena Unigeni-
ti divinitas. Ex omni autem humana natura, cui ad-
mista fuit divinitas, veluti primitiae communis con-
spersionis is qui in Christo est homo constitit, per
quem divinitati universa adnata et adjuncta fuit
humanitas. Quoniam ergo in illo deleta fuit universa
natura vitii, qui peccatum non fecit, sicut dicit pro-
pheta, *Nec inventus est dolus in ore ejus* ¹⁰, simul au-
tem cum peccato deleta quoque fuit quae ex eo erat
et ipsum sequebatur mors (non est enim mortis
alia generatio quam peccatum): ab illo accepit ini-
tium et vitii deletio, et mortis dissolutio, deinde ei
quod fiebat, per quamdam consequentiam, veluti
quidam ordo fuit adjectus. Quod enim per boni decre-
mentum semper longius recessit a primo, aut quod
invenimus propinquius, prout est uniuscujusque
dignitas et potestas, ita sequitur id quod praecedat.
Quamobrem post eum qui est in Christo hominem,
qui fuit primitiae nostrae naturae, suscepta in se di-
vinitate, qui fuit etiam primitiae eorum qui dormie-
runt, et primogenitus ex mortuis, solutis mortis
doloribus; post hunc ergo hominem qui fuit a pec-
cato omnino separatus, et vim mortis in se ipso
destruxit, et omne ejus imperium vimque et pos-
testatem fregit et abolevit, si quis inventus fuerit
sicut Paulus, qui Christi, quoad ejus fieri potuit,
fuit imitator, a malo se abalienando, is in tempore
adventus pone sequetur primitias. Et rursus, hoc
dico exempli causa, Timotheus, qui, quantum po-
tuit, doctorem suum est imitatus, aut aliquis alius
ejusmodi, et sic deinceps quicumque dum paulatim
boni remissio et diminutio fit, inveniuntur eos pone
sequi, qui semper praecoccupant et praecedunt, donec
subsequentium series ad illos pervenerit, in quibus
malo abundante invenitur minor pars ejus quod
est melius; eadem proportione ac convenientia ab
iis qui in vitio minus habent, consequentia, ad eos
qui in malo praecellunt faciente ordinem eorum, qui
in melius rediguntur, donec ad extremum finem

¹⁰ Isa. LIII, 9.

mali, boni progressus vitium abolendo pervenerit. Quod quidem est spei finis, ut bono nihil relinquatur contrarium, sed omnia permeans divina virtus, ex rebus omnino mortem deleat, ante eam prius sublato peccato, a quo, sicut dictum est, regnum habuit mors in homines. Omni ergo mala potestate et principatu in nobis dissoluto, nec ulla affectione naturæ nostræ amplius dominante, omnino necesse est, ut nullo alio dominatum tenente, omnia subjiciantur ei potestati quæ omnibus imperat. Dei autem subiectio est perfecta et omni ex parte absoluta a malo abalienatio. Quando ergo instar primitiarum omnes semoti fuerimus a vitio, tunc tota naturæ conspersio commista cum primitiis, et effecta unum continuum corpus, boni tantum in se suscipiet principatum; et sic universo corpore nostræ naturæ contemperato cum divina et ab interitu aliena natura, illa Filii quæ dicitur subiectio fit per nos, cum quæ in ejus corpore recte se gerit subiectio, ad eum referatur, qui gratiam subjectionis in nobis est operatus.

αὐτοῦ κατορθωθείσης ὑποταγῆς εἰς αὐτὸν ἀναφερομένης, τὸν ἐν ἡμῖν τὴν χάριν τῆς ὑποταγῆς ἐνεργήσαντα.

Hic est ergo sensus dogmatis a magno Paulo traditi, ut nos existimamus. Tempus est autem afferendi ipsa verba Pauli, quæ sic habent: *Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur. Unusquisque autem in suo ordine. Primitiæ Christus. Deinde qui sunt Christi in adventu ejus. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo et Patri, quando evacuaverit omnem potestatem et virtutem. Oportet enim cum regnare, donec posuerit omnes inimicos sub pedibus ejus. Postremus inimicus destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus ejus. Cum autem dicat quod omnia subjecerit, sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem ei subjecerit omnia, tunc ipse quoque subjiçietur ei qui ei subiecit omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.* Aperte enim in eo quod postremo dictum est, ipsis verbis ostendit, futurum ut non amplius consistat vitium, dicendo Deum esse in omnibus, ut qui cui-libet sit omnia. Est enim perspicuum, tunc verum futurum quod Deus sit in omnibus, quando nullum malum in rebus conspectum fuerit. Non est enim consentaneum ut Deus sit in malo. Quamobrem aut non erit in omnibus, quando in rebus aliquod malum fuerit reliquum, aut si vere eum in omnibus esse oportet credere, simul ostenditur eum ea, quam de ipso habemus, fide nullum esse malum. Non potest enim fieri ut Deus sit in malo. Deum autem omnia esse iis quæ sunt, ostendit eam quæ a nobis speratur, vitam esse simplicem et uniformem. Quod enim non amplius per multa et varia instar vite præsentis, quærenda et comparanda sit nostra vita, his verbis ostendit, quod Deus nobis sit omnia, quæ huic vitæ videntur necessaria, cum per quamdam analogiam ac convenientiam unumquodque sumatur ac percipiatur ad divinius adeo ut et Deus sit nobis cibus, ut Deum est co-

τον ἀναλύντων ποιούσης, ἕως ἂν ἐπὶ τὸ ἀκρῶτατον τοῦ κακοῦ πέρας ἢ τοῦ ἀγαθοῦ πρόσδος φθάσῃ, τὴν κακίαν ἐξαφανίζουσα. Ὅπερ δὴ τέλος τῆς ἐλπίδος ἐστίν, ὡς μηδὲν ὑπεραντίον τῶν ἀγαθῶν περιλειφθῆναι, ἀλλὰ διὰ πάντων τὴν θεῖαν ζωὴν διεξιθεύσαν, ἐξαφανίσει καθόλου ἐκ τῶν ὄντων τὸν θάνατον, προαναίρεθείσης αὐτοῦ τῆς ἀμαρτίας, ἀφ' ἧς, καθὼς εἰρηται, τὴν βασιλείαν κατὰ τῶν ἀνθρώπων ὁ θάνατος ἔσται. Πάσης τοίνυν πονηρίας ἐξουσίας τε καὶ ἀρχῆς ἐν ἡμῖν καταλυθείσης, καὶ μηκέτι μηδεὸς πάθους τῆς φύσεως ἡμῶν κυριεύοντος, ἀνάγκη πάντα μηδεὸς κατακρατοῦντος ἐτέρου, πάντα ὑποταγῆναι τῇ ἐπὶ πάντων ἀρχῇ. Θεοῦ δὲ ὑποταγῆ ἐστὶν ἡ παντελής τοῦ κακοῦ ἀλλοτριότης. Ὅταν οὖν κατὰ μίμησιν τῆς ἀπαρχῆς ἐξῶ τοῦ κακοῦ πάντες γενόμεθα, τότε ὅλον τὸ φύσεως τῇ ἀπαρχῇ συμμιχθὲν, καὶ ἐν κατὰ τὸ συνεχές σῶμα γενόμενον, τοῦ ἀγαθοῦ μόνου τὴν ἡγεμονίαν ἐφ' ἑαυτοῦ διέξεται· καὶ οὕτω παντὸς τοῦ τῆς φύσεως ἡμῶν σώματος πρὸς τὴν θεῖαν τε καὶ ἀκήρατον φύσιν ἀνακραθέντος, ἐκείνη ἢ τοῦ Υἱοῦ λεγομένη ὑποταγῆ δι' ἡμῶν γίνεται, τῆς ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐνεργήσαντος.

Ἡ μὲν οὖν δίκαια τῶν ὑπὸ τοῦ μεγάλου Παύλου δογματισθέντων, ὡς γε ὑπελήφκαμεν, αὕτη· καιρὸς δ' ἂν εἴη καὶ αὐτὰ παραθέσθαι τοῦ Ἀποστόλου τὰ ῥήματα ἔχοντα οὕτως· Ὡσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτως καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιήσονται. Ἐκαστος δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι. Ἀπαρχὴ Χριστός. Ἐπειτα εἰ τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ. Ἔϊτα τὸ τέλος, ὅταν καταργῶσιν τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν καὶ δυνάμιν. Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεῦν, ἕως ἂν θῆ τοὺς ἐχθρούς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ἐσχάτος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος. Πάντι γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ὅταν δὲ εἴπῃ ὅτι πάντα ὑπέταξεν, δηλοῦντι ἐκτὸς τοῦ ὑπετάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα. Ὅταν δὲ ὑπετάξῃ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑπετάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα ἢ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι. Σαφὲς γὰρ ἐν τῷ τελευταίῳ τῶν εἰρημένων τῷ τῆς κακίας ἀνὸπαρκτον τῷ λόγῳ περιστασιν, ἐν τῷ εἰπεῖν ἐν πᾶσι γίνεσθαι τὸν Θεόν, πάντα ἐκάστω γινόμενον. Δῆλον γὰρ ὅτι τότε ἀληθὲς ἔσται τὸ ἐν πᾶσι τὸν Θεὸν εἶναι, ὅταν μηδὲν κακὸν ἐνθεωρηταί τοῖς οὖσι. Οὐ γὰρ δὴ καὶ ἐν κακῷ τὸν Θεὸν εἰκόσ ἐστὶ γίνεσθαι. Ὡστε ἢ οὐκ ἐν πᾶσι ἔσται, ὅταν ὑπολειφθῇ τι κακὸν ἐν τοῖς οὖσι· ἢ εἰ ἀληθῶς ἐν πᾶσι χρὴ πιστεῦναι αὐτὸν εἶναι, τὸ μηδὲν κακὸν εἶναι τῇ περὶ οὗτου πίστει συναποδείκνυσται. Οὐ γὰρ ἐστὶ δυνατόν ἐν κακῷ τὸν Θεὸν γενέσθαι. Τὸ δὲ πάντα γίνεσθαι τὸν Θεὸν τοῖς οὖσι, τὸ ἀπλοῦν καὶ μονοεῖδὲς τῆς ἐλπίζομένης ἡμῖν ζωῆς ὑποδείκνυσται. Τὸ γὰρ μηκέτι διὰ πολλῶν καὶ ποικίλων καθ' ἑμοῖότητα τοῦ νῦν βίου τὴν ζωὴν ἡμῖν συναρπάζεσθαι, τῷ λόγῳ οὗτου περιστασιν, τὸ πάντα ἡμῖν τὸν Θεὸν γίνεσθαι, ὅσα τῇ ζωῇ ταύτῃ ἀναγκαῖα δοκεῖ διὰ τινος ἀναλογίως ἐκάστου μεταλαμβάνομένου πρὸς τὸ θεϊότερον· ὥστε καὶ βρωσιν

εἶναι τὸν Θεὸν ἡμῖν, ὡς εἰκὸς βρωθῆναι Θεὸν, καὶ ἅ-
 πόσιν, ὡσαύτως ἔνδομά τε καὶ σκέπη. ἀέρα, τόπον,
 πλοῦτον, ἀπόλαυσιν, κάλλος, ὑγίειαν, ἰσχύον, φρόνη-
 σιν, δόξαν, μακαριότητα, καὶ πᾶν ὅσον ἐν τῇ ἀγαθῇ
 κρίνεται μοίρα, οὗ ἐπιθεῖς ἡ φύσις ἐστὶ, πρὸς τὸ
 θεοπροπέδῃ ἀναγομένης τῆς σημασίας τῶν εἰρημμένων.
 Ὡς διὰ τοῦτο μαθεῖν, ὅτι ὁ ἐν τῷ Θεῷ γενόμενος
 πάντα ἔχει ἐν τῷ ἐκείνῳ ἔχειν. Οὐδὲν δὲ ἕτερον ἐστὶ
 τὸ ἔχειν τὸν Θεόν, ἢ τὸ ἐνωθῆναι Θεῷ. Οὐκ ἂν δὲ τις
 ἄλλως ἐνωθεῖ, μὴ σύσσωμος αὐτῷ γενόμενος, καθὼς
 ὀνομάζει· ὁ Παῦλος· οἱ γὰρ πάντες, τῷ ἐν σώματι τοῦ
 Χριστοῦ συναπτόμενοι διὰ τῆς μετσωσίας, ἐν αὐτοῦ
 γινόμεθα σῶμα. Ὅταν οὖν διὰ πάντων ἐλθῇ τὸ
 ἀγαθόν, τότε ὅλον αὐτοῦ τὸ σῶμα ὑποταχθήσεται τῇ
 ζωοποιῷ ἐξουσίᾳ, καὶ οὕτως ἡ τοῦ σώματος τούτου
 ὑποταγὴ αὐτοῦ λέγεται· εἶναι τοῦ Υἱοῦ ὑποταγῆ, τοῦ
 ἀνακεκραμένου πρὸς τὸ ἴδιον σῶμα, ὅπερ ἐστὶν ἡ
 Ἐκκλησία· καθὼς φησι πρὸς τοὺς Κολλοσσαίους· ὁ
 Ἀπόστολος, οὕτως ἐλέγων τῷ βήματι· *Nūn χαίρω*
ἐν τοῖς παθήμασι μου, καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ἐστερήματα
τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ. ἠλίψωρ ἐν τῇ
σαρκί μου, ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὃ ἐστὶν ἡ
Ἐκκλησία· ἧς ἐγενόμην διάκονος κατὰ τὴν οἰκο-
νομίαν. Καὶ πρὸς τὴν Κορινθίων Ἐκκλησίαν φησὶν·
Ῥηθεῖς ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέλους.
 Σαφέστερον δὲ τοῖς Ἐφεσίοις τὸ περὶ τούτου παρα-
 τίθεται δόγμα, δι' ὧν φησιν, ὅτι *Ἀληθεύοντες δὲ*
ἐν ἀγάπῃ, ἀυξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, ὅς
ἐστὶν ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός, ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα
συναρμολογούμενον καὶ συμβιωθεῖσθαι διὰ πά-
σης ἀφῆς τῆς ἐπιχειρητικῆς κατ' ἐνέργειαν ἐν
μέτρῳ ἐνδὲς ἐκάστου μέρους τὴν ἀύξισιν τοῦ
σώματος ποιεῖται εἰς ἐκδομὴν ἑαυτοῦ ἐν ἀγάπῃ·
 ὡς διὰ τῶν ἀεὶ προσπιθεμένων τῇ πίστει ἑαυτὸν τοῦ
 Χριστοῦ οἰκοδομοῦντος. Ὡς τότε παύσεται ἑαυτὸν
 οἰκοδομῶν, ὅταν εἰς τὸ ἴδιον μέτρον φθάσῃ ἡ τοῦ σώ-
 ματος αὐτοῦ ἀύξισις τε καὶ τελείωσις, καὶ μηκέτι
 λίπη τῷ σώματι τὸ δι' οἰκοδομῆς προσπιθέμενον, πάν-
 των ἐποικοδομηθέντων ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν προφητῶν
 τε καὶ ἀποστόλων, καὶ προσθεμένων τῇ πίστει, ὅταν,
 καθὼς φησιν ὁ Ἀπόστολος, *καταντήσωμεν εἰς πάν-*
τες εἰς τὴν ἐνότητά τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐπιγνώ-
σεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, εἰς ἄνερα τελείον, εἰς μέ-
τρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ. Εἰ
 τοίνυν κεφαλὴ ὢν αὐτός, τὸ ἐφεξῆς αὐτοῦ σῶμα
 οἰκοδομεῖ, διὰ τῶν ἀεὶ προσπιθεμένων συναρμολογῶν
 καὶ συμβιωθῶν τοὺς πάντας εἰς ἃ πέφυκεν ἕκαστος
 κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἐνεργείας, ὥστε ἢ χεῖρα, ἢ πόδα,
 ἢ ὀφθαλμὸν, ἢ ὄχλον, ἢ ἄλλο τι γενέσθαι τῶν συμπλη-
 ρούτων τὸ σῶμα, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῶν ἐκάστου
 πίστεως, ταῦτα δὲ ποιῶν ἑαυτὸν οἰκοδομεῖ, καθὼς
 εἴρηται· ὁλον ἂν εἶη διὰ τούτων, ὅτι ἐν πᾶσι γινόμε-
 νος, εἰς ἑαυτὸν δέχεται πάντας τοὺς ἐνοσούμενους
 αὐτῷ διὰ τῆς κοινωνίας τοῦ σώματος, καὶ μέλη τοῦ
 ἰδίου σώματος ποιεῖται τοὺς πάντας, ὥστε εἶναι πολλὰ
 μὲν μέλη, ἐν δὲ σῶμα. Ὅ τοίνυν πρὸς ἑαυτὸν ἡμᾶς
 ἐνώσας, καὶ ἡμῖν ἐνωθεῖς, καὶ διὰ πάντων ἐν πρὸς

medi consentaneum, et potio, similiter et inducmen-
 tum, tegumentum, aer, locus, divitiæ, delicta, pul-
 chritudo, sanitas, robur, prudentia, gloria, beati-
 tudo, et quidquid inter bona censetur, ejus eget
 natura, ad id quod Deum deest, eorum quæ dicta
 sunt reducta significatioe. Adeo ut per hoc discam-
 mus, quod qui est in Deo, omnia habet, quod illum
 habeat. Nihil autem aliud est habere Deum, quam
 Deo esse unitum. Non alias autem uniri potest quis-
 piam, quam si sit ei concorporalis, ut nominat divus
 Paulus. Omnes enim uni Christi corpori conjuncti
 per participationem efficiuntur unum ejus corpus.
 Quando ergo bonum per omnia pervaserit, tunc to-
 tum ejus corpus vivificæ subjecietur potestati, et
 sic hujus corporis subjectio dicitur esse subjectio
 ipsius Filii cum suo corpore contemperati, quod
 quidem est Ecclesia : sicut Apostolus dicit ad Col-
 lossenses : *Nunc gaudeo in passionibus meis, et ad-*
impleo ea quæ desunt afflictionibus pro Christo in
carne mea pro corpore ejus quod est Ecclesia : ejus
*factus sum ego minister secundum dispensationem*¹¹.
 Et ad Ecclesiam Corinthiorum : *Vos, inquit, estis*
*corpus Christi, et membra ex membro*¹². Apertius
 autem de eo dogma exposuit Ephesiis, cum dicit :
Veraces in charitate, crescemus in illo per omnia,
qui est caput Christus, ex quo totum corpus con-
compactum et connexum per omnes subministrations
secundum operationem in mensura uniuscujusque
membri, augmentum facit corporis in edificationem
*sui in charitate*¹³ ; utpote quod per eos qui fidei
 semper adjiciuntur Christus seipsum adificet. Qui
 tunc desinet seipsum adificare, quando ad propriam
 mensuram pervenerit ejus corporis augmentum et
 perfectio, et nihil amplius defuerit corpori per
 adificium quod adjicitur, omnibus superedificatis
 super fundamentum apostolorum et prophetarum¹⁴,
 et fidei adjectis, quando, ut dicit Apostolus, *oc-*
currerimus omnes in unitatem fidei et agnitionis
Filii Dei, in virum perfectum, ad mensuram ætatis
*plenitudinis Christi*¹⁵. Si igitur cum sit ipse caput,
 quod est deinceps suum corpus adificat, per eos
 qui semper adduntur, compingens et connectens
 omnes ad ea ad quæ natus est unusquisque, se-
 cundum mensuram operationis, ut sit vel manus,
 vel pes, vel oculus, vel auris, vel aliquid aliud ex
 iis quæ complent corpus, convenienter proportioni
 uniuscujusque fidei, hæc autem faciens seipsum
 adificat, sicut dictum est : per hæc est perspicuum
 quod cum fuerit in omnibus, in seipsum suscipit
 omnes sibi unitos per communicationem corporis,
 et omnes facit membra sui corporis, adeo ut sint
 quidem multa membra, unum vero corpus. Qui
 ergo nos sibi unuit, et nobis est unitus, et per
 omnia nobiscum unum effectus, omnia nostra sua
 efficit propria. Nostrorum autem bonorum summa
 est et caput, Deo esse subjectum, quando universa
 creatura sibi fuerit consonans, et omne gnu ei se

¹¹ Coloss. 1, 24. ¹² I Cor. xii, 27. ¹³ Eph. iv, 13, 16. ¹⁴ Eph. ii, 20. ¹⁵ Eph. iv, 15

inlexerit, caelestium et terrenorum, et inferorum, et omnis lingua confessa fuerit, quod Dominus est Iesus Christus; tunc eum omnis creatura unum corpus fuerit effecta, et omnia per obedientiam inter se invicem ei conjuncta et coalita fuerint, ad se refert sui corporis Patri obedientiam.

τότε πάσης τῆς κτίσεως ἐν σῶμα γενομένης, καὶ πάντων διὰ τῆς ὑπακοῆς μετ' ἀλλήλων ἐν αὐτῷ συμφύτων, τὴν τοῦ ἰδίου σώματος πρὸς τὸν Πατέρα ὑποταγὴν εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρει.

Nemini autem id quod dicitur videatur alienum. Nam nos quoque id quod fit per nostrum corpus, per quamdam consuetudinem animae ascribimus. Ille enim qui ob agri fertilitatem suam alloquitur animam, dicens: *Comede, bibe, et latere* ¹⁶, repletionem carnis refert ad animam. Ita illic quoque ecclesiastici corporis subjectio refertur ad eum qui inhabitat in corpore. Et quandoquidem omne quod factum est, in ipso servatur, explicatur autem salus per subjectionem, sicut nobis intelligendum statuit Scriptura Psaimorum, consequenter in hac parte discimus ab Apostolo credere, nihil esse extra eos, qui servantur. Hoc autem significat oratio per mortis subversionem et subjectionem Filii, propter quod hæc inter se concurrunt, nempe ut et tandem aliquando mors non sit, et omnes in vita versentur. Vita autem est Dominus, per quem convenienter ei quod dicit Apostolus, universo ejus corpori aditus fit ad Patrem, quando tradiderit regnum Deo nostro et Patri. Corpus autem ejus, sicut sæpe dictum est, omnis est humana natura, cui est adustus. Propter hunc ipsum autem sensum nominatur Dominus a Paulo, mediator Dei et hominum ¹⁷. Nam qui est in Patre, et versatus est inter homines, in hoc implet suam intercessionem quod omnes sibi univerit, et per seipsum Patri, sicut dicit Dominus in Evangelio ad Patrem verba faciens, *Sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi unum sint in nobis* ¹⁸. Per hoc enim aperte ostendit, quod nobis sibi unitis, qui est in Patre, per se efficit nostram cum Patre conjunctionem. Sed et quæ deinceps sequuntur in Evangelio, conveniunt cum iis quæ dicta sunt, nempe, *Gloriam quam dedisti mihi, dedi eis* ¹⁹. Suam enim, ut puto, hic dicit gloriam Spiritum sanctum, quem dedit discipulis per insufflationem. Neque enim possunt aliter miri qui sunt a se invicem disjuncti, nisi unitate Spiritus simul in unam conjungantur naturam. *Si quis enim Spiritum Christi non habet, is non est ejus* ²⁰. Spiritus autem est gloria, ut alibi dicit Patri, *Glorifica me gloria quam habui apud te ab initio, antequam mundus esset* ²¹. Deus enim Verbum, qui ante mundum gloriam Patri habebat, postquam in ultimis diebus caro factus est: oportebat autem carnem quoque, per contemperationem cum Verbo, illud effici quod est Verbum; fit autem accipiendo id quod ante mundum habuit Verbum; id autem erat Spiritus sanctus. Neque enim aliud est ante sæcula, præter

ἡμᾶς γενόμενος, τὰ ἡμέτερα οικειοῦται πάντα. Κεφάλαιον δὲ τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν ἡ πρὸς τὸ θεῖον ἐστὶν ὑποταγὴ, ὅταν ὑπόβουλος πᾶσα ἡ κτίσις γένηται πρὸς ἑαυτὴν, καὶ πᾶν αὐτῷ γόνου κάμψῃ, ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσαι ἐξομολογήσεται ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστός.

Μηδεὶς δὲ ξενηξέσθω τῷ λεγομένῳ. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς τὸ διὰ τοῦ σώματος ἡμῶν γινόμενον κατὰ τινα συνήθειαν τῇ ψυχῇ λογιζόμεθα· ὡς διαλεγόμενος ἐκεῖνος τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ ἐπὶ τῇ εὐφορίᾳ τῆς χώρας, ὅτι *Φάγε καὶ πίε, καὶ εὐφραίνου*, τὴν τῆς σαρκὸς πλησμονὴν εἰς τὴν ψυχὴν ἀναφέρει. Οὕτω κακεὶ ἡ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ σώματος ὑποταγὴ ἀναφέρεται εἰς τὸν ἐνοικοῦντα τῷ σώματι. Καὶ ἐπειδὴ πᾶν τὸ γινόμενον ἐν αὐτῷ σώζεται, ἡ δὲ σωτηρία διὰ τῆς ὑποταγῆς ἐρμηνεύεται, καθὼς ἡ Ψαλμῶδία νοεῖν υποτίθεται, ἀκολούθως τὸ μηδὲν ἐξω τῶν σωζομένων εἶναι πιστεύειν, ἐν τῷ μέρει τούτῳ τοῦ Ἀποστόλου *μανθάνομεν*. Τοῦτο δὲ τῇ τοῦ θανάτου καθαιρέσει καὶ τῇ τοῦ Υἱοῦ ὑποταγῇ διακημαίνει ὁ λόγος, διότι συμβαίνει ταῦτα πρὸς ἄλλα, τὸ τε μὴ εἶναι ποτε τὸν θάνατον, καὶ τὸ πάντας ἐν ζωῇ γενέσθαι. Ζωὴ δὲ ὁ Κύριος, δι' οὗ γίνεται, κατὰ τὸν ἀποστολικὸν λόγον, *παντὶ τῷ σώματι αὐτοῦ, ἡ προσαγωγὴ πρὸς τὸν Πατέρα, ὅταν παραδιδῶ τὴν βασιλείαν ἡμῶν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ*. Σῶμα δὲ αὐτοῦ, καθὼς εἶρηται πολλάκις, πᾶσα ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, ἢ καταμύχθη. Δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο τὸ νόημα καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ὠνομάσθη παρὰ τοῦ Παύλου ὁ Κύριος. Ὁ γὰρ ἐν τῷ Πατρὶ ὢν, καὶ ἐν ἀνθρώποις γενόμενος, ἐν τούτῳ πληροῖ τὴν μεσίτειαν, ἐν τῷ ἑαυτῷ πάντας ἐνώσει, καὶ δι' ἑαυτοῦ τῷ Πατρὶ, καθὼς φησιν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ὁ Κύριος, πρὸς τὸν Πατέρα τὸν λόγον ποιούμενος· *Καθὼς σὺ, Πάτερ, ἐν ἐμοί, καὶ ἐγὼ ἐν σοί, ἵνα εἴπω κακεῖνοι ἐν ἡμῖν ἐν ὧσιν*. Σαφῶς τοῦτο παραίτησιν, ὅτι ἑαυτῷ ἡμᾶς ἐνώσας ὁ ἐν τῷ Πατρὶ ὢν δι' ἑαυτοῦ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα συνάφειαν ἡμῶν ἀπεργάζεται. Ἀλλὰ καὶ τὰ ἐφεξῆς τοῦ Εὐαγγελίου συνάδει τοῖς εἰρημένους· *Τὴν δόξαν ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκάς αὐτοῖς*. Δόξαν γὰρ ἐνταῦθα λέγειν αὐτὸν αἶμα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς διὰ τοῦ προσφυσήματος. Οὐ γὰρ ἐστὶν ἄλλως ἐνωθῆναι τοὺς ἀπ' ἀλλήλων διεστηκότας, μὴ τῇ ἐνότητι τοῦ Πνεύματος συμφυσόμενος. *Εἰ γὰρ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἐστὶν αὐτοῦ*. Τὸ δὲ Πνεῦμα ἡ δόξα ἐστὶ, καθὼς φησιν ἐτέρωθι πρὸς τὸν Πατέρα, *Δόξα σὲν με τῇ δόξῃ ἣν εἶχον ἀπ' ἀρχῆς παρὰ σοὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι*. Ὁ γὰρ Θεὸς Λόγος ὁ πρὸ κόσμου ἔχων τὴν τοῦ Πατρὸς δόξαν, ἐπειδὴ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν σὰρξ ἐγένετο· ἔδει δὲ καὶ τὴν σάρκα διὰ τῆς πρὸς τὸν Λόγον ἀνακράσεως ἐκεῖνο γενέσθαι, ὅπερ ὁ Λόγος ἐστίν· γίνεται δὲ ἐκ τοῦ ἐκεῖνο λαβεῖν, ὃ πρὸ τοῦ κόσμου εἶχεν ὁ Λόγος. Τοῦτο δὲ ἦν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· οὐδὲν γὰρ ἄλλο προαιώνιον, πλην Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος· διὰ

¹⁶ Luc. xii, 19. ¹⁷ I Tim. ii, 5. ¹⁸ Joan. xvii, 21. ¹⁹ Ibid. 22. ²⁰ Rom. viii, 9. ²¹ Joan. xvii, 5.

τοῦτο καὶ ἐνταῦθα φησιν, ὅτι *Τὴν δέξασθαι ἢν δέδω-* **A** *κὰς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα δι' αὐτῆς ἐμοὶ ἐνω-*
θῶσιν καὶ δι' ἐμοῦ σοί.

Ἰδῶμεν δὲ καὶ τὰ ἐφεξῆς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ προ-
κειμένα· *Ἴνα ὡσιν ἐν καθὼς ἡμεῖς ἐν ἑσμεν.* *Σὺ*
ἐν ἐμοί, καθὼς ἐν αὐτοῖς, ἔτι ἐγὼ καὶ σὺ ἐν ἑσμεν,
ἵνα ὡσι τετελειωμένοι εἰς τὸ ἐν. Ταῦτα γὰρ οὐδεμιᾶς
ἐπιεξηγήσεως οἶμαι χρῆζειν πρὸς τὸ συναρμοσθῆναι
τῷ προκειμένῳ νοήματι, αὐτῆς φανερώς τῆς λέξεως
τὸ περὶ τούτων δόγμα ἐκτιθεμένης. *Ἴνα ὡσιν ἐν,*
καθὼς ἡμεῖς ἐν ἑσμεν. Οὐ γὰρ ἐστὶ δυνατὸν ἄλλως
τοὺς πάντας ἐν γενέσθαι, καθὼς ἡμεῖς ἔσμεν ἐν, εἰ
μὴ πάντων τῶν ἀπ' ἀλλήλων αὐτοὺς διαμερίζοντων
χωρισθέντες, ἐνωθεῖεν ἡμῖν οἵτινές ἔσμεν ἐν· ἵνα
ὡσιν ἐν, καθὼς ἡμεῖς ἔσμεν ἐν. Τοῦτο δὲ πῶς γίνε-
ται, ὅτι ἐγὼ ἐν αὐτοῖς; Οὐ γὰρ ἐστὶ δυνατὸν ἐμὲ **B**
γενέσθαι μόνον ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ πάντως καὶ σὺ, ἐπειδὴ
ἐγὼ καὶ σὺ ἐν ἔσμεν· καὶ οὕτως γενήσονται τετε-
λειωμένοι εἰς τὸ ἐν, οἱ ἐν ἡμῖν τελειωθέντες· ἡμεῖς
γὰρ τὸ ἐν. Τὴν δὲ τοιαύτην χάριν φανερώτερον δια-
σημαίνει τῷ ἐφεξῆς λόγῳ οὕτως εἰπόν· ὅτι· *Ἠγάπη-*
σας αὐτοὺς καθὼς ἐμὲ ἠγάπησας. Εἰ γὰρ ὁ Πατὴρ
ἀγαπᾷ τὸν Υἱόν, ἐν δὲ τῷ Υἱῷ πάντες γινόμεθα οἱ
διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως σῶμα αὐτοῦ γινόμενοι,
ἀκολούθως ὁ τὸν Υἱόν ἑαυτοῦ ἀγαπῶν ἀγαπᾷ καὶ
τοῦ Υἱοῦ τὸ σῶμα ὡς αὐτὸν τὸν Υἱόν. Ἡμεῖς δὲ τὸ
σῶμα. Οὐκοῦν φανερὴν διὰ τῶν εἰρημένων γέγονε τὸ
ἀποστολικὸν νόημα, ὅτι πάσης ἀνθρωπίνης φύσεως
τὴν γινόμενην τοῦ ὄντος ἐπίγνωσιν τε καὶ σωτηρίαν
ἢ τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ὑποταγῆ διασημαίνει. **C**
Σαφέστερος δὲ γένοικ' ἂν ἡμῖν ὁ λόγος καὶ ἐξ ἑτέρων
τινῶν ἀποστολικῶν νοημάτων, ἐξ ὧν ἐνὸς ἐπιμνησθή-
σομαι μόνου, τὰς πολλὰς τῶν μαρτυριῶν εὐλαθείας,
τοῦ μὴ εἰς πλήθος ἐκτείνειν τὸν λόγον, παρατησάμε-
νος. Φησὶ γὰρ πού τῶν ἑαυτοῦ λόγων ὁ Παῦλος, ὅτι
Χριστῷ συνεσταύρωμαι· ἔω δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ἣν
δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. Οὐκοῦν εἰ μηκέτι ὁ Παῦλος ζῆ
ὁ τῷ Χριστῷ συσταυρωθεὶς, ἀλλ' ὁ Χριστὸς ἐν αὐτῷ ζῆ,
πάν τὸ παρὰ τοῦ Παύλου γινόμενον τε καὶ λεγόμενον
εἰκότως εἰς τὸν ἐν αὐτῷ ζῶντα Χριστὸν ἀναφέρεται.
Καὶ γὰρ τὰ ῥήματα τοῦ Παύλου παρὰ τοῦ Χριστοῦ
λαλεῖσθαί φησιν, ὁ εἰπών· *Ἢ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ*
ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; Καὶ τὰ εὐαγγελικὰ
κατορθώματα οὐκ αὐτοῦ φησιν εἶναι, ἀλλὰ τῆ χάριτι
τοῦ Χριστοῦ τῆ αἰκόσῃ ἐν αὐτῷ ἀνατίθῃσιν. Εἰ τοί- **D**
νουν ὁ ἐν αὐτῷ ζῶν Χριστὸς ἐνεργεῖν τε καὶ φεθέγγε-
σθαι τὰ ἐκεῖνου κατὰ τὸ ἀκόλουθον λέγεται, πάντων
δὲ ἀποστόλων ὁ Παῦλος τῶν πρότερον ἐπικρατούστων,
ὅτε ἦν βλάσφημος καὶ διώκτης καὶ ὑβριστής, πρὸς
μόνον τὸ ἀληθινὸν ἀγαθὸν βλέπει, καὶ τούτῳ ἑαυτὸν
ποιεῖ εὐπειθῆ καὶ ὑπήκουον· ἄρα καὶ ἡ ὑποταγῆ
τοῦ Παύλου ἢ πρὸς τὸν Θεόν γενομένη, εἰς τὸν ἐν
αὐτῷ ζῶντα τὴν ἀναφορὰν ἔχει, ὅς καὶ λαλεῖ ἐν τῷ
Παύλῳ τὰ ἀγαθὰ, καὶ ἐργάζεται· ἀγαθῶν δὲ πάντων
κεφάλαιον ἢ πρὸς τὸν Θεόν ἐστὶν ὑποταγῆ. Ἄ ὁ δὲ ἐπὶ
τοῦ ἐνὸς εὔρεν ὁ λόγος, τοῦτο καὶ πάση τῇ κρίσει
τῶν ἀνθρώπων εὐλόγως ἐφαρμοσθήσεται, ἔτι· κα-

Patrem et Filium et Spiritum sanctum. propterea
hic quoque dicit, *Gloriam quam dedisti mihi, dedi-*
cis, ut per ipsam mihi essent uniti, et per me tibi.

Videamus autem ea quoque quae deinceps pro-
posita sunt in Evangelio: *Ut sint unum sicut nos*
unum sumus. Tu in me, et ego in ipsis, quoniam ego
*et tu unum sumus, ut sint in unum perfecti*²⁴. Haec
enim existimo non egere ulla expositione, ad hoc
ut sensui proposito congruant, cum ipsa dictio de
his dogma aperte exponat. *Ut sint unum, sicut nos*
unum sumus. Neque enim aliter fieri potest, ut
omnes unum fiant, sicut nos unum sumus, nisi
separati ab omnibus quae ab invicem illos dividunt,
nobis fuerint uniti, ut sint unum, quemadmodum
nos unum sumus. Hoc autem quomodo fit, ut ego
sim in eis? Non potest enim fieri ut ego solus sim
in eis, sed omnino tu quoque, quandoquidem ego
et tu unum sumus; et ita fiet in unum perfecti,
qui in nobis perfecti fuerint: nos enim unum
sumus. Haec autem gratiam apertius significat per id
quod deinceps dicitur, nempe: *Dilexisti eos, sicut me*
*dilexisti*²⁵. Si autem Pater diligit Filium, sumus au-
tem omnes in Filio, qui per fidem in eum ejus cor-
pus efficitur, consequenter qui Filium suum dili-
git, etiam corpus Filii diligit ut ipsum Filium. Nos
autem illud sumus corpus. Per ea ergo quae dicta
sunt fit perspicuus sensus apostolicus, nempe quod
per eam, qua Patri Filius subicitur, subjectionem
significetur cognitio, qua eum qui revera est agnos-
cet omnis humana natura, et salus ip-sius. Fiet
autem id quod dicitur clarius etiam ex quibusdam
aliis sententiis apostolicis, ex quibus unius Pauli
meminero, consulto multa vitans testimonia, ne
prolixior fiat oratio. Dicit enim alibi in iis quae
scripsit Paulus, *Cum Christo sum crucifixus: vivo*
*autem jam non ego, vivit vero in me Christus*²⁶. Si
ergo non amplius vivit Paulus qui cum Christo est
crucifixus, sed in eo vivit Christus; quidquid a
Paulo fit et dicitur, merito refertur ad Christum
qui vivit in ipso. Verba enim Pauli dicit a Christo
dici, qui dixit: *An queritis experimentum Christi*
*in me loquentis*²⁷? Bonas quoque actiones non dicit
esse suas, sed eas attribuit gratiae Christi quae in
ipso habitat. Si ergo qui in ipso vivit Christus, et
operari et loqui quae sunt illius ex consequenti dicitur,
relictis autem omnibus quae prius dominatum in
ipso obtinebant, quando erat blasphemus et persecu-
tor, contumeliosusque et insolens²⁸, Paulus ad solum
bonum aspicit, et ei se reddit obedientem et morige-
rum: annon Pauli quae Deo facta est subjectio,
refertur ad eum qui in ipso vivit, et qui in Paulo bona
loquitur et operatur? Bonorum autem omnium sum-
ma est Deo esse subjectum. Quod autem in uno in-
venit oratio, hoc jure accommodabitur universae ho-
minum creaturae, quando, sicut dicit Dominus, *in*
*universo mundo praedicatum fuerit Evangelium*²⁹. Nam
cum omnes veterem exuerint hominem, cum ejus ac-

²⁴ Joan. xvii, 21 sqq. ²⁵ Ibid. 25. ²⁶ Gal. ii, 19, 20. ²⁷ I Cor. xiii, 5. ²⁸ I Tim. i, 15. ²⁹ Mat. xvi, 15; Matth. xxviii, 19.

tonibus et concupiscentiis, et in se Dominum susceperint, necessario qui in eis vivit, que ab illis fiant operatur bona. Omnium autem bonorum summa est salus que fit in nobis per alienationem a malo. Atqui non alia ratione fieri potest ut a malo separemur, quam si per subjectionem Deo fuerimus contemperati: itaque ipsa quoque Deo subiectio refertur ad eum qui vivit in nobis. Nam si quid pulchrum est et honestum, est ejus; et si quid est bonum, ab ipso est, ait quidam ex prophetis. Quoniam ergo si bonum est et honestum subiectio, camillus esse est ostensum: ejus quoque bonum est omnino a quo est universi boni natura, ut dicit propheta. Nemo autem aspiciens ad communem subjectionis nominis abusione nomen aspernetur et alroget. Solet enim magni Pauli sapientia libere uti verbis ad id quod sibi videtur, et propria cogitationis connexioni adaptare verborum significationes, etiamsi ad aliquas alias mentis conceptiones usum dictionum ferat consuetudo. Nam undenam sumptus est usus hujus dictionis, *Scipsum exinanivit* ²⁸, et, *Gloriationem meam nemo exinaniet aut evacuet* ²⁹, et illud, *Exinanita est fides* ³⁰, et, *Ne crux Christi exinaniatur vel evacuetur* ³¹? Ex quonam usu hac adsumpsit ad ea que scripsit? Quis autem eum judicat dicentem, *Vos cupiens* ³², per quod indicat affectum dilectionis? Unde autem a fastu et superbia alienam indicavit charitatem, propterea quod non agat perperam ³³? Litigiosa autem et ad ulciscendum propensa contentio ab eo significatur verbo *επιθεΐας*, cum sit omnibus manifestum, quod ex laudificatione nominatur *επιθεΐας*, et quod in lanas confertur studium, nomine *επιθεΐας* solemus significare: attamen etymologiam frigidam jubens valere Paulus, per quas vult dictiones quem vult sensum ostendit. Nam multa etiam alia, ab iis qui diligenter exquirunt et examinant, inveniri poterunt in verbis Apostoli, que non serviunt usui consuetudinis, sed quadam propria mentis conceptione libere ab ipso proferrunt, minime advertente consuetudinem. Ita etiam hic quoque significatum subjectionis aliud a Paulo est excogitatum, diversum ab iis que communiter intelliguntur.

Quod dicimus autem probatur, quod neque que in hac parte est subiectio inimicorum quorum meminuit, necessitatem habet et violentiam involuntariam, quomodo dixerint, qui serviunt consuetudini, sed aperte in eo, nomine subjectionis salus exponitur: hujus autem rei est argumentum, quod in hac parte a Paulo sit distinctum nomen inimicitiarum in duas significationes. Nam ex inimicis alios quidem dicit esse subjiendos, alios vero delendos. Delebitur quidem qui ex natura inimicus, nempe mors, et quod circa eam versatur peccati

Α θός φησιν ὁ Κύριος, ἐν παντί τῷ κόσμῳ τὸ εὐαγγέλιον γένηται. Πάντων γὰρ ἀποθεμένων τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ, καὶ δεξαμένων ἐν αὐτοῖς τὸν Κύριον, ἀναγκαιῶς ὁ ἐν αὐτοῖς ζῶν ἐνεργεῖ τὰ ἀγαθὰ τὰ παρ' ἐκείνων γινόμενα. Τὸ δὲ ἀκρότατον τῶν ἀγαθῶν πάντων ἡ σωτηρία, ἡ διὰ τῆς τοῦ κακοῦ ἀλλοτριώσεως ἡμῖν γινόμενη. Ἀλλὰ μὴν οὐκ ἔστιν ἄλλως τοῦ κακοῦ χωριθεῖναι, μὴ τῷ Θεῷ διὰ τῆς ὑποταγῆς ἀνακραθέντας· ἄρα καὶ αὕτη ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ὑποταγὴ εἰς τὸν ἐν ἡμῖν ζῶντα τὴν ἀναφορὰν ἔχει. Εἴ τι γὰρ καλὸν, αὐτοῦ· καὶ εἴ τι ἀγαθόν, παρ' αὐτοῦ, φησὶ τις τῶν προφητῶν. Ἐπεὶ οὖν καλὸν τε καὶ ἀγαθόν ἡ ὑποταγὴ, ἀνεδείχθη ἐκείνου, καὶ τούτου τὸ ἀγαθὸν πάντως παρ' οὗ παντὸς ἀγαθοῦ φύσις, ὡς ὁ τοῦ προφήτου λόγος. Μηδὲς δὲ πρὸς τὴν κοινὴν κατάχρησιν τοῦ τῆς ὑποταγῆς ὀνόματος βλέπων ἀστεϊεῖ τὸ ὄνομα. Οἶδε γὰρ ἡ σοφία τοῦ μεγάλου Παύλου πρὸς τὸ δοκοῦν κεχρησθαι κατ' ἐξουσίαν ταῖς ῥήμασι, καὶ τῷ ἰδίῳ τῆς διανοίας εἰρημῷ προσαρμόζειν τὰς τῶν ῥημάτων ἐμφάσεις, κἂν πρὸς ἄλλας τινας ἐννοίας ἡ συνήθεια τὴν κατάχρησιν τῶν λέξεων φέρῃ. Ἐπεὶ πόθεν εἰληπται αὐτῷ ἡ τοῦ Ἐκένωσεν εἶναι τὴν χρῆσιν· καὶ τὸ, Καύχημά μου οὐδεὶς κενώσει· καὶ τὸ, Κεκένοιται ἡ πίστις· καὶ, Ἴνα μὴ κενωθῆ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ; Ἐκ ποίας ταῦτα χρήσεις εἰς τὸν αὐτοῦ παρεδέξατο λόγον; Τίς δὲ κρινεῖ αὐτὸν εἰπόντα, ὅτι Ἰμειρόμενος ἐμῶν, δι' ἧς λέξεως τὴν ἀγαπητικὴν ἐνδείκνυται σχέσιν; Ἦσθεν δὲ τὸ ἀνυπερήφανον τῆς ἀγάπης, διὰ τῆς μὴ περιπερεύσθαι λέξεως ἐνεδείξατο; Ἡ δὲ ἐριτικὴ καὶ ἀμυντικὴ φιλονεικία, πῶς τῷ τῆς ἐπιθεΐας παρ' αὐτοῦ σημαίνεται; ῥήματι, φανεροῦ πάντιν ὄντος, ὅτι ἐκ τῆς ἐριουργίας ἡ ἐπιθεΐς ἐκ τῆς γραφῆς ὀνομάζεται, καὶ τὴν περὶ τὰ ἔρια σπουδὴν τῷ ὀνόματι τῆς ἐπιθεΐας σημαίνειν εἰδῶμεν· ἀλλ' ὅμως χαίρειν ἔστας ὁ Παῦλος τὰς ἐτυμολογίας ψυχράς, δι' ὧν βούλεται λέξεων ὃ βούλεται περίστησι νόημα. Καὶ γὰρ καὶ ἄλλα πολλὰ τοῖς ἀκριβῶς ἐξετάζουσιν εὐρεθεῖν ἂν ἐν τοῖς λόγοις τοῦ Ἀποστόλου, μὴ δουλεύοντα τῇ χρήσει τῆς συνήθειας, ἀλλὰ κατὰ τινα ἰδιότροπον ἔννοιαν ἐπ' ἐξουσίας παρ' αὐτοῦ προφερόμενα μηδὲν ἐπιστρεφομένου πρὸς τὴν συνήθειαν. Οὕτω τοίνυν καὶ ἐνταῦθα τὸ τῆς ὑποταγῆς σημαίνονμενον ἄλλο τι παρὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας ὑπὸ τοῦ Παύλου νοήθηται.

D Ἀπόδειξις δὲ τοῦ λόγου, ὅτι οὕτε ἡ ἐν τῷ μέρει τοῦτο τῶν παρ' αὐτοῦ μνημονευθέντων ἐχθρῶν ὑποταγὴ τὸ καταπραγμασμένον τε καὶ ἀκούσιον ἔχει, καθὼς ἂν εἴποιεν οἱ τῇ συνήθειᾳ δουλεύοντες, ἀλλὰ σαφῶς ἐπ' αὐτῶν ἡ σωτηρία τῷ ὀνόματι τῆς ὑποταγῆς ἐρμηνεύεται· τεκμήριον δὲ, τὸ διεστάλθαι κατὰ τὸ μέρος τοῦτο ὑπὸ τοῦ Παύλου τὸ τῆς ἐχθρας ὄνομα εἰς διπλὴν σημασίαν. Τῶν γὰρ ἐχθρῶν τοὺς μὲν ὑποταγήσεσθαι λέγει, τοὺς δὲ καταργηθήσεσθαι. Καταργηθήσεται μὲν οὖν ὁ πῆ φύσει ἐχθρὸς, τουτέστιν ὁ θάνατος, καὶ ἡ περὶ αὐτὸν τῆς ἀμαρτίας ἀρχὴ τε

²⁸ Phil. II, 7. ²⁹ I Cor. IX, 15. ³⁰ Rom. IV, 14. ³¹ I Cor. I, 17. ³² I Thess. II, 8. ³³ I Cor. XII, 4.

καὶ ἐξουσία καὶ δύναμις. Ὑποταγῆσονται δὲ οἱ καθ' ἄλλο
 ἕτερον λόγον ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ λεγόμενοι, οἱ ἀπὸ τῆς
 βασιλείας πρὸς τὴν ἀμαρτίαν αὐτομολήσαντες, ὧν
 καὶ ἐν τῷ πρὸς Ῥωμαίους μέμνηται λόγῳ, εἰπόν, ὅτι
 Εἰ γὰρ ἐχθροὶ εἶτετε κατακλιθήσθε τῷ Θεῷ.
 Τὴν γὰρ ἐνταῦθα ὑποταγὴν ἐκεῖ κατακλιθῆναι ὀνομά-
 ζει, ἐν νόμῳ δὲ ἑκατέρου τῶν ὀνομάτων ἐνδειξάμε-
 νος τὴν σωτηρίαν. Ὡς γὰρ ἐκ τῆς ὑποταγῆς τὸ σω-
 θῆναι προσγίνεται, οὕτω καὶ ἐν ἐπιτροπῇ φησὶν, ὅτι
 Κατακλιθέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ.
 Τοῦς μὲν οὖν τοιοῦτους ἐχθροὺς ὑποτάσσονται λέγει
 τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, τὸν δὲ θάνατον, καὶ τὴν περὶ
 αὐτὸν ἀρχὴν μηκέτι ἐσσεσθαι. Τοῦτο γὰρ ἐνδείκνυται
 ἢ τοῦ Καταργηθήσεται λέξις ὡς διὰ τούτου γενέ-
 σθαι ὄφλον, ὅτι τῶν μὲν κακῶν ἢ δυναστείας εἰς τὸ
 παντελὲς ἐξαρθρήσεται ὡς διὰ τῆς παρακοῆς ἐχθροὶ
 τοῦ Θεοῦ κληθέντες, οὗτοι διὰ τῆς ὑποταγῆς φίλοι
 τοῦ Κυρίου γενήσονται, ὅταν πεισθῶσι τῷ λέγοντι,
 ὅτι Ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ πα-
 μκαλεῶντος δι' ἡμῶν, δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ,
 κατακλιθῆτε τῷ Θεῷ καὶ κατὰ τὴν γενομένην ἐν
 τῷ Εὐαγγελίῳ ὑπόσχεσιν, οὐκέτι ἐν τοῖς δοῦλοις ὑπὸ
 τοῦ Κυρίου, ἀλλ' ἐν τοῖς φίλοις κατακλιθέντες ἀρι-
 θμηθήσονται. Τὸ δὲ, Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν,
 ἕως ἂν θῆ τὰς ἐχθροὺς ὑπὸ τοῖς πόδας αὐτοῦ,
 εὐσεβῶς, ὡς ὁμαι, παραδεξόμεθα, τὸ ἀριστεύειν
 αὐτὸν διὰ τοῦ βασιλεύειν νοήσαντες. Τότε γὰρ παύε-
 ται τῆς ἀριστείας ὁ δυνατὸς ἐν πολέμῳ, ὅταν ἀφανι-
 σθῇ πᾶν τὸ τῷ ἀγαθῷ ἀντικείμενον, ὅταν πᾶσαν τὴν
 ἑαυτοῦ βασιλείαν συναγαγὼν προσάγῃ τῷ Θεῷ καὶ
 Πατρὶ, πρὸς ἑαυτὸν ἐνώσας τὰ πάντα. Τὸ γὰρ πα-
 ραδόναι αὐτὸν τῷ Πατρὶ τὴν βασιλείαν, ταῦτόν ἐστι
 κατὰ τὴν διάνοιαν τῷ παραγαγεῖν τοὺς πάντας τῷ
 Θεῷ, δι' οὗ ἔχομεν τὴν πρὸς τὸν Πατέρα*. Πάντων
 τοῖνων τῶν ποτε ἐχθρῶν ὑποπόδιον τῶν ποδῶν τοῦ
 Θεοῦ γενομένων ἐν τῷ δέξασθαι τὸ θεῖον ἔγχος ἐν
 ἑαυτοῖς, καὶ τοῦ θανάτου καταργηθέντος (μη γὰρ
 ὄντων τῶν ἀποθνησκόντων, οὐδὲ ὁ θάνατος ἔσται πάν-
 τως), τότε ἐν τῇ πάντων ἡμῶν ὑποταγῇ, ἥτις οὐχὶ
 δουλικὴ νοεῖται ταπεινότης, ἀλλὰ βασιλεία καὶ ἀφθαρ-
 σία, καὶ μακαριότης, ὁ ἐν ἡμῖν ζῶν ὑποταγήσεται
 τῷ Θεῷ παρὰ τοῦ Παύλου λέγεται, ὁ τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν
 δι' ἑαυτοῦ τελειῶν, καὶ ποιῶν ἑαυτῷ ἐν ἡμῖν τὸ εὐά-
 ριστον. Ταῦτα κατὰ τὸ μέτρον τῆς διανοίας ἡμῶν,
 ἐκ τῆς μεγάλης τοῦ Παύλου σοφίας, ὅσον ἐχωροῦμεν,
 ἐν τῷ μέρει τούτῳ κατανοήσαμεν, δεῖξαι βουλόμενοι
 τῷ [τῷ] μὴ ἐπισπείσθαι τοὺς τῶν αἰρετικῶν δογματῶν
 προστάτας τὸν τοῦ Ἀποστόλου σκοπόν, πρὸς ὃν βλέ-
 πων τὸν παρόντα λόγον πεποιήται. Εἰ μὲν οὖν αὐτάρ-
 κης σοι γέγονεν ἢ ἐπὶ τῷ ζητήματι τούτῳ πληροφο-
 ρία διὰ τῶν εἰρημένων, εἰς τὸν Θεὸν ἀνακτεῖν τὴν
 χάριν. Εἰ δὲ τι καὶ λιπεῖν σοι φαίνεται, δεξόμεθα ἐν
 προθυμίᾳ λαίποντος ἀναπλήρωσιν, εἴπερ ἡμῖν παρὰ
 σοῦ τε γνωρισθεῖη διὰ τοῦ γράμματος, καὶ παρὰ
 τοῦ ἁγίου Πνεύματος φανερωθεῖη διὰ τῶν εὐχῶν ἡμῶν
 ἢ τῶν κρυφίων φανερίσῃς.

imperium visque et potestas. Subjicientur autem
 qui alia ratione Dei dicuntur inimici, qui a regno
 transfugerunt ad peccatum; quorum etiam memi-
 nit in epistola ad Romanos, dicens: Si enim cum
 inimici essemus, Deo reconciliati sumus³⁴. Nam
 quod hic subjectionem, illic nominat reconcilia-
 tionem, per utriusque nomen unam indicans sen-
 tentiam, nempe salutem. Quomodo enim ex subje-
 ctione accedit salus, ita etiam a libi dicitur quod *Re
 conciliati salvi erimus in vita ejus*³⁵. Atque ejus
 modi quidem inimicos dicit subjici Deo et Patri
 mortem autem et quod in ipsa est imperium non
 amplius futurum. Hoc enim ostendit dictio, *De-
 lebitur aut eximietur*, adeo ut ex hoc sit perspi-
 cuum, quod malorum quidem potentia omnino
 tollitur: qui autem propter inobedientiam vocati
 sunt Dei inimici, si per subjectionem Dei fiant amici,
 cum fidem adhibuerint dicenti: *Pro Christo lega-
 tione fungimur, tanquam Deo per nos hortante, ro-
 gamus pro Christo, reconciliamini Deo*³⁶, et conve-
 nienter promissioni quae facta est in Evangelio,
ρίας αὐτῆς φεραλλήλους καὶ ἠνωμένας ὑπαρχούσας. Ἐπὶν γὰρ εἴπης ψυχὴν λογικὴν καὶ νοεράν, εὐδὴλον ἔστι καὶ λόγον καὶ νοῦν ἐστῆσαντας· καὶ ἐπὶν ὀνομάσης λόγον, πάντως ὅτι καὶ τὴν λογικὴν ψυχὴν τὴν τοῦτου γεννητικὴν ἐδήλωσας. Ὡσαύτως καὶ ἐπὶν εἴπης νοῦν, ἐκ παντὸς τρόπου ὅτι καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸν λόγον ἐδήλωσας. Τίνος γὰρ καὶ ἔσται νοῦς εἰ μὴ ψυχῆς καὶ λόγου; Διὰ δὲ τοῦτο ὡσπερ φεραλλήλον καὶ ἀλληλένδετον ἔχουσι τὴν προσσηγορίαν, οὕτω κοινὴν καὶ ἀδιαιρέτων ἔχουσι καὶ τὴν οὐσιωδῆ ἐνέργειαν. Μία γὰρ καὶ ὁμοία ἡ ἐνέργεια Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, μία ἰσχύς, καὶ μία δύναμις, μία θέλῃσις, μία γνώμη. Ὅσα γὰρ ἂν πράττοι ὁ Πατήρ, ἀχώριστός ἐστι καὶ συμπράκτωρ καὶ ὁ Υἱός· καὶ ὅσα ἂν ἐπιτελῇ ὁ Υἱός, ἢ τὴ πανάκτιον Πνεῦμα, συνεργεῖ πάντως ἀδιαιρέτως· ὁ Πατήρ· οὐδὲ γὰρ ὁ Υἱός διχα Πατήρ ἀφ' ἑαυτοῦ καθ' ἑαυτὸν ποιεῖ τι, οὐδὲ ὁ Πατήρ πάντως χωρὶς τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, οὔτε πάλιν τὸ Πνεῦμα ἄνευ τοῦ Υἱοῦ καὶ Πατρὸς ἐργάζεται τι. Δεῦρο λοιπὸν πάλιν ἀπὸ τῶν πρωτοτύπων ἐπὶ τὸν τύπον τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ καθ' ὁμοίωσιν τὸν τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, καὶ ὄψει μίαν καὶ ὁμοίαν τὴν ἐνέργειαν ἐν ἡμῖν. Οὔτε γὰρ ἡ ψυχὴ διχα λόγου ἐπιτελεῖ τι, οὔτε ὁ λόγος διχα ψυχῆς, οὔτε μὴν ὁ νοῦς πάλιν καθ' ἑαυτὸν χωρὶς τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ λόγου κατεργάζεται τι, διὰ τὴν ὁμοφυῆ καὶ συμφυῆ καὶ ἀλληλένδετον αὐτῶν κοινὴν δύναμιν τε καὶ ἐνέργειαν, τὴν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ. Εἰ δὲ λέγεις μοι, ὅτι οὐδὲν καθ' ἑαυτὴν ἐνεργεῖ ἡ ψυχὴ χωρὶς τοῦ σώματος, ἤδη τοῦτο καὶ ἡμεῖς προσεθήκαμεν, ὅτι καὶ ἐν τούτῳ κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν οὔσα διὰ τῆς ὕλης ὀριωμένης τῆς ἀσράτους αὐτῆς δεῖκνυσι δυνάμεις· πλὴν ὅτι καὶ χωριζομένη τοῦ σώματος ἢ κατὰ φύσιν καθαρὰ ψυχὴ καὶ οὐσία, τότε μάλιστα διορατικώτερα καὶ ἀπλή, καὶ ἀπαρενόγητος, καὶ φωτεινότερα εὐρισκομένη, κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ ἀληθέστερον δύναται προσαγορευέσθαι καὶ εἶναι. Εἰ δὲ, ὡς εἰκὸς, διαπίπτει τὰ εἰρημένα ὁ δὲ ἑναντία, ὡς καὶ δεῖξαντας ἡμᾶς τρεῖς κυρίως ἀπρησιτωμένας ἐπὶ τῆς ψυχῆς ὑποστάσεις κατ' ἰσότητα τῆς παναγίας Τριάδος, μανθανέτω ὁ ἄφρων, ὅτι κατ' εἰκόνα ἐστὶν ἡ ψυχὴ τυπικὴν τινα, καὶ οὐ κατ' ἰσότητα τῆς ἁγίας Τριάδος· πλὴν καὶ ἐπὶ τῆς θεότητος, εἰ μὴ φοβερόν ἐστι τὸ εἰπεῖν, τοπικὴν διαίρεσιν καὶ ἐπιγεγραμμένην διάστασιν ἐξ ἀλλήλων ἔχειν τὸν Πατέρα ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ· μὴ παραδράμης εἰς τὴν κατ' εἰκόνα σου πρὸς Θεὸν ὁμοίωσιν μηδὲ τοῦτο, λέγω δὲ ὅτι διὰ τῆς τοῦ λόγου σωματικῆς ἐκ χειλέων γεννήσεως ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ σοφία, καὶ ἡ φρόνησις, καὶ ἡ δύναμις, καὶ τὸ βάλθος, καὶ ἡ γνώσις τῆς ψυχῆς σου, καὶ τοῦ νοῦς τοῖς πᾶσι γνωρίζεται καὶ δημαιοῦνται· δηλοῦντός σοι καὶ τοῦτου τοῦ ὑποδείγματος κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ὑπάρχει Θεοῦ. Διὰ γὰρ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως τοῦ Θεοῦ λόγου ἐφανερῶθη ἐν κόσμῳ ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ γνώσις, καὶ ἡ σοφία, καὶ πάντα τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

¹¹ Joan. iv, 24

potentiâ et profunditas animæ tuæ ac mentis omnibus immotescit ac divulgatur, cum hoc quoque tibi exemplo declaretur eam ad imaginem et similitudinem Dei creatam esse. Etenim per Dei Verbi generationem secundum carnem virtus et potentiâ, et scientiâ, et sapientiâ, cæteraque omnia Patris et Spiritus sancti bona in mundo manifesta sunt reddita.

Ὅρα γὰρ πάντα καὶ οἶα τοῦ λόγου, εἰς τύπον τοῦ Θεοῦ Ἀ
 Λόγου, ἐν λόγῳ τὰ κατορθώματα, καὶ πῶς διὰ λόγου τὰ
 πάντα δημιουργοῦνται καὶ συνίστανται· λόγῳ ὑπέστη-
 σαν ἄγγελοι· λόγῳ τὸν Δημιουργὸν γεραίρουσι· λόγῳ τὰ
 ὀρώμενα γεγονάσι· λόγῳ ἡ κρίσις φωτίζεται· λόγῳ τὰ
 ὄντα ἐγνώσθησαν· λόγῳ μόνῳ ἐξεφάνθησαν· λόγῳ ἐδεί-
 χθησαν τὰ πάρατα· λόγῳ τὸν Κτίστην γεραίρομεν·
 λόγῳ Θεογνωσία κεκρύσσεται· διὰ λόγου τὸν Θεὸν ἐπι-
 γινώσκामεν· διὰ λόγου τὰ πάντα συνίστανται· καὶ
 ὡσπερ τὸ ἀλαλον νήπιον ἀνίτην ἐστὶν ἀνθρώπου·
 ἄχρι τῆς διὰ χειλῶν τοῦ λόγου γεννήσεως, οὕτω διὰ
 τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου κατὰ σάρκα γεννήσεως πᾶσα ἡ
 ἀλογία παρήλθε τῆς ἡμετέρας φύσεως, τοῦ Θεοῦ Λό-
 γου δηλώσαντος τραυῶς τῇ κρίσει τὸν Πατέρα καὶ
 τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ὅθεν ὡς θεόμητος ἡμῶν ἡ ψυχὴ
 οὐδὲ ἀποστέλλεται εἰς διακονίαν μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν
 τοῦ σώματος, καθὼς οἱ ἄγγελοι ἀποστέλλονται. Ἐπειδὴ
 ἐκεῖνα μὲν εἰσι λειτουργικὰ πνεύματα· αἱ δὲ τῶν
 ἁγίων μάλιστα ψυχὰι κατ' εἰκόνα Θεοῦ δεσποτικὰ
 πνεύματα. Εἰ γὰρ καὶ ἡλάττωται ὁ ἄνθρωπος μετὰ
 τὴν παρακοὴν βραχὺ τι παρ' ἀγγέλους, διὰ γοῦν τῆς
 Θεοῦ Λόγου καθ' ὑπόστασιν ἐνώσεως ἐν αὐτῷ μείζον
 τι γεγονῆναι· ὁ γὰρ ποτε κατ' εἰκόνα Θεοῦ νῦν γέ-
 γονετὸ ἅμα Θεῷ· καὶ ὁ πρὶν μεταληπτίχης τῆς εἰκό-
 νος Θεοῦ γέγονε μεταδοτικὸς τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνης·
 αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

Dei quondam erat factus, quiddam jam conjunctum cum Deo factus est, et qui prius imaginis Dei participes redditus fuit, imaginis suæ communicator est factus. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

⁴³ Hebr. vii, 14.

VARIORUM NOTÆ.

IN LIBRUM DE HOMINIS OPIFICIO

JOANNES LEWENKLAUS.

Cum ante cccc annos (a) prope sit hic Gregorii commentarius in Latinum sermonem conversus, fortasse non nemo causas avertit institute novæ conversionis intelligere; taciteque has a me requirit. Ego vero breviter ita rem omnem tibi, lector, aperiam, ut neque me adductum ullo animi morbo, explosis aliorum laboribus, mea voluisse repone, sis existimaturus; et libenter, uti spero, nonnullum me pretium operæ fecisse hac in conversione fassurus. Cum essem nuper apud Joannem Jacobum Grynaeum, quem honoris causa nominò, forte in ornatissima ipsius bibliotheca librum hunc Gregorii reperi, qui fuisset aliquando Simonis Grynaei, cujus etiam in eo manu quædam notata erant. Itaque mihi cupide hunc perlegenti, maximamque voluptatem ex ipsa lectione capienti, cepit auctor esse, ut cum de sermone Græco in Latinum converterem. Parui non invite, præsertim quod miri-

fice mihi cum rerum explicatio præclarissimarum, tum dicendi character eximius placerent; molesteque adeo ferebam, librum talem vulgo notiorum non esse, qui semel tantum de Aldi officina ante annos triginta prodisset: cum maximam ex eo et sacrarum Librararum, et artis medicinae, et philosophiæ de natura rerum studiosi capere utilitatem possint. Nihil tum nobis constabat, esse ne conversus in Latinum sermonem, necne; quod si etiam verum lateri debeo, neminem adhuc in eo interpretando laborasse credebamus: idque propterea, quod publice vix notus esset, nisi quatenus inter opera Gregorii recensetur. Verum enim vero Basileam cum redisset, intellexi de Joanne Oporino typographo, de litteraria republica præclare multis jam annis merenti, esse in Episcopiana officina Gregorii nostri opera, quæ quidem exstare putarentur, edita universa. Horum deinde catalo-

(a) duo mille ac pau'o plures.

quam cum inspexissem, reperi hunc etiam commentarium, quem in Latinum sermonem Dionysius quidam (a) transtulisset. Legi interpretationem hujus cupide, quod jam decrevissem labore meo superseedere. Sed enim tantum adest, lector, ut ab instituto me Dionysius revocaret, ut cum vel paulum progressus essem, animadvertentem magis etiam mihi elaborandum, ne bono thesauro literata sapientia studiosi diutius careret. Nam uti philosophus ille princeps aiebat, esse suas scholas et ἀκροάσεις, quas appellabat, editas, et non editas: sic videbam Gregorium conversum esse et non conversum, imo, si verum dicere velim, indigne fœda pollutum barbaria planeque perversum. Addita est Joan. Cononis epistola, scripta ante annos (nisi fallor) sexaginta, qua se conversionem hanc non nihil emendasse quibusdam in locis profitetur, idque de fragmento Græco, eam si leges, facile intelleges, me iniquum censorem laboris alieni non esse. Atque ut gustum quandam percipere quis possit qualis hæc sit interpretatio Dionysii, brevissime locum unum et alterum attingam; de quo vel infra mediocritatem Græcis litteris eruditi statueri possint, eoque fuerit in Dionysium Græcæ lingue peritia. Nam doctiores si ejus conversionem inspiciant, haud dubie pronuntiabunt, una, quod dicitur limra tolli erata omnia posse. Non longe abiero, in ipso lemmate primi capituli verba sunt Gregorii: Διήγησις περὶ τῶν παραγενόμενων τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως. Id Latine, sic opinor dixeris: *Narratio de iis quæ hominis ortum præcessere*. Dionysius hæc: *Expositio eorum quæ prius in hominis formatione peracta monstrantur*. In capite 15, Gregorius ait: οὐκ ἦν τὰ βασίλεια κατὰ τὴν τῶν Ἱερουσόλυμων πόλιν. *Quam præclara Jerosolymis erant palatia*? Dionysius, qui nesciret quid inter τὰ βασίλεια et τὰς βασιλείας interesset, verit: *Qualia regna erant in urbe Jerosolyma*. Ne tamen quis existimet hoc fortassis incuria librariorum irrepisse, hæc etiam deinceps repetitur, τῶν τῶν ἐκείνη τὰ βασίλεια; Dionysius, *Ubi igitur illud regnum?* et paulo post, τῆ τῶν καταστροφῆ συνηρησάθη καὶ τὰ βασίλεια, quod itidem ille sic convertit: *Et cum eorum subversione regnum quoque est destructum*. Denique ne longum faciam, consideret lector interpretationem extremi lemmatis. Nam cum ejus hæc sint verba, θεωρία τῆς ἰατρονομίας περὶ τῆς τοῦ σώματος ἡμῶν κατασκευῆς δι' ὀρίγων. Dionysius sic expressit, ut vel de hoc uno perspicere quis possit, qualis haberi labor ipsius debeat etiam post adhibitam a Conone, viro ceteroqui docto, ut apparet, limam. *De bona, inquit, corporis constitutione sive habitudine contemplatio medicinalis*. Gregorius autem eo lemmate significat, se in extremo libello suo brevitur propositum quandam altius ex ipsa medicina repetitam structuræ corporis humani contemplationem. Hæc indicare libuit, non quo veterem interpretationem, more nunc nimio apud quosdam opere recepto, traducerem; sed candide cum lectoribus communicarem, quibus causis adductus retexere non dubitaverim, quod is ante quatuor sæcula, densissimis omnem doctrinæ elegantiam tenebris obtegentibus, molitus esset. Enimvero rem ipsam aggrediar; hoc est, de quibusdam hoc in Commentario locis lectores admonebo. Proœmium Gregorii ad Petrum fratrem, Latine visum hactenus non est, quod sciam; nam conversionem hujus, adjunctam interpretationi Dionysianæ equidem nullam vidi. De epigrammatis quod dicam aliud nihil est, nisi me priora duo de tribus, quæ Aldinum exemplar habet, voluisse tantum convertere, quorum primum factum est versibus senariis iambicis (nisi quidem auctor voluisse videtur) per profecto meptis, nam rationem pedum in eis observatam

nullam esse, cuius patet erudito. Factitarum ejus generis carmina Græci posteriores, haud scio an non μισοβήροβαρα, quorum qui copiam volet, querat apud Zezani in Cassandrea Lycophronis enarratione. Alterum Niceta scriptum versibus elegantius. Ceterum quod adjectum erat distichon, omisi prorsus, quanquam haud dubie auctor ejus se preclarum in genere novo carminis inveniendo posuisse putaverit, qui de mei quidem iudicii sententia multo facturus erat melius, si ad pristinas pandendi carminis leges accommodatum aliquod epigramma condidisset. Hoc vero hujusmodi est:

Νυσσαῖος ἀγαλειότο τόδε πρῆγμα,
Ἄτρεκέως ἀγορεύον τὴν μερῶν τετρακτῖν.

Voluit significare, confectum librum hunc esse ab Gregorio inter Nyssenos illustrissimo, qui præclare quaternionem hominis enarrat. Versus ipsos appellavit ἐλεγεῖοσφῶνος ἐκ τοῦ ἐναντίου. Itaque sic eos legi voluit, inchoatos a voce postrema, duabus tamen primis in collocazione precedente dictionibus transpositis:

Τετρακτῖν μερῶν τὴν ἀτρεκέως ἀγορεύον,
Μῆρημα τόδε τοῦ Νυσσαῖος ἀγαλειῶ.

Sed de his satis. Ne tamen pro eis ejectis nihil reponeretur, Theodori Prodromi versus substitui, quibus, nisi fallor, æquæ lectores magis delectabuntur, quanquam et ipsi eo tempore facti sint, quo jam vetus elegantia doctrinæ mirum quantum in Græciâ degeneraverat.

De his verbis apparet hujus libri, continua ceteroqui serie scripti, in capita distinctiones factas illas quidem esse ab auctore; sed subjectas proœmia, sicuti nos etiam fecimus. Ea vero quasi lemmata certis deinde locis inserta quibusdam ab aliis esse, multa indicio sunt. Nam et Græco in exemplari aliter collocantur atque in Latina Dionysii editione, qui secutus est distinctionem librorum, quibus ipse usus est, et multa perperam sunt posita que referri ad alia loca debebant. In lemmate cap. 24, quedam sustuli, nam adjecta erant hæc verba, ὡς ἂν τις καὶ τῶν ἐξωθεν προσαχθεῖη πιστεῦσαι τῇ Γραφῇ περὶ ἀναστάσεως διδασκούσῃ. hoc est, Ita ut etiam aliquis ab Ecclesiæ doctrinâ alienus (nam hos exteros Græci theologî vocabant) adducatur, ut litteris sacris de resurrectione docentibus fidem habeat. Videbam nihil in hoc capi e tale proponi, atque etiam hæc referenda esse ad caput quod proxime consequitur. Dionysium deinde animadverti fecisse idem quod ego statueram. In lemmate capituli 29, quod dicitur, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ψυχὴν τε καὶ σώματι τὴν αἰτίαν τῆς ὑπάρξεως εἶναι: putavi recte et perspicere vocem, αἰτίαν, per eam reddi, quæ Græcis est ἀρχή, nobis principium, nam usurpantur hæc promiscue a philosophis in disputationibus hujusmodi; noster etiam Gregorius infra in ipsa disputatione a. t. μίαν αὐτῶν καὶ κοινὴν τῆς συστάσεως τὴν ἀρχὴν ὑποτίθεσθαι, si quis totam loci sententiam diligenter consideraverit, idem mecum statuet.

Col. 159 B. Sed ubi nobis Anom. Pro Anomæis, apud Dionysium Eumoniani leguntur, idem utraque lectione significante. Nam Eumoniani etiam Ἄνομοι dicebantur, quod dissimilem Patri Filium esse debebant. Tradit hoc eximius Nazianzeni Gregorii interpres Elias, Crete metropolitanus, in enarratione orationis adversus Eumoniam, quam Gregorius προδιέλεξιν appellavit. Quia vero necesse publice visus est is Elæe commentarius (b), utilis profecto et elegantissimus, quo mirifice Nazianzeni sublimis tam verbis quam sententiis oratio illustratur; placet ipsius verba hoc in loco ponere, quæ licet, (ut opinor) aliquam legentibus hæc adferent. Πρὸς Ἐβνομιανούς, inquit, explicans orationis argumentum, ὁ λόγος, τοῦς τῆς αἰρέσεως Ἐβνομίου, τοῦ δια-

(a) Cognomento Exiguus. Vide *Patrologiæ Latine* tom. LXXVII.

(b) Exstat in editione nostra Nazianzeni. Vide tom. XXXVI *Patr. Græcæ*.

δεξαμένου τὴν αἴρσιν Ἀετίου τοῦ Σύρου, καὶ προσθήκῃς βλασφημίας ταύτην αὐξήσαντος, καὶ ἐν Κυζίκῳ ἐπισκοπήσαντος. Ἀρειανὸς δὲ ὁ Ἀέτιος· τούτους δὲ τοὺς Ἐβνομιανούς καὶ Ἀνομοίους λέγουσι, καὶ Ἐβνοκουσίους· διὰ τὸ ἀνθρώπων τῶν Πατρῶν καὶ ἐξ οὗκ ὄντων διαβρῆθῆναι ἔδωγράτιζον τὸν Υἱόν, hæc ille. Quibus significare voluit, Gregorium scripsisse orationem hæc ad Eunomianos, sectatores videbet Eunomii. Fuisse autem Eunomium Aetii Syri successorem in propagatione doctrine impie et absurde, quam etiam execrandis opinionibus adauxerit, eundem Cyzicene urbis antistitem fuisse; Aetium autem Ariti fuisse discipulum; atque hos Eunomianos etiam appellatos esse Anomæos, et Eucottinos, propterea quod Filium Patris dissimilem esse, deque nihilo ortum, manifesto traderent. Quæ omnia vera esse patet de ipsius Gregorii verbis, nam Eunomianos reprehendens, qui controversias de doctrina Ecclesie eorum impiis in iudicium deducerent, inquit: Τί γέννησιν ἀκούει Θεοῦ, καὶ κρίσιν, καὶ Θεοῦ, ἐξ οὗκ ὄντων, καὶ ἕτερα ὁ πικρὸς τῶν λεγομένων ἀκρατής; Quamobrem, ait, vel generationem Dei, vel etiam creationem, vel ortum ipsius de nihilo, et cætera, audit acerbus his ipsis in rebus arbitri? quibus verbis significat Eunomianos usos fuisse, quoties de Filio Dei dissererent. Habes igitur brevier indicatam a nobis rationem, hector, quamobrem et in Græcis libris Anomæi, et in conversione Dionysii, Eunomiani recte legatur. Etiam quidem ipsum cum Gregorio nos, si vitam facultatesque Deus Opt. Max. concesserit, propediem exhibituri sumus, utrumque Latine loquentem studio et industria nostra, quin et Gregorii quedam hætenus non visa, in lucem boni publici causa proferemus.

Col. 145 D. *De his enim verbis.* Pro vocabulo ζωτικῆν, quo vivendi vis significatur, animadvertimam exaratis in libris positum esse σωρατικῆν δύναμιν. Id indicandum esse putabam, quoniam ipse lectionem priorem probarem. Gregorius quidem ipse non multo post vocat τελείαν ἐν σώματι ζωὴν, quod libri scripti lectionem confirmare videtur.

Col. 146 A. *Ex quo illæ semper.* Pro eis προσθήκην τῶν τρεφομένων, liber manuscriptus habebat τῶ τρεφομένῳ, non incommode: quando referri hoc et ad τὸ κατὰλληλον, et ad προσάχροντα potest.

Ibid. Sensus tamen. Pro καὶ τὸ κατ' αἰσθησιν οἰκονομῆσαι. Liber idem manuscriptus habebat οἰκονομῆσθαι.

Ibid. C. *Licet hæc de Apost.* Quod exstare dicit hæc Pauli verba in Epistola ad Ephesios, si profertur ab ipso est Gregorio, *μνημονικὸν σφάλμα* putari debet; sin a librariis *γραφικόν*. Nam reperitur hæc in Epistola ad Thessalonicenses altera, capite quinto. Dionysius vertit: *Nam et Apostolum tale aliquid cognoscimus intimare, ubi pro Thessalonicensibus orans ait.*

Col. 150 C. *Tanquam plectrum.* Ad verba πλῆκτρον δῖκην, adjecta vox erat in libro manuscripto ὄργανου, rectene, an secus dispiciat qui valet; nam nos notas solummodo quasdam adijcere decrevimus, non integras omnium explicationes, quæ occurrant.

Ibid. Ὡσπερ ἐν συνῳδῶ τινί. Hæc verti, *mutuo consensu*; diversam ab Aldina, ipsaque etiam manu exarata editio scripturam secutus; hæc enim habebat Ὡσπερ ἐν συνῳδῶ; Aldina vero ἐν συνῳδῶ, pro quo συνῳδῶ restitui, quando sic legendum esse verba Gregorii cætera declarant, si quis ea diligentius consideret.

Ibid. D. *Tibiæ similes.* Meatum tibiæ consimilem dixi, qui Græcis est αἰλοειδής, quod vocabulum hoc loco r. posui, cum in editioe Aldina legeretur τὸν αὐλὸν δῆ, liber autem manuscriptus opinionem meam comprobaret. Vocabulum proxime hoc antecedens *κακλωτέρως* retinui, cum in manuscripto legeretur *κακλωτερεῖς*, sententia prorsus eadem.

Col. 151 A. *Quod eorum vocant.* Pro ἴθμον, quod *colum* verti, scriptum erat in libro manu exarato, τοῖ, περὶ τὸν ἴσθμον χόνδροις, hoc est cartilaginibus quas sunt circa isthmum: sic autem appellant interiora versus guttur oris loca Græci, sumpta voce hæc ab iis terrarum regionibus, quæ quasdam angustias habent, protendente se inter maria duo quodam quasi terræ collo: sicuti fit in isthmo Corinthiensi: estque adeo inter duo maria ἴσθμός, quod terras inter fretum, ut Siculum, ut Hellesponticum, ut Bosphoranicum, cætera. Utrum vero vocabulum rectius hoc loco retineatur, dispiciant, qui volent, ex anatomicis: mihi satis est, indicasse scripturam veterem. Quod autem eodem hoc loco legitur γεγωνεῖσαν τὴν ἡγῆν ἀπεργάζεται, in eo pro τὴν ἡγῆν legebatur in manuscripto libro αὐτῆν, quod referri videtur ad φωνήν, idem utraque lectione significante.

Col. 151 B. *Si grave molestumque.* Legebatur in Aldina editioe, Εἰς τὸ βαρὺ τε καὶ ἐπιπόνον τῆς κατὰ τὴν βροχίαν λατρείας τοῖς χεῖλεσι τὴν χρεῖαν τοῦ σώματος ἐπορίζομεν, quæ cum esse corrupta viderem, pro eis substitui nostra in editioe ei, et ante τὴν χρεῖαν addidimus *πρός*: ut jam plana sit sententia, quam in conversione expressimus.

Ibid. C. *Mentis oppidum.* Cum legeretur in Aldina editioe, κατὰ τὴν τοῦ νοῦ πόλιν, pro κατὰ reposui καὶ, quod animadvertentem mendis plurimis apud scriptores Græcos occasionem præbuisse ductus elegantes litterarum, quibus non magno spatio litteræ phusæque interdum comprehenduntur. De hoc vir maxima doctrina et humanitate Guillelmus Canterus, quem ut amicum præcipuum benevolentia causa nomino, nulla extremo in *Aristide* suo notavit.

Col. 154 B. *Menti insinuata.* Cum in exemplari Aldino esset, Εἰσοικιζόμενον, ἢ γεύσεις, ἢ ὁσφρησις, ἢ ἀκοή, πολλὰκις δὲ ἢ ἀψῆ, καὶ ἢ ὄψις, non dubitavi locum depravatam sic emendare, ut legerem: ἢ γεύσει, ἢ ὁσφρησει, ἢ ἀκοή, πολλὰκις δὲ καὶ τῆ ἀψῆ, καὶ τῆ ὄψις: quod probatum os homines eruditos confido.

Ibid. D. *Per sensum divers.* Legebatur antehæc, ὅταν αἰσθητικαῖς δυνάμεισι, pro quo restitui: ὁ ἐν αἰσθητικαῖς δυνάμεισι. Hoc enim ipsa verborum sententia postulat; etiam Dionysius ita legit.

Col. 158 C. *Quem ab isthmo.* Hunc locum, ductus et conjecturis et rationibus, sic restitui, cum antea legeretur, ἐπὶ τὸν ἴθμοειδῆ· pro quo, ἴσθμοειδῆ reposui. Est autem paulo etiam ante significatum in annotatione Col. 151 A, pro ἴθμον, scriptum in libro manu exarato fuisse, ἴσθμόν, cap. 9. Quapropter idem arbitror accidisse in hoc loco. Est enim ea verborum Gregorii sententia, gustatum fieri per nervorum sarculos, qui a meningæ profecti per cervicis vertebrae tandem ad os deferantur. Nam qui fieri potest, ut in ἴθμῳ sive colo fiat gustatus, qui sunt musculi circa colum? Quod, nisi vehementer fallor, lingua gustatus est organum: sunt autem linguæ radices in ἴσθμῳ, quapropter ortos a cerebri membrana sarculos nerveos musculis in ἴσθμῳ inseri putandum est, itaque gustatum fieri. Sed hæc medicis, præsertimque peritis disciplina quam ἀνατομικῆν vocant, relinquo. Infra autem reposui, *νοσερὸν ἀτμόν*, ex libro manuscripto, udem halitum, pro *νοσερόν*, quod est in editis. Et non multo post, pro βᾶσιν, legebatur *μύσιν*; quod mutandum tamen non putavi.

Col. 166 C. *Somno laxatum.* Pro λύσιν ἐμποεῖ δὶά τοῦ ὕπνου, liber manuscriptus habebat, ἐπινοεῖ, quæ lectio mihi quidem non incommoda visa est, retinui tamen Aldinam.

Ibid. Cum sol radios. Pro ὅταν ἐπιλάμψῃ, legebatur in libro manuscripto ἐπιθῶνψῃ, mihi quidem videtur ellicacitas, ut ita dixerim, major in hoc esse, quam in ἐπιλάμψῃ. Et Gregorius noster in extremo capite, non procul a principio, verbo διαθάλπειν usus est, cum ait, tres in primis esse fa-

cultates vite nostre tanquam administras, quarum prima calore suo cuncta διαθάλπει, etc.

Ibid. D. Paulatim evap. Retinui lectionem libri Aldini, ἐξαπαυδόμενοι διαφθοροῦνται, *pussini se permiscerent*; quamquam statuerem, rectus in libro manu exarato legi διαφθοροῦνται, hoc est *sparguntur*. Paulo post legitur, μηχανικῆς μόλυβδίνης, pro quo ex libro manuscripto restitui, μηχανῆς μόλυβδίνης.

Ibid. Sensus in corpore. Pro ἀρεμοῦσης ἐν τῷ σώματι τῆς αἰσθησεως, liber manuscriptus ἡρεμοῦσης habebat sensu eodem, paulo post συνθεξιούσης, pro συνθεξιούσαι quod secutus sum.

Col. 167 A. In rectum extendatur. Pro δι' εὐθείας ἀποτείναι, vetus ille, quem dixi, liber habebat ἀποκρίθηναι. Et paulo post, pro ἀποληθθέντος, ἀπολειφθέντος, quod indicare volui, quamquam neutrum probarem.

Ibid. C. Licet hoc quoque. Cum antea legeretur, τεκμήριον δὲ τὸ, καὶ ἐν τόποις τε καὶ ἀρχαῖς πολυλάκις δοκεῖν εἶναι, καὶ ἕτερα, reposui lectionem genuinam, τεκμήριον δὲ τὸ, καὶ ἐν ἀτόποις, καὶ ἐν ἀρχαῖς πολυλάκις, etc., a iustus in hoc manifesta libri veteris scriptura.

Ibid. D. Itaque mihi. Aldini libri cum haberent, φράσι δὲ τῆς κατὰ τὸν νόον καὶ τὴν αἴσθησιν ἐνεργείας, admonuit me liber manuscriptus esse legendum, ταῖς κατὰ τὸν νόον καὶ τὴν αἴσθησιν ἐνεργείαις, de quo plana et perspicua sententia colligitur, animo secundum facultates præstantissimas quiescente, secundum mentis nimirum et sensuum actiones, solam partem illam, qua nutriendi vim habet, nobis dormientibus officium facere. Quod quidem ita esse, ut Gregorius tradidit, quamquam probari de philosophorum libris etiam posset: tamen omissis horum testimoniis elegantissimos pacto veteris Petronii Arbitri versus potius recitandos putavi, qui nuper antiquis in schedis inventi, et a G. Caetero prolati sunt:

Somnia quæ mentes ludunt volantibus umbris,
Non delubra deum, nec ab æthere numina mittunt:
Sed sibi quisque facit: nam cum prostrata sopore,
Languent membra, quies et meus sine pondere ludunt.
Quidquid luce fuit, tenebris agit: oppida bello
Qui quatit, et flammis miseranda sarvit in urbes,
Tela videt, versasque acies, et suæva regum,
Atque exundantes perfuso sanguine campos.
Qui causas orare solent, legesque, forumque,
Et pavido cernunt inclusum corde tribunal.
Condit avarus opes, defossamque invenit aurum.
Venator saltus canibus quatit, eripit utilis,
Aut premit eversam poriturus navita puppin.
Scribit amatori meretrix: dat adultera munus:
Et canis in somnis leporis vestigia latrat.
In noctis spatio miserorum vulnera durant.

Hæc in versibus, lector, plane rotundis et præclare factis, vides idem dici, quod Gregorius tradidit. Nam quod noster ait, quiescere præstantissimas animi per somnum facultates, quibus solis prolecte a prudentia, integreque mentis actiones sint tribuende, id Petronius sic extulit, ut dicat mentem quietemque per somnum sine pondere ludere. Pro perfuso autem sanguine, potius esse legendum profuso, existimo. Et versus penultimus,

— *canis in somnis leporis vestigia latrat.*

sententiam habet non plane diversam ab ea, que est in versu Theocriteo, in *Idyllio* ad Diophantum:

πῶς κῶνον αἰτωρς μιν τεύεται. — —

omnem caniculam in somniis sibi quasi vaticinando paves polliceri. De quo ipso patet, ellici a parte in nobis rationis experte insomniâ, ceteroqui nobis cura animantibus ratione carentibus communia non forent.

Ibid. Per vim animi. Cum esset in editis libris, ἀπερ αὐτῆ διὰ τοῦ υπηρουνευστικοῦ τῆς ψυχῆς εἶδους

ἐνετροπόθη, secutus auctoritatem libri veteris manuscripti, pro αὐτῆ reposui αὐτῷ: quod referendum esse ad τὸ θρεπτικόν, facile quisvis intelligit.

Ibid. Sed confusis. Aldini in libris cum legeretur, ἀλλὰ πεφορημέναις τισὶ καὶ ἀκολούθοις ἀπάταις περιπλανώμενος, idque vitio non carere perspicerem: consulto libro manuscripto, inveni legendum esse πεφορημέναις τισὶ καὶ ἀκολούθοις ἀπάταις, etc. Est autem facilis litteræ υ in ο commutatio: sicut apparet de his etiam, que supra significavi de hoc ipso verbo, et in cap. 2, non procul a fine, ὑποκεῖσθαι τὴν ὄλην habet Aldina editio, cum legendum omnino sit τὴν ὄλην.

Col. 170 C. Simul mentem. Retinui lectionem Aldinam, tametsi pro ἡρεμοῦντος συγκαταπαύεσθαι, legeretur in vetere libro ἡρεμοῦντι συγκαταπαύεσθαι.

Ibid. Non eleganter. Aldini libri habent, οὐ κατ' ἀριθμὸν προάγει τὸ μέλος: pro quo reposui vocem multo magis huic loco convenientem, quam in libro manuscripto reperi, οὐ κατὰ βυθὸν προάγει, etc.

Ibid. D. Velamentis. Retinui lectionem Aldinam, προκαλύμμασι τισιν ἀμφιβάλλοις ἐπισυστάζουσα. Liber autem vetus habebat, προκαλύμμασι τισιν ἀναμφιβάλλοις ἐπιστάζουσα: quam lectionem annotare volui, non indicata sententia mea; verbum quidem ἐπιστάζειν Hesychius interpretatur, διεχονοεῖν, καὶ ἀπορεῖν καὶ ἀμφιβάλλειν.

Col. 171 D. Consentanea. Καταλλήλω τῷ πάθει, erat in libro vetere scriptum: quod retinui. Editi habent, καταλλήλω.

Col. 174 A. Quod igitur. Ὅπερ συμβουλευθεῖσθαι ὑπὸ τῆς νόσου τῆς νήφσεως ἢ φύσις ἔπασχειν. In his verbis νήφσεως vocabulum significationem habet συνέσεως, vel νουνεργείας, deductum a verbo νήφειν. Nam sobrii maxime sapimus: cum δὲ νήφειν sit ἄρθρον φρενῶν, secundum illud ἐπιχειροῦμεν, quod ad Quintum Fr. M. Cicero recitat. Itaque sic de verbo ad verbum locus hic sonat: Quod igitur hebetata per vim morbi intelligentia nature accidit, etc.

Col. 178 A. Prope a vita. Retinui lectionem pristinam, ὡς οὐ πόρῳ τῆς φυσικῆς ταύτης, etc., quod cornu natura prope a vita illa rerum naturalium absit. Hoc tamen indicare volui, me hoc loco, et supra in cap. 8 animadvertisse, Dionysium φυσικὴν ζωὴν, que, ut Gregorius ait, περὶ τὰ αὐτὰ θεωρεῖται, interpretatum esse surrectum, quapropter cogitare corpī, anne legerit φυσικὴν ζωὴν, vitam plantis convenientem? Tametsi ne hoc quidem ignorem, philosophos ceteros etiam naturalem animam dicere, que in plantis existat.

Ibid. C. Etiam exterius. Cum in Aldinis libris legeretur, οὐ γὰρ περιλαμβάνεται τὰ ἀτόματα περιλαμβάνει τι, quam minima facta mutatione, quod sic legi debere non dubitarem.

Ibid. D. Τούτων οὐκ. In lemmate, pro τούτων οὐκ ὄντων reposui, τούτων οὐκ ὄντων cum hæc non sint in exemplo principe, videlicet in Deo; postulat hoc verborum sententia.

Col. 179 D. Idcirco rursus. Pro ἦτις ἄρα γένοιτο χειροχρησία, sicut hactenus legebatur, reposui εἰ τις ἄρα, sensu plano, et cuiusvis perspicuo.

Col. 182 A. Invenimus. Pro εὐρίσκομεν, restitui εὐρήσομεν. Levisculum hoc, sed indicandum tamen putavi: ut nihil me temere loco veluti movisse lector intelligeret, quantumvis non magni momenti esse videretur.

Col. 186 C. Idcirco per hanc. Ut esset lectori magis aliquanto perspicua orationis sententia, liberius converti hunc locum, luculentius, ὅ τις enim, quod bis positum hic a Gregorio est, cum sit δευτερικόν, tantumdem valet atque ἀπορόν τι, quemadmodum dialectici loquuntur. Nam cum in aliquem intuens, hunc hominem dico, non speciem intelligo, sed individuum. Sic ergo Gregorius noster

ait, verba isthæc intelligenda, *Faciamus hominem ad imaginem nostram* (Gen. 1, 26) : nimirum de tota specie, non de Adamo, qui est, ὁ τις ἀνθρώπος, hoc est individuum. Feci hoc eo lubentius, quod vilem hæc confuse et sine ratione a Dionysio reddita.

Ibid. D. *Non enim imago.* Aldina editio habet, ἐν τινι τῶν καθ' αὐτὴν θεωρουμένων, pro quo legendum censui τῶν καθ' αὐτὴν, non nisi alieni concessa est homini peculiariter. Et paulo post, ante πᾶν ὡσαύτως, collocavit particulam ἕτι, quæ desiderabatur.

Col. 187 B. *Equidem hæc.* Pro ὅστις ποτὲ ὄν, restitui ὅστις, quæ vox ad λόγος refertur, sensu manifesto.

Col. 190 B. *Eadem igitur.* In Aldina editione legitur, οὗτος ἂν καὶ ἐπὶ τῶν βραχὺ τι, etc. Ego vero οὗτος commutavi in ὁ αὐτός, id quod referri debet ad πλεονασμῷ τρόπος, quæ verba præcedunt, atque ita etiam verti.

Col. 191 A. *In quibus dupl.* Aldina editio habet διαγλύφους μορφὰς pro διγλύφους μορφὰς : sic enim necessario legendum est.

Col. 194 A. *Ab hac enim.* Diurnam irati animi acerbiteriam dixi, quo vocabulum μήγης exprimerem. Nam hoc Græcis ἐπιμουν γόλον significat, ut Didymus tradidit. Eustathius etiam παρὰ τὸ μένειν vocem ipsam deducit, hoc est, a durando. Distinguit enim hæc tria, μῆγην, ὀργήν, ἔθυμν. μῆγην ait esse μόνιμον ὀργήν, παρὰ τὸ μένειν : iram durabilem, ut ita dixerim, et quæ non facile extinguitur, dictam a durando, ὀργήν esse tradit ὄρεξιν ἀντιλυπείσεως, παρὰ τὸ ὄρεγεν μονιμότερον τι δηλοῦσαν ἢ θυμὸς, hæc est, esse libidinem ulciscendi sese, vicissimque inferende injuriæ, dictam ab ὄρεγεν, quo l valet appetere. Significare autem perturbationem durabiliorem, quam quæ per vocem θυμὸς intelligitur. Nam θυμὸν dici παρὰ τὸ θέειν, ὃ ἔστιν ὀργῆν, commoveri subito, ut sit θυμὸς quasi θύαμος, quo significetur ζήσας καὶ ζέσας περιχαροῦς αἵματος, hoc est, commotio et quidam veluti fervor sanguinis cordi vicini. Idem patet de libello *Definitio* Gregorii Nazianzeni, quem haecenus non visum publice, in lucem (Deo juvante) proferemus. Sic enim ille versibus iambicis, quibus eo in libello usus est, θυμὸς definit, et ὀργήν.

Θυμὸς μὲν ἔστιν ἀθρόα ζέουσα ψερσέξ.
 Ὄργη δὲ θυμὸς ἐγγύμων, ὃ δ' εἰς κατῶν
 Μνήμων λογῶν τε, μνησικακία τυγχάνει.
 Est fervor animi subitus iracundia.
 Sed ira durabilior hac : addus cui
 Si damna et insidias, fiet μηχανικαία.

Denique Gregorius noster hoc etiam significavit, cum θυμὸν appellat ὠκύμορον τι, quiddam nimirum momentaneum, et cito evanescentem instar bullæ.

Col. 195 D. *Momentaneum.* Cum in libris Aldinis legeretur τὴν παροδικὴν καὶ ἀπρόβητον ταύτην τροφήν, non coherere verba hæc animadvertibam : itaque pro ἀπρόβητον reposui ἀπρόβητον, quo l est a fluendo factum, sicut infra Gregorius in extremo capite usus est ejusdem originis vocabulo ἐπιβήτους ὕλη, aliunde affluens materies.

Col. 196 B. *Exitium occultent.* Legebatur in Aldina editione, ἐγκεκρυμμένην ἔχοντα τὴν διαφορὰν, et Dionysius etiam sic legerat. Vertit enim permistam differentiam. Ego vere non dubitavi ab utroque dissentire, ac pro διαφορὰν restituere διαφορὰν. Nam paulo ante dixit Gregorius noster, ἐν τῷ βᾶθει τὸν δλεθρὸν οὖν τινὰ δόλον ἐγκεκρυμμένην ἔχοντα. In fundo mali perniciēs est veluti quædam fraus latens. Quod igitur ibi est δλεθρὸς, id hoc loco est διαφορὰ, sententia ipsa plana et perspicua. Vitia, inquit, omnia prima vice videntur expetenda, cum exitium occultent. Et non multa post, ipsum hoc διαφορὰς vocabulum rursus usurpavit, ὃ (nimirum τοῦ κακοῦ) τὴν γνώτην, θανάτου καὶ διαφορὰς ὀργήν γίνεσθαι. Mali dicit cognitionem, quæ fiat per experientiam, causam intium-

que mortis et interitus esse. Sed enim satis hoc jam arbitror esse declaratum.

Col. 202 D. *Rotundi corporis.* Lilet hoc loco discrimina umbrarum, quas spherica sive rotunda corpora efficiunt, oculis subicere, quo verba Gregorii sint iis aliquando clariora, qui exercitati minus in philosophia sunt. Aut corpus sphericum lucem emittens, opposito corpore spherico solido et non pellucido, sive quod διαφανές non est, minus est ; aut par, aut majus. Si minus, umbram efficit ejusmodi, quæ propter corpus solidum minorem diametron habebit : quoque recedet ab illo longius, eo fiet amplior cum orbis umbra, tum ejusdem dimetiens. Si æqualia sunt utraque corpora, æqualis etiam ipsis erit umbra. Si denique majus erit lucidum corpus, umbra minor etiam opaco corpore, diametrum ejus quod attinet, facietur. Sed enim antequam hæc singulari figuris propositis in plano declarem, fuerit operæ pretium, theoremata quoddam demonstrando a nobis quasi constitui, quo percepto erunt cetera deinceps facillima. Est autem hujusmodi : Omne sphericum corpus, a quo lux spargitur, illustrat corpus itidem sphericum, se minus plus quam dimidia parte, etc. *Reliqua ommissa sunt.*

In eo quidem, quod ait Gregorius κατὰ νότου τὸ πῶτος κωνοειδῶς κατακλιεσθαι, tenebras a tergo cono instar elaudi : sic intelliges κατὰ νότου, ac si diceret, ea ex parte, qua parte nos umbra cooperti continemur. Nam ut homo intuiturus aliquid, vertit ad id partem corporis anteriorem : sic existimato, terra partem, quam sol respicit, anteriorem ; aversam vero a sole, quasi quoddam ejus tergum esse.

Col. 205 A. *Ut rursus in luce.* Aldina editio corrupta hoc loco est, verbis neque collatis recte, neque distinctis ; sic enim habet : Ἠδὲν ἐν φωτὶ βιοτεύομεν κατὰ τὸ ἀπειροπλάσιον, ὡς πρὸς τὸ τῆς κακίας μέτρον, etc. Ego vero sic ea collocavi et distinxi : Ἠδὲν ἐν φωτὶ βιοτεύομεν, ὡς κατὰ τὸ ἀπειροπλάσιον πρὸς τὸ τῆς κακίας μέτρον, etc. Itaque locum hunc etiam sum interpretatus. Dionysius quidem monstra verborum habet, quæ me non intelligere fateor. Sic enim reddidit : *Rursus versumur in lumine per secula nullis comprehensa terminis, veluti mensuram umbræ bonorum superexcellentem substantiam.* Sequentis in capitis lemma pro χρόνον τισὶ περιβόεις, reposui χρόνον : capitis autem initio, ἀλλὰ τὸ τῆς δυσουθίας, etc. particulam τὸ supervacaneam sustuli.

Ibid. D. *Nam Adamus.* Ἐγγύων πλάσμα, Adam ab Adamah, terra, eam sic dictam voluit a tubedine ; rubram enim esse in oriente. Quin et sanguis eadem lingua dictus a colore rubro.

Col. 207 D. *Deus es exercit.* Ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων, reddidi libens, qui *Deus es exercituum.* Nam in lingua princeps, de qua sunt hæc conversa, vocabulum usurpatum, nisi fallor, significat copias et exercitus, sicut et Græcum δυνάμεις sæpe ἀντὶ τῶν στρατιῶν sumitur. Annotavit hoc Theodoretus non procul ab initio libelli sui, quem appellavit θεῶν δογματίων ἐπιτομήν, ubi de Dei nominibus Hebraicis agit. Eam cum nonnullis aliis Theodoretus scriptis cum anno superiore convertissem, amisit nescio quo fato, subreptum nebulonis cujusdam furto, qui in chartis diligenter compactis aliquid esse numerorum suspicatus erat. Aderat tum mihi vir doctissimus Theophilus Petri F. Dasypodius Argentinensis, LL. prolytes, qui sane casum hunc permolestè ferebat. Nam forte me Basilicam iter facientem benevolentie causa deducebat, eum de illorum librorum editione cogitare : quos jam antea illustri domino Georgio Erpachii comiti promiseram. Sed hæc

*Demus protervis in mare Creticum
 Portare ventis.....*

ut ait elegantissimus poeta; potiusque in id inebriamus, ut alia significatione studium nostrum erga comitem sapientissimum, et ordinis sui facile principem, etiam eruditione doctrinæ, declaremus, in quo fortunari conatum animi nostri a Deo Optimo Maximo petimus, et fortunatum iri confidimus.

Col. 210 B. *Nunquam apparentibus*. Liber Aldinus habebat, εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινόμενων τὰ βλέπόμενα γηγρονέσθαι, nimirum corrupte. Facilis autem emendatio cum ex sensu, tum Apostoli verbis, legendum enim: Ἐκ τῶν μὴ φαινόμενων τὰ βλέπόμενα γηγρονέσθαι, etc.

Col. 215 A. *Et elegantiam*. Pro eo quod est in editione Aldina, τὸν ἐκρανισμὸν τοῦ κάλλους ἐκείνου, malui legere, τὸν ἀφανισμὸν: cuius vocis vim Græce docti intelligunt. Etiam non multo post, initio sexti et vicesimi capituli, iterum ab Gregorio est usurpata, cum ait: Ἀρχαίον νεκρῶν τὸν ἀφανισμὸν. Elegans autem hic locus est, in quo recte reipublice Iudæorum eversio, quæ sub Vespasiano ac Tito imp. accidit, ad probandum resurrectionem ex mortuis fore, producit. Nam Dominus ipse huic statim subiicit vaticinium eversionis τῆς κληρονομίας, cum qua iudicium de genere humano ex morte resuscitato conjungitur. Quod si illis eventus respondit (et respondit omnino, quemadmodum historiarum monumenta testantur), nimirum et proximum vaticinium exitus comprobabit, sed hæc extra, quod aiunt, oleas. Verum abduxit me longius cogitatio de vi vocis ἀφανισμὸς, quæ aptissime gentis hujus exitio declarando congruit. Sæculis enim totis jam quindecim ne vestigium quidem reipublice ipsorum apparuit, adeo abolita sunt omnia inque nihilum redacta.

Col. 222 A. *Prodigio*. Libri Aldini habent, δι' ἐνεργεστέρου θαύματος, efficaciore miraculo. Ego scripsisse Gregorium non aulibito, δι' ἐναργιστέρου θαύματος, illustriori miraculo: itaque hæc in editione locum hunc legi volui. Quin et Dionysius eodem modo legit; vertit enim, *Manifesto miraculo*. Sunt eadem voces etiam infra inter se permutatae, sicuti suo loco notabitur.

Ibid. D. *Commigrantes*. Πρὸς τὴν ζωὴν ἀναλύοντας, converti, rursus in ritum commigrantes. Atque hoc loco facere non possum, quin quæ hujus verbi vis sit ostendam: arbitror autem, Græcæ linguæ studiosis operam meam non ingrati futuram esse. Duo sunt apud Græcos vocabula, καταλύειν et ἀναλύειν, quorum diversa est significatio. Nam καταλύειν, significationem inter alias elegantem habet, aliquo divertere. Plutarchus Poplicola, nisi fallor, ὅπου καταλύσει οἱ πρέσβεις, quas in ades legati diverterant. Codex Plutarchianus ad manum non erat, ceteroquin locum quaesivissim, existimo tamen esse hæc ipsius in Poplicola verba, quo loco de vindicio servo narrat. Hinc et κατάλυσις, vocabulum militare, de quo Hesychius in voce σταθμοί, et κατάλυμα pro καταγωγῆσι diversario usurpat. Historia sacra in commemoratione de ortu secundum humanam naturam Christi: *Non erat locus ἐν τῷ καταλύματι, in diversorio (Luc. ii, 7)*. ἀναλύειν contra significat, de loco migrare, in quo fueris: sive ἀνακαρπεῖν, ut ait Elias Græcæ antistes, quodam loco verbum hoc explicans. Sic interpretari verba Paulina Phil. Melanchth. solebat, ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλύσαι καὶ εἶναι σὺν Χριστῷ: cum singulari desiderio tenear migrandi, ut sim cum Christo. Eleganter profecto: nam sic Græci loquuntur. Indicabo locum tantum unum, ne longius lectorem detinam. Athenæus in libro, si recte meminimus, *Δειπνοσοφιστικῶν* iii, dixit hac significatione, ἀναλύειν ἐκ τοῦ θέλειου, abire de convivio. Noster quidem Gregorius eodem modo vocem hanc cepit, non hoc tantum loco, sed etiam aliis. In cap. 14, sub finem: Εἰς φθόρον ἀναλύσει τὴν κίνησιν· *Vergit motus ipsius ad interitum*. Quin etiam id

quod hoc loco dixit, πρὸς τὴν ζωὴν ἀναλύειν, paulo post quasi explicat verbo ἐπαναλύειν, quod valet redire, ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπὶ ζωὴν ἐξ ἀναστάσεως ἐπανελθόντων. Dilectum hoc etiam ab iis, inquit, qui per resurrectionem in vitam redierunt. Et in capite sequenti, cum dixisset, τὴν γῆν πρὸς τὴν γῆν ἀναλύεσθαι, *terram ad terram reduci*: subiicit, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀέρα προσχωρεῖν τῷ ὁρατῷ· *sed et ærem ad res sibi cognatas se conferre*, quibus in verbis vides τὸ ἀναλύεσθαι explicari per προσχωρεῖν. Eadem significatione Gregorius et ἐπαναλύειν usurpavit in cap. 27. Et nomen ortum a verbo ἀναλύειν, pro reditu sive ἀνακαμψει, ut Elias interpretatur, earundem rerum ad statum pristinum, in cap. prox. sequente, itemque 27. Verum modus ἐν ταῖς σχολικαῖς παρασημειώσσει ταύταις aliquis esto.

Col. 225 A. *Valere jussis*. Utrumque opinor recte legitur, et ἐβρόσθαι φράσαντες, et ἐβρόσθε: sicuti Latina etiam in lingua, valere jubere, et valedicere.

Col. 226 C. *Quis obsecra*. Verbis hisce, τίς πόνος τῆ θεῆς δυνάμει κωλύσαι τὸν αἰκείων τὴν συνδρομήν; hoc est, *Quis labor divinæ potestati fuerit conuatorum concursum impedire?* His ergo verbis mendum subesse opinor. Dionysius certe negantem particulam inseruit, *divina potestate non prohibente*. Quanquam ipsius etiam conversio sic est confusa hoc loco, ut colligi de ea sensus nullus queat, quod nisi vidissem apud ipsum verbum prohibere, suspicari quis potuisset, pro κωλύσαι, legendum ἀνύσαι sensu non incommodo. Si animus ipse quod sibi cognatum est colligit, quanto magis Deus efficere potest, ut in resurrectione quod suum est quisque recuperet? Sed enim considerata hæc aliis relicto.

Cum ait, *Qui de principiis scripserunt*, intelligit Origenem Leonide F. quem plerique Græci, inque his Nicephorus, fere κακὸφρονα vocant: credo propterea, quod pravarium quærundam absurdarumque opinionum auctor existierit. Scripsit Origenes librum *Ἐπὶ ἀρχῶν, De Christianæ religionis principiis*, ut ego quidem titulum hunc intelligo; nam libros non legi, quanquam existet etiamnum. Inter ceteros errores hujus fuit et is quem Gregorius noster hic præclare refutavit, περὶ προϋποστάσεως τῶν ψυχῶν, ortus ex scholis et disputationibus Platoniceis. Sic enim scripsit Elias Cretensis antistes, Nazianzeni interpres, cuius etiam verba libet hic ponere. Ὅπως, inquit de Platone, καὶ τὸ περὶ προϋπάρχουσας ψυχῶν δόγμα προσφλυαρημένον ἐκράτουνε, μεταβαίνειν ἀπὸ τοῦ σώματος ἡρώων εἰς ἐκεῖνον, καὶ αὖθις εἰς ἕτερον, καὶ περιόδους τοιαύτας τελεῖν κατὰ ἀναλογίαν τῶν ἰδίων ἀραρτημάτων. *Idem Plato doctrinam absurdam, quæ animos ante corpora tradit existere, acceptam ab aliis comprobavit. Animos nimirum de aliis corporibus in alia migrare, ac pro delictorum suorum vitiorumque ratione circuitus hujusmodi citius tardiusve absolere*. Hactenus Elias: qui quod ab aliis doctrinam hæc accepisse Platonem ait, intelligendum est de Pythagora, et illius sectatoribus, quos ut audiret Plato, in Italiam navigasse dicitur. Hæc putabam idcirco addenda, quod Dionysium non intellexisse locum hunc videbam, imo ne id quidem quod diceret. Sic enim reddidit: *Qui ante nos de principibus disputantes, veluti quædam pestilentiam protulerunt, quod in conversatione propria univæ existant*.

Col. 224 B. *Forum vero qui*. Legebatur hoc loco in libris editis ab Aldo, τῶν δὲ γενεωτέρων τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν εἶναι λεγόντων, quæ verba cum esse corrupta viderem, sic ea restitui. Τῶν δὲ γενεωτέρων (quanquam malim simpliciter extrin γὰρ particula, τῶν δὲ νεωτέρων) τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν, etc., quibus jam in verbis aperta est, planaque sententia, Gregorii etiam instituto consentanea, nam explosis Platoniceis et Origenicis incipiis, qui animum corpore priorem esse tradebant, ait se altius etiam partis conutationem mente præceptam

habere, nimirum illorum qui ortu posteriorem animi corpore statuebant.

Col. 255 B. Præcipua. Retinui lectionem Aldini exemplaris, *προϋπάργειν ἢ προγίνεσθαι* : quam veteres aliter legisse animadvertim, nimirum *προϋπάργειν ἢ ἐπιγίνεσθαι*. Ut sit sententia hujusmodi : cum nihil horum altero vel in natura prius existat, vel posterior oriatur, atque hic sensus mihi quidem non displicet. Animadverti primum hoc, cum Dionysii conversionem inspexissem. Sunt enim illius verba : *Nihil ante subsistere in natura ratione, vel post accidere dicimus*.

Col. 255 C. A natura insita. Libri editi habent, *τῆς ἐγκαίμενης φυσικῆς πρὸς τὴν ἐνέργειαν, ταύτης μεθισταμένης*. Hic primum distinctionis notam post ἐνέργειαν sustuli, deinde ταύτης mutavi in αὐτῆς : itaque sensus hic efficitur : Non externa facultas ingreditur, sed facultas insita corpori a natura, ad actiones suas accedit.

Ibid. D. Sed ab animato. Editio Aldina sic habet : *ἀλλ' ἐξ ἐμφύργου καὶ ζῶντος, καὶ διὰ τοῦτο φαμεν εὐλογον εἶναι καὶ μὴ νεκρὸν καὶ ἄψυχον, etc.* Quater visus conjunctionem καὶ non magno intervallo repeti, bis recte, bis prave, rationeque plane aliena ab Gregorii nostri elegantia. Quamobrem sic fuisse ab ipso hæc scripta non dubito, ἀλλ' ἐξ ἐμφύργου καὶ ζῶντος : διὰ τοῦτο φαμεν εὐλογον εἶναι, μὴ νεκρὸν καὶ ἄψυχον ὁρῆσθαι, etc. Accurate singula si quis consideraverit, cum quæ antecedunt, tum quæ consequuntur, idem mecum statuet.

Col. 258 D. Oratione illust. Cum editi Aldinis typis libri habeant, *λόγος παντὸς ἐνεργέστερον*, ego legere malo *ἐναργέστερον διηγεῖται, explicit evidētius splendidiusque et illustris etiam tibi natura effectio animi in corpore varietatem, quam ulla possit oratio*. Equidem non nego, posse locum etiam hic esse voci *ἐνεργέστερον*. Sed nescio qui fiat, ut potius alterum illud usurpatum ab Gregorio statum. Tradunt oratores, inque his Hermogenes, ornamentum in oratione præclarium nullum esse, quam si quædam in ea sit *ἐναργεια*. Nullam vero noster ait Gregorius orationem tam *ἐναργή* fingi posse, quam non exsuperet natura in effectio animi varietate demonstranda. Habes sententiam meam, lector : tu tibi quod arriserit deligito, quando sua cuique sponsa, ut est in proverbio.

Col. 259 D. Ne ulla in re. Recte, nisi plane fallor, hunc locum restitui. Nam cum in Aldinis libris legeretur, ὡς εἰς μηδὲν τῆς ἐξωθεν φωνῆς ἐπιδύσεσθαι, οὗτος γὰρ τῶν πνευματικῶν προθέτων ὁ νόμος καθὼς φησὶν ὁ Κύριος τὸ, etc., sic ea mutavi, ὡς εἰς μηδὲν τῆς ἐξωθεν φωνῆς ἐπιδύεσθαι (οὗτος γὰρ τῶν πνευμ., etc., altera παραθεσέως nota post vocem φωνῆς, quæ sequitur, collocaata. Nam ἐπιδύεσθαι prorsus hoc loco non conveniebat, cui admodum est litteris similis vox ἐπιδύεσθαι, atque etiam similior ἐπιδύεσθαι, quæ idem significat. Sententia quidem aperta est, quam in conversione expressimus, omissam ab interprete veteri. Quod autem ait, ideoque non debere nos hominum, qui vero in terris Dei cæta comprehensi non fuerunt, monumenta desiderare, quia scriptum sit, *Oves meæ vocem meam audiant* (Joan. x, 27) : potest id quidem defendi, sed multo præclarior a quodam existimo dictum esse scriptore ecclesiastico, τὸ καλὸν ὅπου ἂν τοῦ εὐρεθεῖν, τῆς ἀληθείας ἴδιον εἶναι : *Quod bonum sit, ubicunque tandem reperitur, debere veritatis proprium censerī*. Galenus certe præclare de his commentatus est, cuius illa vox egregia, hymnum se Deo nature auctori hic ipsa in commentatione pangere. Intelligit autem Galenum Gregorius, cum ait, quosdam, quem ad usum corporis membra facta sunt, indagasse et explicasse. Nam antecessit ille Gregorium non multis annis; vixit enim Galenus, M. Antonino Aug. imperante, illo ni-

mirus sacro, quod et principem litteratam, et maximam eruditorum in omni disciplina cum genero copiam habuit. Meminit Galeni Nazianzenus in oratione de Cesario fratre Iuliani; ac Theodoretus etiam, Gregorii nostri fere æqualis.

Col. 215 A. Instar maris. Qui sint *θαλάσσιον πνεύμονες*, non intelligo, nisi quod piscis genus esse suspicor.

Ibid. C. Quæ cum nutu. Retinui lectionem, quam in libris Aldinis reperi, *ἄμα νεύματι γνωσμένη*, quæ cum nutu sit. Dionysius autem sic vertit, ut appareat, cum hand dubie legisse, *ἄμα νοήματι* : expressit enim, cum intellecto proveniens. Rectius Latine dixeris, *ἄμα νοήματι γνωσμένη*. Quæ sit cum cognitione, quod sic intelligi, tantam esse in palpebrarum motu celeritatem, quanta mentis sit in cogitando. Atque hoc verum esse, patet etiam de verbis Nazianzeni, quæ in oratione *περὶ θεολογίας*, prolixa illa et admirabili, exstant. *Μόνον τῷ βούλεσθαι ὁμοῦ κινεῖται ἡ ὄψις, καὶ ταυτὸν τῶν πάσχει*.

Col. 246 C. E vicino pulvi. *Ἐξ τοῦ παρακειμένου πνεύματος*. Sic enim legere malui, quam *ἐξ τοῦ παρακειμένου πνεύματος*.

Col. 247 B. Præcipuum. Quod Latine dixi præcipuum, Græce est *χυρότατον*. Sic enim legere malui, sententia loci tantum non hoc manifesto requirere. Aldina vero editio *χαυρότατον* habet : quod plane huc non quadrat. Est enim *χαίριον*, quod nos letale dicimus, ut *χαίριος πάγχυ*, vulnus letale, etc.

Col. 247 D. Quanto enim. Quanto magis ignescit, Græce dicitur : *ὅσο ἔμπυρον διὰ τῆς γαίης γίν. θερ.* etc. Sententia, lector, aperta est et perspicua, voce *ἔμπυρον*, quasi rursus antiquam in possessionem missa, unde vi alterius erat ejecta. Nam in editione Aldina legitur *ἄπειρον*, pro *ἔμπυρον*. Est et non infrequens apud Græcos τὸ ἀπόλυτον, ἀντὶ τοῦ συγκριτικοῦ θέσει : hoc est, positivus gradus pro comparativis, ut loquuntur grammatici, usurpari; sicut hic *ἔμπυρον* dici vides, pro *ὅσο ἔμπυρότερον γίνεσθαι*.

Col. 250 B. Principium et radix. *Ἀρχὴν τινα καὶ ῥίζαν*, sic enim lego, non *ἀρχὴν τινα*, quemadmodum est in iis libris qui sunt expressi typis. Declarant hæc verba statim subjecta, *περὶ τὴν ἐτέραν ἀρχήν*. Non conveniat hoc principium alteri vite principio ætiores per viciniam loco conjungi.

Ibid. D. De terrea statua. Terreaui statuum, τὴν γῆν ἢ τῶν ἀνδρείωντα. Libri Aldini vitium manifestum habent, τῶν γῆνων τῶν.

Col. 251 A. Muscularum. Quod in editione Aldina est *μῶν ἀρχαῖς, muscularum principis*, retinui. Dionysius autem vertit, *Medullarum principis*. Itaque legisse ipsum pro *μῶν*, quod est nostris in libris, *μυελῶν*, necesse est. Quod an rectius huic loco conveniat, dispiciat qui volet. Mihi sat est hoc lectori obiter indicasse.

Col. 251 C. In junco odor. *Ἐν σχόνω*, sic enim legendum censo, non *ἐν σχίνω*, quemadmodum est in libris editis. Nam cur lentissimum Gregorius cum lauro conjungeret, ac inter *εὐπνοα* numeraret, non vides. *Σκόνος* autem juncus est odoratus : de quo, si voleo, Dioscoridem consulē, primi in libri capite 18. Paulo post eum scriptum esset, καὶ ὁ τοῦ μύλου γυλός, reposui, τοῦ μύλου, nam de mali succo Gregorius loquitur.

Ibid. Purpureum. *Τὸ πορφυραῖον τῆς ὑακίνθου βαφῆς*, sic enim lego, vel τῆς ὑακινθίνης βαφῆς. Aldina editio habet *ὑακίνθης βαφῆς*, prave.

Col. 255 C. Quasi perfecta. Aldinis in libris legatur, *ὅτι μὴ τελεία ἐν τοῦτοις*, etc., quæ cum esse viderem transposita, mutavi collocationem ita, ut legatur : *μὴ ὅτι τελεία ἐν τοῦτοις*, non quod perfecta sit in ejusmodi rebus anima, etc.

Hæc habui, lector, quæ tecum hæc tempore communicarem. Tuum erit, optimam in partem qualemcumque animi mei conatum ac studium interpretari; quod ut facias opto, facturumque confida.

IN EUNDEM LIBRUM DE OPIFICIO HOMINIS

FRONTO DUCÆUS S. J. THEOL.

Laudanda sane est opera, quam in hoc Nysseni libro nova interpretatione illustrando posuit neperus interpres, sed majorem a lectoribus gratiam inisset, si quibus in locis aut de mendo suspectus, aut inutilis Græcus textus videbatur, ad antiquiorem interpretem recurrere gravatus non esset, neque tam sinistram de illo concipere opinionem voluisset. Non enim ante annos tantum quadringentos, ut perperam scripsit, auctoris librum in Latinum sermonem convertit Dionysius Romanus, cognomento Exiguus, sed ante mille ac paulo plures, hoc est altero a morte Gregorii saculo, cum, ut testatur Beda libr. *De sex aetatibus mundi*, Paschales circulos scripserit anno Dominicæ incarnationis DCCXXXI , a quo et illos inchoavit. Is fuit annus Dioeletiani CCXLVII , post consulatum Lampadii et Orestis, quo etiam codex Justiniani orbi promulgatus est: neque tam densis ævi sui tenebris obsessam habuit mentem, ut non aliquando felicium, quam novi istius Evangelii præcones aut mystæ sanctorum Patrum sensum perspectum habuerit. Potuit igitur tam vetus interpres emendatore Græco libro uti, cujus lectionem ex vestigiis interpretationis Latine pervestigandam merito admonet vir clarissimus Jacobus Billius libr. *Observationum* 1, cap. 57, eumque, *δεύτερον πλοῦν* nobis esse debere, ut antiquiores ejusmodi interpretes verbum verbo studiose reddentes consulamus. Quamobrem ne hoc quoque damni faceret lector, et in quibus locis claudicasse nova hæc interpretatio videretur, ea veteris supplemento fulciretur, faciendum nobis censuimus, ut de iis lectorem admoneremus, deque illis Scripture sententiis, quarum ad fontem digitum ille non intendisset: cujusmodi est illa in exordio libri pag. 44, *Μικρὸς ὁλος ἂν ὁ κόσμος χρημάτων ἐφάνη*, desumpta ex cap. xvii Proverbiorum Salomonis, cujus versus 40 subjiciuntur ista in Complutensi et Plantiniana editionib., *τοῦ πιστοῦ ὁλος ὁ κόσμος τῶν χρημάτων, τοῦ δὲ ἀπίστου οὐδὲ ὀβολός*. *Fidelis totus ornatu pecuniarum, ad infidelis neque obolus*. Aptius e Græco expressit Hieronymus in cap. xlv Ezechielis, *Ejus qui fidelis est, totus mundus divitiarum: illius autem, qui infidelis est, neque obolus*, et Ambrosius lib. 1 *De Jacob* cap. 8, *Fidelis totus mundus divitiarum, et in psal. XLVIII, Non habent divitias infidi, non possessionem. Fidelium totus mundus possessio est*.

Col. 125 C. *Episcopi Nysseni*. Prima editio Latine interpretationis Dionysii, quæ prodit ann. 1557, Coloniae ex officina Melchioris Noveiani, hunc titulum præferbat: *Gregorii episcopi Nysseni de creatione hominis liber*. At in quibusdam codicibus manuscriptis cum Parisiensibus, tum Augustanis aliorum operum ejusdem auctoris titulo additur *ἀρχιεπισκόπου*. Leuvenclaus etiam in epitome Vitæ ejus, quam huic operi præfixit, Nysseno quidem apud Casaream principem Cappadociæ urbem, Gregorio vero cognomento Theologo gubernandæ apud novam Romanam Ecclesiæ curam utrique cum titulo patriarchæ decretam fuisse a concilio Constantinopolitano œcumenico ii tradidit (a): quem errorem incrustare voluit Is. Casanbonus, et extraordinario metropolitæ honore decoratam fuisse Nyssam urbem luxit dolum locorum patrocinio nixus. Priore est in *Epistola ad Flavianum*, ubi sub finem ita loquitur: *Εἰ κατὰ τὴν ἱερωσύνην τὸ ἀξίωμα κρῖνοιτο, Ἐπὶ παρὰ τῆς συνόδου καὶ μία γέγονεν ἀμφοτέρων ἡ προνομία, μᾶλλον δὲ ἡ φροντίς τῆς τῶν κοινῶν διορθώσεως, ἐν τῷ τῆ ἴσον ἔχειν. Quod si ex sacerdotio dignitas asti-*

manda venit, par et idem a synodo concessum utrique privilegium est, vel potius cura emendationis publica, idque in ea quod jure pari esse jussi sumus. At hæc de synodo provinciali possunt intelligi, in qua uterque fuerat episcopus ordinatus, non de secunda œcumenica, quæ profecto, si quod privilegium civitati Nyssæ tribuisset, hæc nimirum adhibita cautione illud temperasset, quam et prima synodus Nicæna expressit ean. 7, cum Jerosolymitanam sedem voluit *τιμᾶσθαι σωζομένου τῆ μητροπόλεως τοῦ ἀξιώματος*. *Salva tamen metropoli sua dignitate*, quæ profecto salva non fuisset, si pari jure sedes utraque esse Nyssæ et Casareæ jussa esset. Alter locus apud Socratem est lib. v, cap. 8, ubi de episcopis, qui Constantinopolim conveniant, agit, καὶ πατριάρχας κατέστησαν διαινεμάμενοι τὰς ἐπαρχίας, ὥστε τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους ταῖς ὑπερροῖς ἐκκλησίαις μὴ ὑπερβαίνειν. *Dispertitis provinciis patriarchas constituent, deciduntque ut nullus episcopus relicta sua diocesi ad externas Ecclesias demigret; tum addit Thraciæ patriarchatum obvenisse Nectario, Ponticæ vero diocesis patriarchatum Helladio Casareæ Cappadociæ post Basilium episcopo, Gregorio fratri Basilii Nyssæ et Otreio Melitinæ, contigisse*. Nondum videlicet in ecclesiastico pulvere adeo sese exerecnerat Casanonus, ut ad lectionem tom. IV (b) doctiss. et illustriss. cardinalis Baronii pervenisset, ex quo discere potuisset hallucinatum esse Socratem ac perperam intellecta sanctione imperatoris Theodosii, quam exhibet titulus codicis Theodosiani I, *De fide catholica* l. iii, hæc de institutis patriarchatibus protulisse: *Sozomenum vero felicis ex ejusdem edicti sententia non ad distinguendas provincias, sed ad dignoscendos vere catholicos voluisse id ab imperatore esse sancitum, νόμον ἔθετο παραδοθῆναι τὰς πανταχοῦ Ἐκκλησίας τοῖς ἐν ὑποστάσει τριῶν προσώπων ἰσοτίμων καὶ τὴν αὐτὴν ὁμολογοῦσι θεότητα, τοῦτοις δὲ εἶναι τοὺς κοινοῦντας τῷ Νεκταρίῳ ἐν Κωνσταντινουπόλει, legem edidit, ut Ecclesiæ ubivis gentium collectæ illis committerentur qui in substantiis trium personarum eadem dignitate præditarum unam et eandem confiterentur divinitatem; hos porro esse qui congruerent in fide cum Nectario Constantinopolitano, in Ægypto cum Timotheo Alexandrino, in Orientalibus Ecclesiis cum Diodoro Tarsensi et cum Pelagio Laodicensi, in civitatibus vero Ponti cum Helladio Casariensi, cum Gregorio Nyssæ, et Otreio Melitinæ episcopo*. At est inauditum in una eademque diocesi plures fuisse patriarchas; qui potuit igitur unius diœceseos Orientis duobus episcopis Tarsensi et Laodiceno, præteritus Antiocheno, Ponticæ item diœcesis patriarchatus tribus episcopis Cappadoci, Casariensi, Nysseno, et Melitinensi obvenire? Certe in Notitia quam Leuvenclaus ipse cum Jure Græco-Romano vulgavit, ex dispositione Leonis imperat. cognomento Philosophi, pag. 90, sic effertur *τάξις προκαθεδρίας τῶν ὑπὸ τὸν ἀποστολικὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως τελούτων μητροπολιτῶν, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόπων α. τῷ Καππαδοκίας, α'. ὁ Νύσσης, β'. ὁ Καρσουλίων, γ'. ὁ τῶν Βασιλικῶν θερμῶν, δ'. ὁ Κισσοῦ, ε'. ὁ Ἐπίσσων, ς'. ὁ Σοριάνος, ζ'. ὁ Ἀραθίας, η'. ὁ τῶν Λιποπόλειον. Ordo presidentiæ metropolitæμεναι qui subsunt apostolico throno Constantinopolis, et subjectorum eis episcoporum: 1. Nysseus; 2. Cæsarianorum; 3. Regiarum Thermarum; 4. Cissi; 5. Eruissorum; 6. Seriadis; 7. Arathie; 8. Epoliarum*. In veteri codice provinciale, quem nuper edidit vir eruditissimus Aubertus Miræus, sub sede Antiochena metropoles plures enumeran-

(a) In notis ad epist. Nyss. ad Eustathiam.

(b) P. 58, num. 77.

tar, quarum prima est Tyrus, secunda Tarsus; falsum igitur est ad illa usque tempora quibus hæc Notitiæ sunt editæ vel Nyssam metropoleos, vel Melitinaam, vel Tarsum patriarchatus honore fuisse decoratas, cum nec ex Notitiâ Leonis Philosophi, neque ex ea quam regnante Andronico Paleologo editam profert Theodori Balsamoni *Nomocanon*, id constet, nec inter illas reperitur Nyssa, quæ novo ac posterioris ævi proprio more τῆς ἀρχιεπισκοπῆς archiepiscopatus titulo absque ulla in episcopos jurisdictione sunt ornata, quasque idem jusc Græco-Romanum exhibet.

Col. 160 C. Calidiores spargit. Dionysius aliter, infusa imbribus terra cum radiis solis fota fuerit; legit nimirum, ut scriptum exhibet alius codex calamo exaratus, quod testatur Leuvencl. διαθάλπει, non ἐπιθάμψη. Utitur eodem verbo alibi pag. 128, ὃν ἡ μὲν διαθάλπει τὸ πᾶν τῇ θερμότητι. Quarum quæ prima est, calore suo cuncta fovent.

Col. 161 A. Mentago uvulam. Γαργαρόυνας veritit fauces Dionysius, hunc locum sic efflens: mentum quidem deorsum ad fauces quadam concavatione pertrahit. Proprie tamen γαργαρέων Latinis gurgulis est, sive caro fungosa oblonga, a palato juxta narium meatus in os propendens, superiori parte latior, inferiori vero in modum pyramidis acuta, quæ ad vocis modulationem facit, nude et πλῆκτρον, plectrum dicitur. Eam Plinius lib. ii, cap. 57, uvam appellat. Quod inter eas uvæ nomine ultimo dependet palato, homini tantum est. In quem locum annotat Dalecampius, Eam partem gurgulionem potius appellari: uvam autem morbi nomen esse. Julius Pollux lib. ii, num. 22: Γαργαρέων εἰ νοσήσας φλεγμαίνου καὶ εἰς ὄχρότητα μετατραπῆ, σταφυλὴ καλεῖται. Gurgulio si agrolus intumescat et in palatorem convertatur, uvæ vocatur. Actius tamen Amidenus, medicus et ipse celebris, lib. viii, cap. 40, docet gurgulionem et columellam vocari, et uvam, quo nomine accipienda est quedam in eo affectio, cum scilicet uvæ acino simile summum gurgulionis apparat. Licet igitur apud medicos uvæ solam affectionem aut morbum ex inflammatione gurgulionis natum significet, apud alios tamen auctores hanc eandem partem corporis secundum naturam se habentem gurgulionem, columellam, uvam, et uvulam constat appellari, quemadmodum et apud Aristotelem lib. i *De historia animalium*, cap. 11, legitimus eandem columellam, si intumescat et inflammetur, σταφυλὴν, uvam vocari, licet inter medicos id ab Archigene dictum reprehendat Galenus lib. vi *De morbis κατὰ τόπους*, quod non quamvis inflammationem vel affectionem, sed eam qua laxior ex influxione redditus sit inferna parte crassior gurgulio, a medicis uvam appellandam esse contendat.

Col. 191 A. Postquam more. Non hoc proprie sonant Græca, sed vox βρόδης id significat, quod alibi melius expressit interpres infra, στῆναι τὴν βρόδην τοῦ χρόνου κίνησιν. Fluxus ille temporis motu quiesceret: ita quoque fluxam et caducam hanc esse generationem hic innuit. Dionysius scripsit hoc loco: Vere namque jumento similis factus est, qui hanc animale generationem in sua natura suscepit. Hoc tamen alibi dixit etiam Nyssenus col. 205 B, ubi meminit τοῦ τῆς γεννήσεως εἶδους, δι' οὗ γεννᾶται τὰ ἀλογα, ζώοντες τῆς γεννήσεως.

Col. 194 D. Idcirco saepe. Male interpuncta sunt ista; collocanda enim est distinctio post vocem, *praestantia*. Dionysius veritit, *Idcirco* plerumque contingit ut numera divina ignoret nostra miseria, pulcherrimæ imaginis foedissimam faciem passionis obducens: nam perturbationes animi sive passionis, quæ ex contubernio corporis oriuntur, τὰ πάθη σαρκός appellat.

Ibid. Quod si quem. Ἀπιστεῖσθαι ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον. Quod si quis animi morbis obnoxius carni que deditus efficit, ut hominem divina pulchritudine exornatum esse non credas; Dionysius mentem au-

ctoris melius quam Leuvenclains expresserat. Nam si vitiosus quisque vel carni deditus non sinit de homine credi, quod sit divina pulchritudine decoratus sed ille.

Col. 195 C. Vescimini. Locus est Proverbiior. vi, 5: Φάγετε τὸν ἐμὸν ἄρτον, καὶ πίστετε οἶνον, ὃν ἐκίρασα ὑμῖν. Comedite panem meum, et bibite vinum, quod miscui vobis. Apud Isaiam autem hoc tantum lego, ἀντλήσατε ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης: Haurete aquam cum gaudio, cap. xii, 5. At lætitiâ bibere alibi dixit, cap. xxv, 6: ἐπὶ τὸ ἕρσο τοῦτο πίνοντα: εὐφροσύνην, super montem istum bibent lætitiâ. Hic etiam pro μεγαλόφωνία, aptius fortasse legentur μεγαλόφωιας, hortatur eos, qui sublimitatem vocis ejus exaudire possent. Solent enim Patres hunc prophetam μεγαλόφωνον appellare: Gregorius Nazianz. orat. iii, p. 50: Καίριος γὰρ μοι τὰ ἀπὸ τῶ μεγαλόφωνοῦ τῶν προφητῶν Ἰσαῖα συμπρόβησθαι, Tempus est ut iisdem verbis utar, quibus Isaias vocis sublimitate prophetas omnes antecellens. Joan. Chrysostomus homil. in locum Act. ix: Saulus adhuc spirans, ὁ γὰρ μεγαλόφωνότατος Ἰσαῖας, ὁ τῶν παραθέτων ἕλεων θεολόγος. Nam Isaias, qui sublimitate vocis ceteris antecellit, qui mirabilem illarum spectatore visionum fuit.

Col. 198 B. Nam uterque delicias. Pro τροφῆς legisse videtur Dionysius τροφῆς, dum veritit, Utrique enim hujus cibi unam gratiam professi sunt. Dixerat enim antea, τὴν παρόντων ταπειν τροφῆν. Sic ergo esset interpretandum: Nam uterque cibi concessi unam beneficium arbitratur verum illud bonum, paulo post, Dux vitæ, Græce est, ὁ ἀρχηγός τῆς ζωῆς, quod editionis Vulgatæ verbis Latine a Dionysio convertitur, auctor vitæ, Actor. iii, 15: τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε: Auctorem vero vitæ interfecistis.

Col. 207 D. Quæ multis etiam. Non hoc vult Gregorius multis nos saculis processisse patriarchas, sed utitur verbis Apostoli ad Hebræos ai, 15, a Vulgatæ auctore sic expressis, sed a longe eas adspicientes, et salubantes, et confutantes, quia peregrini.

Col. 210 A. Quasi ante capere. Dionysius veritit, debemus conservationis optimæ studiis inherentes, futuræ gratiæ antiquitatem ipsam venerabilem æquanimiter opperiri. Sed ne hic quidem expressit vim verbi, προσεπορεύεσθαι, quod ad merita operum nostrorum tuenda valet plurimum, quæ solet Scriptura cum negotiorum et trapezitarum arte comparare, qui lucrum aliquid acquirunt. Sic locutus est Gregorius Nazianz., orat. 20, *De Basilio*, pag. 526: Βασίλειον εὐρατο μείζον τοῦ ἔργου τὸ πάρεργον ἐμπορευσεσόμενος. Regnum invenit, plusque in ea re quam obiter agebat, quam in ea, quæ præcipue ipsi curæ erat, lucrî fecit. Hic ergo sic interpretari potes, recta vivendi ratione futuram illum gratiam multo ante sibi acquirere.

Col. 214 C. Perinde æternum. Non dixit αἰδιον, sed ἀγέννητον, quod idem hoc loco valet quod ἀγέννητον, increatum, non conditum. Dionysius scripserat: Quæ materiale causam juxta ingeniti rationem, sic enim corrigendum, bonæ naturæ coæquare contendit. Hoc est, æque increatum vult esse illud materiale principium, atque ipse creator est increatus. Hic locus comparatus cum altero germano suo in disputatione de anima cum sorore Macrina non medioeriter illustrabitur, ac vicissim juvabit, si illi quoque legatur, suffragante præsertim codice meo. illustriss. cardinalis Bonzi, pag. 671: Ἦτις ὕλη κατὰ τὸ ἀγέννητον τῆ αἰδιότητι τοῦ ὕψους παρῆσθεν. Aut aliqua natura materialis extra divinam essentiam introductur, et cum Deo comparabitur, sic ut cum sempiternitate ejus qui est, ratione proprietatis ingeniti adæquetur. Idem etiam de Macrichæis ab eadem mente Gregorius Nazianz., orat. i, *De Filio*, pag. 569: Οὐκ ἂν μὲν συγχωρήσειεν εἶνα: μόνον Θεοῦ τὸ ἀγέννητον οἱ καὶ τὴν ὕλην καὶ τὴν ἰδέαν τουτισσάροντες ὡς ἀγέννητα. Atqui solius Dei

σεαυτῷ, τουτέστι πανταχῶθεν σεαυτὸν περισκόπει ἀκοιμήτων ἔχει πρὸς τὴν σεαυτοῦ φυλακὴν τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα. Attende tibi ipsi, hoc est teipsum omni ex parte collustra, et circumspice, animæ oculum ac solertem tui ipsius custodiam habeto pervigilem et insomnem. Et post pauca, πρόσθε σεαυτῷ, τουτέστι τῇ ψυχῇ σου, ταύτην κατακόσμη. Ἐξέτασον σεαυτὸν τίς εἶ. Γνώθι σεαυτοῦ τὴν φύσιν, ὅτι θνητὸν μὲν σου τὸ σῶμα, ἀθάνατος δὲ ἡ ψυχὴ.

Col. 245 A. *Marinorum*. Qui sint hi marini pulmones scire se negat Leuncl.: discernere potuit ex Aristotele testacea generis esse animalia; sic enim lib. v, cap. 15, *De historia animalium*, καὶ οἱ καλοῦμενοι πνεύμονες αὐτόματα. Qui pulmones appellantur sponte proveniunt, Plinius lib. ix, c. 46, Gregorio suffragatur de iisdem agens: testis enim ait, quibusdam siliceis nullum esse sensum, multis eandem naturam quæ fruceis, ut pulmonibus et stellis, et lib. xviii, c. 55, *Pulmones marini in pelago plurimum dierum hiemem portantur*. Postremo Dioscorides

lib. ii, c. 56, Πνεύμων πρόπρατος λευθεῖ ποδαγριῶντας καὶ χυμελιῶντας ὡρεκεῖ καταπλαστούμενος. *Pedagris perniobibusque uuliter illitur concisus recens marinus pulmo*; in quem locum annotat Marcellus Vergilius interpres eos fruticum magis habere naturam quam piscium, et in eorum censu atque ordine potius habendos quæ a veteribus Græcis ζώοντα a medio inter plantas et animalia habitu dicta sunt.

Col. 251 A. *In junco*. Nihil necesse fuit, opinor, receptam lectionem immutare, ἐν δάρνῃ καὶ ἐν σρόνῳ, et in lentisco: potuit enim Gregorius inter εὑπνοῖα δένδρα, lentiseum numerare, cum ille ipse Dioscorides, quem pro junco odorato Leuncl. citat, lib. i, c. 77, lentiseum tradat, στόματος εὐωδίαν ποιεῖν διαμαρτωμένην, commendatam suavitate oris commendare, et ex eadem arbore nasci resinam quæ inde lentiscina et mastiche dicitur, quæ sit καὶ εὐδροσῆς καὶ εὐώδης, et friabilis et odorata. Vide etiam Plinium lib. xiii, cap. 20.

IN LIBRUM DE VITA MOSIS

FRONTO DUCÆUS.

Qua diligentia, qua fide Georgius Trapezuntius, vir aliqui doctissimus et natione Græcus, in sanctorum Patrum interpretatione versatus fuerit, cum multas sapennumero periodos in unius mundi compendium redigeret, alias omitteret, aut suis additamentis interpolaret, nisi ex disertissimi Jacobi Billii in Damascenum, Jac. Grynæi in Eusebium, et aliorum in Cyrillum cæterosque doctores observationibus didicisset lectorem arbitrarer, tam multis in locis laenas a nobis indicari explendas, aut lectoris cursum interpellari tot notis ne insolens videretur et importunum, reformidarent. Nolumus tamen opus tam eximium preclaris sententiis mutilatum jacere, sed partim ex editione Lugdunensi apud Batavos, partim ex codice ms. V. e. Joan. Vulcobii Bellopratensis abbatis, quæ majoris momenti esse videbantur, quæ correximus, quæ Græcis vocibus adjunctis illustravimus ante annos decem, cum hujus auctoris editio Latina Lutetia in lucem prodiret, et nunc adjunctas Græco-Latince Notas istas recognoscere conati sumus, licet illi præesse per otium non liceret, et simul suscepto Chrysostomiana interpretationis pensum absolvere, longum sane fuisset et superflui laboris omnia loca indicare, quæ ad Græci codicis fidem emendata et integra interpretatione sunt expressa, quæ hanc editionem cum antiquioribus comparant facile occurrerent, sed ubi vel citata Scripturæ verba minus cum Septuaginta versione Græca conveniunt, vel similibus aliorum Patrum sententiis illustranda visa sunt, his eam in rem brevibus scholiis lectorum studio censuimus obsequendum.

Col. 299 B. *Ut modeste*. Interpres ediderat, ut hæc senectus modestiæ tuæ mandata suscipiat, majores obedientia in te profecto vires habebit, cum aetas tua nostro exemplo magis roborata fuerit. Videtur legisse eum Lugdunensi edit.: Παιδοσφειθήςτης σο: τῆς νεότητος non ut habuit ms. Vulcob. omisso τῶν παιδοσφειθήςτης τῆς νεότητος. Itaque hic scribendum, juvenis tua fuerit facilia.

Ibid. E. Planum id ita faciã. Subjiciebantur his quædam ab interprete, quorum sententiam neque liber excussus, neque ms. Vulg. agnoscit, idcirco illa sustulimus. Cum perfectum dicatur, quod finem suum atque terminum ita consequentem est, ut nihil sibi desit, nihil deficiat. Sed in his quidem quæ

sensu percipiuntur, certis quibusdam terminis continentur omnia, ut verbi causa in quanto tam continuo quam discreto propriis quibusdam terminis omnino mensura concluditur.

Col. 505 A. *Sufficiet ut sit*. Aberravit a recto itinere interpres, quia faciem non vidit, τὴν τοῦ προσώπου ψυχὴν πληρώσαι. Neque enim ista verit, quæ videtur legisse, atque imitando expressisse Michael Psellus libro *De operatione damonum*, pag. 92: Μη σὺ μοι τῆς ἀληθοῦς ἐξηγήσω τριβίου, καθόπερ προσὸς ἐπὶ θαλάττης σκοτομήνης ἀναφανείς. Sic enim emendandum eum locum censeo. Nisi tu me veram in viam reduxisses, tanquam sax in pharo ad discernendum maris illius nocte caliginem affulgens.

Ibid. B. Neque Sion ut. Trapezuntius contra mentem auctoris, *Nec Sion illa, Dei domicilium determinatus quidem locus est, ut littera sonare videtur*. Asserit mirum domicilium esse Dei Sion, quod negat Gregorius, quemadmodum et negavit notum esse in sola Judea Deum David psal. lxxv, 2: Γουστὸς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ εὐθείς. Notus in Judæa Deus, et psal. cxxvi, 15: Ἠρετίσατο αὐτὴν κατοικίαν ἐαυτοῦ. *Elegit eam in habitationem sibi*.

Col. 504 C. *Mammillam alienig*. Immutavimus, quod scripserat Trapezuntius, *mammillam omnino fastidians*, et corrigendum monimus θηλήν. Scribit enim Josephus lib. ii, cap. 5, non quamvis mammillam, sed Ægyptiarum tantum nutritium aversatum esse Moysen infantem, ideoque Mariam sororem ejus regis filiam monuisse, ut Hebræam aliquam accerseret, tumque matrem ejus adductam: Μη προσιεμένου δὲ αὐτοῦ τὴν θηλήν, ἀλλ' ἀποστραφέντος, καὶ τοῦτο ἐπὶ πολλῶν ποιήσαντος, εἶπε: Μήτηρ, ὦ βασιλεῦσα, ταύτας ἐπὶ τροφῇ τοῦ παιδὸς μετακαλή τις γυναικίνας, αἱ μηδὲν πρὸς αὐτὸν συγγενὲς ἔχουσιν. Quo non admittente mammiam, sed aversante, idque cum alia post aliam adduceretur, Nihil agis, regina, inquit, dum nutrices infanti adhibes alieni generis mulieres.

Col. 507 B. *Sed fallaciam*. Hæc in compendium redegerat interpres, non sine dispendio sensus auctoris. Sed qui ex virga Moysi vere animatus erat, magorum virgas, re ligna, visus deceptione dracones facile devoravit. Tunc consentientes. Sed prestigias et speciem oculis apparentem interpretatio nostra clarius exprimit, cui suffragatur et Tertullianus *De*

anima cap. 57. Solent dæmones phantasmata præstare, et corpora fingere, quibus exteriores oculos circumveniant. Corpora enim videbantur Pharaoni et Ægyptiis magicarum virgarum dracones, sed Moysis veritus mendacium eorum devoravit, et apud Justinum quest. ad Orthodox. 26 : Τὸν δαιμόνων φαντασμάτων τὰς ὄψεις τῶν ὀρώμενων τὸν μὴ ὄψιν ὄραν ὡς ὄψιν. Dæmonum operatione spectantium oculos præstigiis decipiuntur, ut, serpens qui non esset, tanquam serpentem cernerent.

Col. 510 A. Ut specie. Omiserat hic multa interpretis, quæ tamen adjectis operæ pretium fuit, ut constaret existimasse Gregorium a Moysæ admonitos fuisse Judæos, ut ab Ægyptiis specie commodationis accepta vasa secum auferrent : quod ad eam questionem pertinet, quam tractat S. August. lib. xvii. c. 72, contra Faustum, num Deus jusserit Hebræos, ut ab Ægyptiis commodato vasa peterent. Et forte secundum suas voluntates, inquit, magis permitti sunt facere ista, quam jussi : sed eis Deus permissionem suam per famulum suum Moysen immolere voluit, quando mandavit ut diceret, ut ab Ægyptiis sibi commodanda peterent, que auferrent. Exponit causam et æquitatem præcepti Philo Judæus lib. De vita Moysis, Πρώτων μὲν ὦν παρὰ πάντα τὴν χρόνον ὑπερέβησαν ἀναγκαῖον μισθὸν κομισόμενοι, εἶτα ὑπὲρ ὧν κατεδουλώθησαν ἐν ἐλάττωσι καὶ οὐχὶ τοῖς ἴσους ἀντιλοπούμενοι. Primum ut diuturni laboris necessariam compensationem reciperent, deinde ut pro acceptis tempore quo servierant, injuriis si non pro merito, aliquid tamen damni rependerent. Et Nicetas in Scholiis ad orat. 42, Ναζαριζενί De Paschate, Οὐκ ἦν δὲ ὀδίνου κρίσεως εὐδὲ κατὰ τὴν ἱστορίαν κλεῦσαι τοὺς πλεῖστα μοχθήσαντας σκυλευσάσαι τοὺς Αἰγυπτίους, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀδικεῖσσαν κριτοῦ ἄξιον εἶναι τῆς τροφῆς ἀπολαθεῖν τὴν ἐργάτην θεσπίζοντος. Neque vero iuicui iudicii erat, ne quidem secundum historiam imperare iis qui diuturni laboribus afflicti fuerant, ut Ægyptios spoliarent, sed admodum etiam integri atque incorrupti iudicis æquum esse pronuntiantis, ut operarius ali nullo fruatur.

Col. 511 B. Ablata amaritudine. Trapezuntius ediderat, ablata putredine. Res narratur Exodi xv, 25, ὕδωρ ἐκ Μερόβας πικρὸν, aquam de Meriha amarant. Tertullianus adversus Judæos, 15, Lignum, quo Moyses aquam amarantum dulcavit. Vocem Hebraicam Μερόβας LXX interpretati sunt Numer. xxxiii, 8, πικρία.

Col. 512 D. Ὁ ἀγροικιῶς. Hæc non agnoscit interpretatio Trapezunt. et videtur olere glossema, nec suo loco posita : siquidem concinnius esset κατὰ τὸ σῆμα τοῦ κορίου σπέριματος, ὃ ἀγροικιῶς λέγεται κολιανθ. Sed ut apud Athenæum lib. ii suspicantur quidam legendum ζισσύβιον λέγεται ἐπὶ συνόδου ἀγροικιῶς, Cissymbium dicitur in conventu rusticorum, quod ei quadret ligneum poculum; ita peculiariter inter rusticos usurpata esse vocem τοῦ κολιανθίου, indicabit hic locus, quænammodum et Aristophanis Equitum scholiastes scribit suo tempore dictum fuisse κολιανθίου, quod ab illo poeta dicitur χορζιανθίου. Galenus item ait vetustiores Græcos nominasse χορζιανθίου, quod recentiores omnes κόριον appellant. Sic apud Hippocratem legimus lib. ii De victus ratione, χορζιανθίου ἰσχυρὸν καὶ σταχυόν, Coriandrum calidum et sistendum vim habens. Videmus tamen apud LXX satis antiquos auctores Exodi xvi, 14, vocem κόριον usurpâri, λέπτον ὡσεὶ κόριον λευκόν, subtile ut coriandrum album, itemque Exod. xvi, 52, et Numer. ii, 7, ὡσεὶ σπέριμα κορίου ἐστὶ, quasi semen est coriandri. Dioscorides lib. iii, c. 64, a Græcis κόριον, vel χορζιανθίου vocari tradit, ab Ægyptiis ὄζιον. ab Afris γοῖδ, quod sullragatur et lavet iis qui linguam Punicam oriundam volunt esse ab Hebræa, quæ ζζ coriandrum appellat.

Col. 514 A. Est in hac historia. Legebatur an-

tea, transformabatur, præterquam die sabbati. Nam cum hæc dies. Emendandum in Græco ex varia lectione marginis, τῆ περι τῆς τροφῆς ταύτης, est in historia de cibo isto quiddam aliud mirabile : paulo post sublato profano diei Veneris nomine τὸ Παρασεσες substitutum, quod et apud Græcos et in Latina vulgata retinetur. Redegerat hic multa in compendium interpres, non sine sensus auctoris dispendio.

Ibid. D. Cum autem eodem. Hic quoque multa fuerant ommissa, ut illud de pane cœlitus misso, de ministerio nubis interdum noctuque exhibito, et alia quibus germana sunt illa apud Gregorium Theologum Basilii Magni contubernalem, qui Nyseno germanus fuit, orat. 5, adversus Julianum, Στύλος νεφέλης ἐπισκιάζων ἡμέρας, στύλος πυρὸς φωτίζων νυκτὸς, τῆ δὲ ἡγρόντες ἀμύβητοι ἄριστος ὕμενος ἐν ἐρήμῳ, ὄψιν ἐξ οὐρανοῦ περιπέμενον, ὃ μὲν τῆ χρεῖα συμμέτρος, τὸ δὲ καὶ ὑπὲρ τὴν χρεῖαν ὕδωρ ἐκ πέτρας τὸ μὲν ἐκδιδόμενον, τὸ δὲ γλυκαίνόμενον. Nubis columna interdum obumbrans, ignis columna noctu splendorem afferens, atque ambæ iter præmonstrantes : panis in deserto pluvie instar fusus, opsonium e cœlo missum, ille necessitati correspondens, hoc etiam supra necessitatem imperitium : aqua e petra partim manans, partim edulcata.

Col. 515 B. Cum cœlitus. Aut aliter legerat, aut hæc male intellexerat interpres dum ederet, cum sonitus desuper veluti buccinæ disrumpere subjecta locorum spatia videretur, nec apte dicitur articulus sonitus, sed vox.

Ibid. D. Nam divinæ. Hæc in editione Græca Raphaelengii quadrato inclusa inseriebantur textui ex codice R. in quibus emendandum ex ms. V., πρὸς γὰρ τὸ ἄδυτον, et περιεπύδης : adjecta sunt etiam Latine conversa interpretationi Georgii Trapezunt.

Col. 519 A. Leges accipit. Trapez. leges posuit, quasi legisset, νομοθετεῖ, et paulo post vertit, superhumeralia variis coloribus, quibus tentorium ornabatur, ac insuper auro distinguit. Atqui non τὴν σχηγήν, vel τὸ ἐπίπαστρον, tentorium, sed τὸ καταπέτασμα velum, cum superhumerali, de quo Exodi xxvii, 8, Καὶ τὸ ὑφασμα τῶν ἐπωμίδων ἐσται ἐκ χρυσοῦ καθαροῦ καὶ ὑακίνθου καὶ κοκκίνου διανενησμένον καὶ βύσσου κεκλωσμένον, Et contextus superhumeralium erit ex auro, et hyacintho, et purpura, et cocco reorto, et bysso neta, sicut et de velo Exodi xxvi, 51. Et facies velum de hyacintho, etc.

Ibid. D. Uncinos quoque. Omiserat interpres, quibus superhumeralia connectuntur, πόρπας enim recte concepit legendum non πόρπας Marginius episcopus Græcus : sic enim appellat hic auctor, quas ἀσπίδας dicit Scriptura Exod. xxvii, 15, et ἀσπίδας, καὶ ποιήσεις ἀσπίδας ἐκ χρυσοῦ καθαροῦ. S. August. Quest. in Exod. 115, aspidiscas, alii uncinos vertunt, vulgata fibulas, i Machab. x, 89, Ἀπέστειλεν αὐτῷ πόρπην χρυσῆν, Misit ei fibulam auream. Pagninus palas, sed et fibulas nos posse interpretari fatetur. Vide infra col. 590 C. Addidit hic interpres, et catenulas smaragdos, quemadmodum et in loco Exodi sequitur, καὶ ποιήσεις δύο χρυσοῦ καὶ ἐκ χρυσοῦ, et facies duos catenulas ex auro : sed in textu Gregorii nulla vox est quæ catenulas significet.

Ibid. B. Umbriarum. Hæc addita sunt e Græco : cæterum Hieronymus epist. 128, ὑπόδητον vertit subnuculam, et ita tunicam hyacinthinam appellat : ζισσύβιον fit mentio Exodi xxvii, 59, καὶ ζισσύβιον γιζώνων ἐκ βύσσου, et nodi tunicarum ex bysso, vel ut alii vertunt, et fimbria, qui et ζισσύβιωτους ἐσθῆτας, vestes fimbriatas intelligunt. S. August. Quest. 114, testatur quosdam Latine reddidisse Exodi xvii, 4, ζισσύβιωτων, tunica cum coriibus, quod honestius putarunt, quam si dicerent cum cirris, qui bene dispothi ornameto esse vestibus solent. Tamen ad fibriarum hi cirri possent referri, quibus ora vestium

ornatur; nam et Hesychius χρυσοειδῶν exponit χρυσοειδῶν fimbriatum, et Pollux κρόσυμβον, pro modo crinim accipit, quos referunt fimbriæ. Vide infra col. 590 C. Porro quod sequitur de capitis vitta, sic expresserat Trapezunt., *In his erat lamina et capitium Pontificis*, ubi quid caputii nomine sibi velit, non video. Gregorius scripsit τὸ μετωπίδιον πέταλον, laminam fronti impositam, de qua hæc præcipiuntur Exodi xxviii, 56, Καὶ ποιήσεις πέταλον χρυσοῦν καθαρὸν, καὶ ἔσται ἐπὶ τοῦ μετώπου Ἰσραήλ. *Et facies laminam auream puram, et erit super fronte Aaron.* Hieronymus quidem epist. 128, capitium appellat partem vestis sive tunice qua collo induitur aperta; sed hoc illud est, quod LXX vocant περιστόμιον Exodi xxviii, 52. S. August. *Quest. 118 in Exod.* peristomium vocavit, id est *qua caput efficitur.* Aliud sonat capitium apud Varonem, nimirum muliebri tegumentum, sive quo pectus vinciebatur. Rursus omiserat hic interpres ea verba que præcedebant jam notata, nempe, ἥ τε αὐτῆς κεφαλῆς ταυῖα ὑφανθῆναι πᾶσα, *Tum capitis vitta, quæ tota fuit hyacinthina*: de qua nimirum agit Exodi xxviii, 57, apud LXX, Καὶ ἐπιθήσεις αὐτὸ ἐπὶ ὑφανθῆναι κεκλωστῆνης, *Et impones eam super hyacinthum tortam.* Vulgata Latina et Hieronymus epist. citata vittam hyacinthinam appellant, ut hic Gregorius ταυῖα, sed ea voce totam ipsam vittam videtur indicare.

Ibid. D. Nec humano. In editione Raphael. lectio fuit e margine retrahenda, Οὐδέμιᾶς ἀνθρωπίνης συναρξείας εἰς τὸ μέν. Nam hæc omnia fuerant ab interprete ommissa.

Col. 522 A. Cumque sua irac. Hæc quoque suppressa fuerant, quorum sententia exprimitur Exodi xxxii, 14, Καὶ ὀργισθεὶς θυμῷ Μωϋσῆς ἔρριψε τὰς δύο πλάκας, *Et iratus ira Moyses projecit duas tabulas.* Ita Phinees Numer. xxv, 11, quia zelo comotus est adversus fornicatorem, iram Dei dicitur a filio Israel avertisse. Psel. cv, 50, *Stetit Phinees, et placavit.*

Col. 525 A. Sicut Moyses. Paulo durius fuit, quod pro his subjecerat interpres, *tum Moyses quoque visus est propter perfidiam dubitasse*: aliud enim est perfidiam, aliud incredulum esse, Numeror. xv, 42: *Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filio Israel.* Unde Hieron. in Zacharie cap. ii: *Propter aquam contraditionis Moyses et Aaron condemnati sunt, ne terram repromissionis intrarent,* et S. August. in *Psal. cv*: *Dubitante enim petram percussit. Hinc offendit, hinc audire meruit, ut moveretur, ne intraret in terram promissionis. Perturbatus enim murmure populi infidelis non tenuit fiduciam, qualem debuit.*

Col. 526 A. Eorum qui ante. Hæc ommissa a Trapezunt. restitutum: at in Græco legebat V. προελκχῶτων, non προὐλωκχῶτων.

Ibid. B. Ut e contra. Ediderat Trapezunt., *Ut aperta essent divinationes*: at Gregorius proph. appellat, ut fert varia lectio marginis edit. Raphaeleng., ὡς προσφητείας ἀνεκρυσ εἶναι. Addidimus ex eod. V. post νεροφείας hæc verba ἐκ θείας ἐπιπνοίας. Ita S. August. *Quest. 48*, in Numer. de hac ipso Balaam: *Deinde ire permissus est dicere, ut jam per ipsum propheta clarissima proferrctur.* Nam omnino permissus non est dicere quod volebat, sed quod virtute Spiritus cogeatur, et Tertullianus iv in Marcionem 28, *Volam propheta simul spiritu implebatur non ad quam venerat maledictionem, sed quam illi ipsa hora Spiritus suggerebat, benedictionem pronuntiabat.*

Col. 529 A. Βιάσθηται. In edit. Græca Raphaeleng. subijciatur asteriscus lacunam hic esse indicans, quam additis ex eod. V., his verbis expluvimus, Κερωτῶ πρὸς τὸ μὴ γενέσθαι βύθιον τὸν τῶ βεθθρω δοθέντα κατασφαλίζοντα. Addidimus etiam interpretationi Latine, *Si quando vita necessitate bona pigiora cingantur fluctibus vitæ hujus exponere, zebō-*

τῶν vero arculam vertere maluimus, quam fiscellam, quod non ex virgulis, sed ἐκ σαυθῶν, ex asseribus illam compingat, ut Exodi xxv, 10, καὶ ποιήσεις κτερωτὴν μερσορῶν, interpretantur, et facies arcam testimonii. Porro LXX Exodi ii, 5, θύχην appellant illud vasculum, in quo positus fuit Moyses, hoc est thecam sive arculam, ut in Complutensi et Plantiniana edit. legitur: at in Vaticana θέβων, apud Cyrillum θύθην. Interpres Origenis genus tegminis esse docet ex virgis, aut ex papyro contextum, vel etiam ex arborum cortice formatum. Scholastæ Græco in Notis Flamini Nobilii est arca ex papyro. Vox Hebræo תבן in hoc solo Exodi loco vertitur Græce θέβη, in multis aliis Geneseos κτερωτῆς, in quibus de arca Noe agitur, quæ ex asseribus et ipsa confecta.

Col. 550 A. Lacrymis parcat. Quæ sequuntur, usque ad finem periodi adiecimus e Græco excuso expressa, et paulo post nomine doctrine exterioris intellige τὴν ἔξωθεν φιλοσοφίαν philosophiam paganorum. Cæterum pro, in *filium adoptaverit*, hic melius verbes illud ὑποβαλλόμενῃ τὸν υἱόν, *filium sibi supposuerit*, hoc est tanquam ὑποβόλαιον, et supposititium partum sibi tribui voluerit. Nam qui per adoptionem vel per adrogationem asciscitur filius, gradum liberorum obtinet cum a parente in cuius erat potestate, in jure ceditur, aut cum sui juris sit, in alienam se potestatem tradit ab alio genitus, at supposititius sive subjectus filius ut loquitur Jurisconsultus l. ii *De Carbon.* edicto tanquam ab ipso patre generatus, aut a matre partu editus supponitur, unde crimen suppositi partus l. x, eod. ad legem Corneliam *De falsis*; Eusebius lib. ix *De preparat. evang. cap. 5.* Ex Artapano veteri historico tradit Merrin Palmanothe reg. filiam, Στείραν ὑπάργουσαν ὑποβαλλέσθαι τινὸς τῶν Ἰουδαίων παιδῶν τοῦτο δὲ Μωϋσῶν ὀνομάσαι, quod Trapez. vertit, *Pucram, quoniam ip-a non pareret, Judæum adoptasse, quem Judæi Moysen appellant.* At emendans interpretationem Grynaus sic edidit: *Hanc autem sterilem existentem, subjecisse quendam Judæorum infantem, cumque Moysen appellasse.* Philo Judæus *De vita Mosis*, Ἰὺν ποιεῖται, τὰ περὶ τὸν ὄγκον τῆς γαστρός τεργάσασα πρότερον, ἵνα γνήσιος, ἀλλὰ μὴ ὑποβόλαιος γένηται, *Fœtus filium supposititium, quæ jam ante muliebri arte fuerat se gravidam, ut nativus putaretur, non ascititius.* Sic igitur intelligendum est illud Justinii in *Exhortat. ad Græcos* p. 8: *Διὰ τὸ ὑπὸ θυγατρὸς βασιλέως εἰς παιδὸς οἰκτιρωθῆαι γόρην,* quod a regis filia in filii locum fuerit adoptata, vel potius, in filii locum ascitus, et et ait Ezechielus poeta apud Clementem *Alex. Strom. 1*, educatus, ὡς ἀπὸ σπλάγγων ἑῶν, *perinde quasi ex visceribus ipsius editus fuisset.* Hinc lucem accipit etiam alter Nysseni locus col. 505 A, εὐθὺς οἰκτιρωσθαι εἰς υἱὸν τῶν ἀναγρηθῆναι.

Ibid. B. Atque inutilia. Hæc inseruimus huic periodo, qua in compendium rededit interpres ea, que tribus expresserat Gregorius, ob ea que sequuntur in Græc. col. 529 C. Καὶ ἀτελεσφόροισι πρὶν εἰς τὸ φῶς εἶθαι τῆς θεογονίας ἀμβλίσκονται. Sic de philosophis sentit Clemens *Alexand. 8 Strom.*: *Οἱ φιλόσοφοι τῶν Ἑλλήνων θεῶν ὀνομάζοντες, οὐ γινώσκουσι, μὴ σέβουσι, κατὰ θεῶν τὸν θεόν.*

Col. 550 D. Quæ Judaica. Restituta sunt hæc ab interprete subtracta usque ad illa verba, atque *Moysen imitatur.* Eos nimirum castigat, quos, ut ait Hieronymus epist. 84, *Totos possidet Tullius, qui Plantum sumunt in manus.* *Et si quando Prophetas legere coperint, sermo horret incultus, Ciceroniani denique potius quam Christiani vocandi sunt.*

Col. 551 C. Deus autem est. Quæ sequuntur usque ad illa, ne a stellis deluxa, interpretis verbis adjecta sunt, in quibus alluditur ad illa loca Joann. xiv, 6: *Ego sum via, veritas et vita*; Joann. viii, 12: *Ego sum lux mundi.* Theodoretus etiam questione 6 in *Exodum* visionem illam significasse vult unigenitum Dei Filium humanitatem nostram assumentem,

et virginealem uterum inhabitantem, immaculatam servatum matris virginitatem; idem Bernardus scribit. *De beata Virgine.*

Col. 553 B. Τὸ ἀναμάρτη. In edit. Græca Raphaeleng. legebatur p. 75, τὸ ἀναμάρτης, reposuimus, quod habuit codex V., et conjectit interpretem legisse vir doctus, τὸ ἀναμάρτη, τὸ ἀμαρτωλόν. Ideoque Justinus *Quest.* 115 ad *Orthod.* recte dicit, Τέλειον δὲ ἀκρωτὸς τὸ καθ' ὅτιον προσθήκην ἢ ἀθήρησιν μὴ δεχόμενον, *Perfectum autem summe est, quod re nulla prorsus accessum vel incrementum recepit.*

Col. 551 A. Pellium amictus. Qui alibi sæpe multa subtraxit, hic de suo quiddam addiderat Trapezuntius, amictus pelliceus, ac terrestris et sordidus passionum astus; posunt tamen non incommode perturbationes hoc amictu pelliceo designari. Sic Ambrosius *De Isaac et anima* : *Talis Moyses cui dicitur, Solve calcamentum pedum tuorum, ut vocaturus populum ad Dei regnum prius carnis exuvias deponeret, et nudo sciri in vestigioque mentis incederet, et lib. De fuga sæculi cap. 5. Solve vincula sæculi, relinque calcamentum, quod terrenum est.*

Col. 553 D. *Hec est verbum.* Interpres aliud fortasse legit, cum scripsit, *In manu reimens, fidei videlicet enssem, quo serp.* Hæc videntur ad illum Apostoli locum referenda *Roman. x, 8, Τούτ' ἔστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν, Hoc est verbum fidei, quod predicamus, et l. ad Timoth. iv, 6, Ἐντροφέμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως, Enutritus verbis fidei.* Paulo post adhaesit mendum ex ms. ex quo editio Raphaelengii expressa, καὶ ἀπλόυστον, corrigendam ex V., ἀκρόβυστον.

Col. 558 B. *Sed et materiale.* Aberant ab interpretatione ista, quæ tamen a rei veritate nihil sunt aliena. Siquidem ex antiquis philosophis multi Deum esse corporeum tradiderunt, ut docet Aristot. 4, *Physic. tex. 52, et* Euschius *De prepar. evang. lib. iv, c. 6, et* Thales, qui mundum esse Deum, Stoici artificiosum ignem, Anaximenes aerium, Xenocrates celestis corpore, Epicurus humanum simili præditum asserabant, de quibus Cicero i *De natura deorum.*

Ibid. B. Uipote horum. Quid legerit Trapezuntius non video, sed longe abiit ab auctoris mente, cuius hæc verba sunt tam in excuso quam in calamo exarato libro, quæ expressius loco eorum quæ exalderat ille, *horum dogmatum partu tanquam non divino, et ab Ecclesia Christiana alieno exsultans.*

Col. 559 A. *Horum autem.* Hic quoque multa fuerant ab interprete ommissa, quæ restituimus ex libro excuso a Raphaeleng. in quo tamen correximus illud ἀισθησας τῶν ἀποστατέρων et substituiimus in ejus locum αἰσθ. ἀνεκστέρων.

Col. 512 A. *Frater enim.* Prior locus est *Proverb. xvii, 17, qui de bonis fratribus intelligendus, ἐπὶ τῶν χρηστοτέρων* posterior de malis, ἐπὶ τῶν ἐναντίων, de contrariis *Jeremæ ix, 4, Omnis frater supplantatione supplantabit, ut e Græco verit Hieronymus: atque ita melius exprimitur Hebraicus, ex quo Vulgata supplantans supplantabit; nam et apud Suidam, πέρων ἔστ, ὁ ὄντος καὶ ἡ ἐπιβουλῆ. Vox etiam Hebraea עץ qua usus est Jeremias non modo πέρων calcamentum, sed et πέρωνος: veititur psal. xl, supplantatio, et IV Reg. x, 19, Ἴπὸς ἐποίησεν ἐν πέρωνισμῷ, *Jeu fecit in supplantatione, quod reddid Latine vulgata, Jehu faciebat hoc insidiosè.**

Ibid. C. Tanquam acie, interpres, *tanquam aurum igne, sic doloribus conprobat.* Atqui non ab auro, sed a ferro similitudinem auctori vel metaphoram sumit, dum verbo nitur, στοιρωσθαι: nam στοιρωσσαι σιδήρων est candens ferum in aquam frigidam immergere et roborare: στέρωμα, ferum, cuius acies chalybe roborata est: qua voce nitur Scriptura *Ecclesiastici xxxi, 51, Κάμνος δοκιμάζει στέρωμα ἐν βραχί* *Fornax probat aciem ferri in tinctura,*

Vulgata, *ferrum durum.* Comparationem ex hac metaphorâ texit Gregorius Nazian. orat., 2, in Julian., καὶ τῷ διωκτῷ βίωσαντες τὰς ψυχὰς εἰς εὐσέβειαν, καὶ ὡς περ σιδήρων θερμὸν ὕδατι τοῖς κινδύνοις στοιρωσάντες. *Persecutionibus animas ad pietatem roborantes, ac periculis, ut aqua calens ferrum obdurantes.*

Col. 515 B. *Utitur insidiis.* Non ut antea ex Trapezuntio, *utitur viis, quasi esset ὁδοίς.* Sic et Augustinus lib. xxii, c. 18, *De civit. Dei,* expressit illud *Ephes. iv, 14, πρὸς τὴν μεθοδεῖαν τῆς πλάνης, ad machinationem erroris; Vulgata, ad circumventionem erroris.* Alterum locum hic citatum ita quoque vertit Tertul. v, in *Marcionem, 18: In qua stemus ad machinationes diaboli, ex Apost. Ephes. vi, 1, στῆναι πρὸς τὰς μεθοδεῖας τοῦ διαβόλου, stare adversus insidias diaboli.*

Ibid. D. Quod si falsum. Tota hæc periodus addita est interpretationi, cuius sententia consonat iis quæ paulo ante dixit, deinde facile singula speculabimur, quod est Græce δυνάτων τοῖς καθ' ἕνα-στον ἐφαρμόσαι τὸ νόημα. *Potest singulis sensus accommodari, qui nimirum generatim est expositus.*

Col. 547 A. *Quod autem ista.* Trapezuntius edidit, *Quod vero induratum adeo tyrannum fuisse dicitur, non te perturbet, neque idcirco nequitiæ suæ punias erasisse ipsum putes, quoniam potentia quasi coactus peccaret: simile namque.* At intererat lectorum scire, qua ratione probaret auctor Pharaonem ex necessitate non peccasse. Similem profert Hieron. ep. 159, quæst. 10, *Si hoc ita est, et pro voluntate sua miseretur Israeli, et indurat Pharaonem: ergo frustra queritur atque causatur nos vel bona non fecisse, vel fecisse mala; cum in potestate ipsius sit et voluntate absque bonis et malis operibus vel eligere aliquem vel abjicere* Clemens item *Alexand. i Strom. 059' αἱ τιμὰὶ, 059' αἱ κόλασαι δίκαιαι, μὴ τῆς ψυχῆς ἐκρύπτει τὴν ἐξουσίαν τῆς ὀργῆς καὶ ἀπορημῆς, ἀλλ' ἀκούσιου τῆς κολίας οὐσίας. Nec honores nec supplicia justa sunt, si αὐτὸν a non habeat liberum potestatem et abstinentem, sed sit vitium involuntarium.* Porro initio sequentis pagine suppresserat expositionem loci Apostoli interpretes, qui est *Rom. i, 16, Tradidit eos Deus in passionem ignominiam; nam et alibi solet hæc testimonia Scripturæ copulare, ut hom. ii in Eccl. p. 588, ubi de hæc ipsa libertate arbitrii agitur.*

Col. 550 B. *Quod si postquam.* Horum loco alia scripserat interpres. *Quod si postquam triduo Ægyptii tenebris laborarant, adaperitis per penitentiam oculis illico videbunt, non injuria, præsertim cum palpabiles illæ tenebre tam verbo, quam sensu peccati ac ignorantia tenebris conveniant. Hanc a peccato libertatem nostram a Crucifixo factam tenebras ignorantie morte ac resurrectione ipsius repulsas ab historia significata crediderim maxime cum ibi Moyses pro Ægyptiis qui sensibilibus tenebris laborabant, et hic Christus pro peccatoribus qui delictorum tenebris obscurantur manus extenderit. Atqui non Ægyptiorum oculos per penitentiam aperite fuisse, dicit Gregorius, sed figuram eos fuisse illorum, qui per penitentiam visum mentis recipiunt per agnitionem Christi ad virtutem a vitio traducti.* Reliqua de Christi comparatione cum Moyse, quod uterque manus extenderit, ab interprete paraphraste potius minus obeunte quam interprete, sunt adjecta. Quamobrem haud tuto satis ejus fide mixus quispiam illud τοῦτεροι καθὼς πολλῶς εἴπαμεν τῶν κακῶς ζώντων καὶ τὴν ἔκτασιν τῶν χειρῶν τοῦ Χριστοῦ μὴ προσκυνούτων, margini editionis Lugduno Batavæ adjece, unde postea in textum iniecit, hæc a manuscriptis abesset, et videretur hoc potius ab interprete nunc mutilante nunc dilatante sententiam auctoris assumi. Hæc tamen addendum post illa verba, palpabiles illæ tenebre, quod ab eo prætermissum est, sicut narrat historia, καθὼς φησὶν ἱστορίαι.

Col. 351 A. *Arte ipsos extractos. Trapezunt. Arte ipsos in catem ut apparcent traxerit.* Non animadvertit solitos veteres medicos per quaedam ἐμπειρικά φάρμακα, quae vomitum provocarent, stomachum aegrorum pravis ag. estis humoribus oneratum levare. Plinius lib. xxvi, cap. 5. *Dumnavit Asclepiades vomitiones tunc supra modum frequentes,* et cap. 8 *De Thythmali succo agens: bibunt cum ut purgent vomitione, et alio soluta, alias stomacho inuident.* Unde apud Ciceronem lib. xiii, ep. 50 *ad Atticum, unctus est, accebit,* ἐμπειρικά agebat. Et solebant singulis mensibus Hippocratis tempore ἐμπειρικά agere, vomituque stomachum levare, quibus valetudo curae erat; ut ejus indicat liber *De salubri dicta.*

Ibid. D. Dexteram vel. Scripserat Trapez. nesciunt ad dextram aut sinistram declinare: putans fortasse alium ad illud Deuteron. ii, 27: *Non declinabimus neque ad dexteram neque ad sinistram,* cum usurperet potius verba Jonae proph. iii, 2. *Οὐτως οὐκ ἐργωσαν δεξιὰν ἀπόρων, εὐδὲ ἀριστεράν,* quod Vulgata dixit, *Qui non sciunt quid sit inter dexteram et sinistram.*

Col. 355 C. *Sed igni ut contigit.* Etsi properabat interpretēs quoque, non debuit tamen ea praeterire, quae de ossibus non comminendis, deque celeritate adhibenda fuerant a Gregorio expressa, de quibus agitur, et cap. xii, 46. Exod. Paulo post etiam in locum eorum que de peregrini aut viatoris habitu sequuntur *ibid. D. substituerat* quaedam de nomine Phaeae vel transitus a sensu anctoris: haec. *Quare patet etiam a nomine (transitum enim comestione-n illam appellavit) quid illis rerum involucris voluerit significare.*

Col. 358 D. *Hoc est ossa verbi.* Sic enim emendandum, ut olim admonimus, cum primum has Notas edidimus: at Trapez. scripserat: *Altiora te non queras, id est, noli ossa Christi enterere; non enim eges scientia ipsorum.* Ita quidem Vulgata Lat. Ecclesi. iii, 22, *Altiora te ne quaeris, et fortiora te ne scrutatus fueris;* edito Vaticana, *Κλιπέτερα σου μή ζητεί, καὶ ἰσχυρότερα σου μή ἐξετάξῃ.* *Difficiliora te ne quaeris, et fortiora te ne scrutatus fueris.* Apud Theodoretum lib. i, cap. 4, *Historia* citat Alexander episc. in ep. sua, *Καὶ ὑψηλότερα σου μή ζητεί, καὶ ἰσχυρότερα σου μή ἐξετάξῃ.* *Difficiliora te ne quaeris, et fortiora te ne scrutatus fueris.* Apud Cyrillum in Testim. 55: *Altiora te ne quaeris, et fortiora te ne scrutatus fueris.* Illud porro quod sequitur, *non enim est tibi opus occulto,* est ex eodem cap. vers. 25. Sed Vulgata Latina verba nisi necesse non fuit, cum e Graeco Nysseni haec verteret Trapezunt.

Col. 665 A. Ut et natus. Pro vixisse legisse videtur interpres νεανίας, juvenibus, sed ex ms. Regio corrigendum νεῖξίς, ut et natus voluptatem afferat iis, qui corpora expurgant, vel abluunt. Id enim hic significat φαιδρόνεσθαι, quod in illo versu Hesiodi apud Clem. lib. III *Pod.* cap. 5: μηδὲ γυναικεῖον λουτρὸν χρῆσθαι φαιδρόνεσθαι Corpus femine non expurgare lavare, non exhilarare, ut scrips. Herv. ibid. et hoc loco, vers. est apud Hesiod. sub fin. Operum. Col. 670 B. Quod consilium. Hæc duo membra nunc accedunt interpretationi ut paulo post, pro πόρται correximus πόρραι, ut in simili loco antea in lib. *De vit. Mosis*, p. 83, edit. Lugdun. Clemens etiam lib. II, cap. 12, *Pædag.*, enumerat inter similes muliebri mundi quisquilias περιόνας, ἀμυρῖνας, ὄρρους. *Fibulas, amphileas, monilia,* et haucil, cap. V, vers. 28: τὸν μανύχην τὸν χρυσὸν περιεθηκὰν περὶ τὴν πλάγχθλον αὐτοῦ, torquem aureum circumposuerunt circa collum ejus: qui locus eorum faret sententiæ, qui hæc voce designari censent speciem τῶν περιεραχθῶν καὶ περιδερῶν inter ornamenta collaria, quomodo et Polybius μανιάκας nominat Gallorum collaria ornamenta, φέλλιον δ' φοροῦσι περὶ τὸν πλάγχθλον.

Col. 675 C. Non ut Hervetus volebat, in anima id quod est serpentium voluptatis. Nam que Dioscorides lib. I, cap. 45, et alibi ἔρπητας et ἔρπηθνας vocat, ea Plinius et Latini ulcera manantia, et ulcera serpentia vocant vel putrescentia. Paulus Ægineta

herpetis nomen usurpat : emendavimus hic τῷ κακῷ enim ms. scriptum haberet τῷ κακῷ.

Col. 678 A. *Sed pars possessionis.* Interp. *sed pars creatura esset, et post pauca, ut quia aliqua ex iis que orta sunt creatura latitiam colligerem.* In ms. M. legebatur etiam μερίδα κρίσεως, sed emendandum κτήσεως constat ex duobus qui sequuntur locis, ὅλον ἀπὸ τινος κτήματος, et μερίδα τὴν κτήσιν λέγω. Convenit inter omnes Scripturæ interpretes μερίδα, partem vel portionem, dici sortem vel possessionem, hereditatem, præmium, vel quidquid alicui ferendum vel possidendum obtingit. phrasi Hebraica, ut Psal. xv, 5, Κύριος μερίς τῆς κληρονομίας μου. *Dominus pars hereditatis meæ;* et Num. xviii, 20 : "Οὐ ἐγὼ μερίς σου κληρονομία σου. *Ego pars tua et hereditas tua;* quodque dixerunt LXX : Ἰσοῦ δέδωκα πᾶν ἐπιδέκατον ἐν Ἰσραὴλ ἐν κλήρῳ. *Ecce dedi omnem decimam in Israel in hereditate vel sorte.* Hieronym. vertit, *omnes decimas Israelis in possessionem.* Hanc quoque correctionem Regius ms. comprobavit. Porro sub finem pagine scribendum, *per omnem sensum dicit,* vel excogitans, quibus se positum esse omnibus sensib. dicit, διὰ πάσης αἰτιήσεως. Col. 679 C. *Quis est homo qui.* Hæc verba Scripture cap. 2, 12, sic expresserat Hervet. : *Qui est homo qui venit, post consilium, quæcumque ipsum fecit?* In editione Romana, paulo aliter Græcus textus, "Οὐ ἐλεύσεται ὀπίσω τῆς βουλῆς τὰ ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ, *quæ fecerunt ipsum.* In aliis libris sic est : Πάντα ὅσα ἐποίησεν ἐν αὐτῇ. *Omnia quæcumque fecit in eo,* quibus hæc Nyssem lectio suffragatur; vult enim Deum omnia in sapientia fecisse, Psal. ciii, 24, et sapientiam istam consilium appellat. Quis ergo assequatur omnia que sapientia Dei fecit? quod dixit Hieronymus ex Hebræo, *ut sequi possit regem factorem suum?* Col. 687 A. *Et electio.* Non ut ex vulgata Latina scripserat Hervetus, et *afflictio spiritus:* at LXX Græce ediderunt καὶ προαίρεσις, quod in Vaticana vertitur, et *presumptio spiritus,* aliis est, *electio spiritus.* Hieronymus ex antiqua Græci textus interpretatione, *Omnia vanitas et pastio ventis.* Ita pluribus aliis in locis electionis vocem substituit, quam et interpres usurpandam sibi censuit inf. Col. 695 B. ἐν τῇ προαιρέσει καρδίας αὐτοῦ, *in libera electione cordis sui.*

Col. 690 B. *Non intueri.* Aliter interpres ex traiectione particule negativæ, *ut persuadeat intueri ea que non apparent;* at huic sententiæ auctoris quam restituit, similis est et germana Basilii germani ejus illa, qua suadet in homilia quadam μὴ προσηλωσθαι τοῖς βιωτικοῖς, *ut non adhaeremus rebus sæculi hujus, et rursus, ποιεῖται ὁ ἀντιλέγων τῇ μάχῃ, ex iis que videntur pugnam excitat.* Ibid. C. *Cum stulto.* Gr. ἐναπεσθῆσθη. Hervetus, *stulto autem extinguatur, etiam monumentum,* sed corrigendum est ex B. συναπεσθῆσθη, *cum stulto extinguatur, et adproximus ea que subindicant locum Davidis* Psal. ix, 7. Ἀπόλετο τὸ μνημόσυνον αὐτῶν μετ' ἤχου. *Periit memoria eorum cum sonitu.* Nam et ita explicat hujus additamenti sensum Chrysost. in Comment., καὶ τοῦτο δὴ τῆς τοῦ θεοῦ κηρύσμονίας τὸ μὴ λαθλονόντως ταῦτα ποιεῖν. Τὸ περιφανὲς οὖν θεοῖ τῆς ἀπωλείας. Porro hoc est etiam Dei providentiæ quod non facit hoc latenter : significat ergo quam manifestum explicat hujus additamenti sensum Chrysost. in Comment., καὶ τοῦτο δὴ τοῖς τοῦ θεοῦ κηρύσμονίας τὸ sit exitium, et Theodoret. Τὸ δὲ μετ' ἤχου τὸ ἐκδηλον τῆς ἀπωλείας σημαίνει ἀπὸ τῶν σεισμῶν πειπουσῶν οἰκιῶν. *Nam cum sonitu hoc significat ex metaphora domorum, que abiquo terræ motu concussæ concidunt.* Col. 691 B. *Et pulchras port.* Interp. aliter, et turres et pulcherrima, que excitantur opera, quasi esset καὶ τὰ κάλλιστα ναυστήματα. et paulo post, *Incertum esse autem, an non vitii materiam efficiant opes, atqui non id vult Gregor., sed incertum esse, num heres ad explendas lubidines suas relictis opibus sit abusus:* Ab-

sumet hæres *Carcaba dignior, Servata centum clarib., et mero tinget pavimentum superbo.* Horat. l. ii, Ode 14, quod ipsum innuntit illa verba Salom. Eccl. ii, 19. Et ἐξουσιάζεται ἐν παντὶ μόθῳ μου, quod vertit interpres hic paulo post, *et an potestatem exercebit in omni labore meo.* In edit. Plantin., et si licentiosus erit in labore meo, quam interpret. confirmat illud I Nehemie v, 15. Οἱ ἐκτετιναχθέντοι αὐτῶν ἐξουσιάζονται ἐπὶ τῶν λαῶν. *Excussi eorum potestatem exercebunt adversus populum:* quod vulgata Latina sic extulit, et *ministri eorum depresserunt populum,* et I Machab. x, 70, Διὰ τί ἐξουσιάζη ἐφ' ἡμᾶς τοῖς ὄρεσι; *Quare potestatem exeres adversus nos in montibus?* Convenit demum cum istis quod ex Polybio afferunt, Ἐξουσιαστικώτερον τοῦ καθήκοντος. *Majore cum licentia quam decebat.* Hieronym. hoc Salomoni accidisse admonet; non enim similem sui filium Roboam habuit.

Col. 694 B. *Cognoscit.* Ad verbum esset, *quoniam cognoscit.* Cæterum in omnibus Veteris Testamenti exemplarib. aliter exhibetur hic locus ex cap. 2, v. 22; in Plantin. edit. γίνεται τῷ ἀνθρώπῳ, in Vaticana, "Οὐ γίνεται ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐν παντὶ μόθῳ αὐτοῦ. *Quoniam fit in homine in omni labore suo.* Hieronym. ex LXX. Quid enim fit homini in omni labore suo? Symmachus, *δει γὰρ περιγέγονεν:* Quid enim amplius fuit? omnium clarissime vulgata Lat. *Quid enim proderit homini de omni labore suo?* at Nyssemus pro γίνεται legit in aliquo libro γνώσκει, paulo post col. 695 D pro πάρεξ αὐτοῦ sine ipso scriptum fortasse offenderat interpres παρ' αὐτοῦ vertens, *a seipso.* Hieronym. *quis comedit, et parcit sine illo?* Ibid. *Sed justitia.* Ita quidem ms. M., sed apud Apostolum alio modo legitur ad Rom. xiv, 17, Δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη καὶ χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ. *Sed justitia et pax et gaudium in Spiritu sancto.* Postremo scripserat interpres : *Peccatori dedit afflictionem, ut addat, et congreget ei, qui est bonus in conspectu Dei:* at περισπασμός non afflictionem, ut habet Latina vulgata, sed occupationem sonat, ut c. 1, 15, περισπασμῶν πονηρῶν ἔδωκεν ὁ θεός. *Vulgata, Hanc occupationem pessimam dedit Deus.* Symmachus etiam hic edidit ἀσχηλάν.

Col. 698 D. *Quod nimium.* In ms. M sic erat ὁ δὲ τοῦ λαλεῖν, et poterat videri præceptum innui Pythagoricum silentii, *alius vero loqui prohibuit,* sed manifestum mendum sustulit collatio enim regio codicis τὸ λαλῶν; sequitur enim quod a Thalete philosopho pronuntiatum est μὴδὲν ἄγαν. *Ne quid nimis,* vel ut auctor est Diogenes Laert. a Pythagora, vel ut Aristoteles in Rhetoricis, a Biante.

Col. 699 D. *Quod autem nondum.* Male antea, *quod autem est constantis ætatis,* adolescentiam enim indicat, que nondum ad virilis ætatis robor firmitatemque pervenit.

Col. 702 D. *Cum quispiam.* Locus est Isaie xvi, 16, Διὰ τὸν φόβον σου ἐν γαστρὶ ἐλάθωμεν, καὶ ὠδύνησμεν, καὶ ἐπέκομεν πνεύμα σωτηρίας σου. *Propter timorem tuum in utero accepimus, et parturivimus, et peperimus Spiritum salutis tue.* Citatur idem locus inf. libr. De Virginit. c. 19, p. 598, paulo post interpres scripserat *tempus filiorum ad ritam,* quasi legisset, *καίρεος τέκνων εἰς ζῶντ' ἰου τέκτων, pariens, vel gignens.*

Col. 703 C. *Qui semper.* Hervet., *qui omnino crucifigi,* neque citantur, aut usurpantur verba Pauli ad Cor. sed ad Galatas ii, 20, Χριστῷ συνεσταύρωμαι. *Cum Christo crucifixus sum,* ut vertit Hieronym. in c. xli Isaia.

Col. 706 A. *Sed ejus qui supereminat.* Scripsimus ex ms. M. ἀλλὰ τὸ παρασπείρωντος, quod Hervetus omiserat. Ut enim παρασπείρεσθαι est perperam legatione fungi, sic παρασπείρωντ' intelligo idem valere, quod perperam seminare, quasi alludat ad parabolam, de qua Lucae viii, 12 : *Qui autem secus riam, hi sunt qui audivunt; deinde venit diabolus et tollit verbum,* vel potius ad alteram Matth. xii, 25,

Venit inimicus et superseminavit zizania. Hæc scripseram antequam in manus nostras veniret regius codex ms., in quo emendator et amplior erat hæc sententia, ἀλλὰ τοῦ παραπείρουτος τὰ ζιζάνια, ἢ τοῦ παραφτεύουτος τῷ δεσποτικῷ ἀμπέλων τὴν Σοδομικήν κληματίδα, quæ omnia aberant a lib. X interpretis.

Col. 718 C. *Sion enim.* Admonueram Græca sonare, *Sion enim mons est, qui super arcem Hierosolymorum eminet, vel apparet, non cum Herveto: Sion enim est, quo Hierosolymorum fastigium supereminet.* Hic enim ἄκραν ut apud Plutarchum in Coriolano idem valere censendum est, quod ὄσπε εἰς αὐτὴν φθάται τὴν ἀκρόπολιν, ut pervenias ad ipsam arcem virtutum; Psal. II, 6, super Sion montem sanctum.

Col. 725 C. *Non des.* Hæc aliter citantur a Nyseno atque in vulgatis Bibliis. Psal. cxx, 5, μὴ δόξης, et οὐ νυστάξει, quo pacto etiam scriptum est apud Chrysostomum et Theodoretum. Aquila item vertit, Εἰς σφαλῶν πόδας σου. *Ne des in prolapsum pedes tuos;* Symmachus, μὴ δόξης περιτραπήγαι: *Ne des subverti.* At in Plantiniana editione, μὴ δόξη et μηδὲ νυστάξει legitur *non det, et neque dormitet,* quæ cum Hieronymi ex Hebræo interpretatione magis conveniunt. Hervetus ediderat, *et non dormitet:* Vulgatam Latinam potius quam aliquem Græcum codicem secutus.

Col. 727 B. *Ex ore vestro.* Sic malimus cum Græco textu consentire, quam editam ab interprete lectionem retinere *ex ore tuo.* Nam in ms. M. ἡμῶν, in regio ut et apud Apostolum, ὁμῶν scriptum est, *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.* Sic enim verterunt epithetum σαπρός Cyprianus epist. 42, et Hieronymus in Commentario, quos sequi debuit Theod. Beza potius quam iudicium suum: quod si sola antithesi nitatur, vertendum illi fuit, *omnis sermo riuosus, non ut edidit sermo putris,* nam in antithesi sit ædificationis mentio, non fructus. Porro hic notandum lectori Catholico suffragio textus Nyseni confirmari Latine Vulgatæ lectionem illam, *ad ædificationem fidei, πρὸς οἰκοδομήν,* quomodo etiam legitur in codice, quem Claromontanum Beza vocat, et apud Cyprianum epistola citata et III Testimonior. 15, Hieronym. vertit *ad ædificationem opportunitatis,* quod etiam textus Græcus Apostoli nunc exhibet, sed mutatam fuisse suspicatur ab interprete Latino propter euphoniā, imo quorundam codicum auctoritate nixum illum fuisse constat ex ejusmodi locis, qui lectionem illam asserunt.

Col. 751 D. *Nondum enim.* Perperam antea versum fuerat, *Nondum seipsam, ut nostri libri fert sententia, novit creatura.* Sed pendet sententia us-

que ad illa extrema verba periodi, in quibus cum Socrate videtur loqui, *Quæ supra nos, nihil ad nos;* apud Lactantium lib. III, c. 20, divinar. institut. Addidimus interpretationi, *quomodo id quod non est, substantiam accipiat, πῶς τὸ μὴ ὄν οὐσιώσεται,* quod verti etiam potest, *quod non est, procreetur;* nam ita οὐσιώσων, *procreationem apud Irenæum Latine reddi monet doctissimus Billius lib. I, c. 55, Observationum,* et Budæus, τὸν λόγον οὐσιώθηται ἐξ ἡμῶν interpretatur *Verbum Dei ex nobis substantiam sumpsisse.* Sic apud Iustinum in Expositione fidei, p. 505, legimus, *τὴν σάρκα εἰς λόγον οὐσιώθηται. Carnem in Verbum substantia transiisse, vel in Verbi substantiam transiisse, et Ad Græcos adhortat.,* p. 6, καὶ κατ' ἑαυτὴν οὐσιώσεται, *et per seipsam constitisse, vel, a se ipsa substantiam accepisse, sive, procreationem esse.*

Col. 747 C. *Sic igitur didicimus.* Hervetus addebat, *pugnans sic quoque capessite,* quasi scriptum offēdisset ἀντιλαμβάνεσθε: at ms. M. suspensa sententia usque ad finem alterius periodi ἀντιλαμβάνεσθαι μαθεῖν προσίχει καὶ τὸ ἕτερον μέρος, cui suffragatur et liber R. Paulo post in loco Apostoli ad Rom. v, 1, reposuimus, *pacem habemus* quo pacto etiam legitur in nonnullis Vulgatæ Latine exemplaribus et apud Origenem in textu, licet in Commentario sit, *pacem habemus,* quod plerique vulgati libri præ se ferunt.

Col. 751 B. *Cochleari autem.* Græce τῆ δὲ περόνη, quæ vox non cochleari proprie, sed fibulæ sonat, ut Job XL, 20, Symmachus vertit, ἐν περόνῃ τρυπηθήσεται τὴν ῥίνα, *in fibula perforabitur nasum,* quod LXX ἄξις δὲ δράκοντα ἐν ἀγκίστρῳ, *Duces autem draconem in hamo.* Hic autem indicari videtur genus aliquod instrumenti ferrei, quo ad mensam veteres uterentur, quales ille sunt furciculae, quibus in Italia passim, et in Gallia nonnulli cibos tractant.

Ceterum in iis quæ sequuntur mendosus liber Græcus vitiosam peperit interpretationem, *quod apparatu convivoris ipse quidem recte est usus, cum ipse qui apparaverat causam eorum quæ erant eventura: sed malus usus, etc.* At nos monueramus emendandum videri, *εἰς καλὸν ἀπεχρήσατο αὐτοῦ τοῦ παρασκευάσαι τὴν αἰτίαν τῶν ἐκβήσεων. οὐ προετοιμάσαντος.* Hoc enim indicat fibulam vel furciculam illam ad cibos captandos non ad oculum expungendum paratam fuisse. Postremo sustulimus vocem *bonorum,* ex hæc interpretis sententia infra col. 754 A. *Si autem bonus est, qui est auctor et causa bonorum, bona omnino sunt, cum Græce tantum sit, εἰ δὲ ἀγαθὸς ὁ τῶν πάντων αἴτιος.* Nam ut ait Tertullianus I, in Marcionem, 13, *Nihil indignum se Deus fecit; ergo nec mundus Deo indignus.*

IN HOMILIAS IN CANTICUM CANTICORUM

FRONTO DUCÆUS.

Cæperat jam exendi Græcus harum homiliarum textus, jamque ad finem secunde progressa erat editio erita ex apographo, ejus copia Claudio Morello civi Parisiensi ac typographo ab amico facta erat, cum ad manus nostras alterum exemplar nobilissimi viri Francisci Olivarii pervenit multo emendatius atque adeo locupletius eo, quem Morellianum appellabimus, hæc nota designatum M. ut alterum ista OI. Siquidem in illo priori undecim tantum reperte sunt priores homiliæ, in posteriori omnes quindecim, et omnes fere lacunæ ac mendæ quibus depravatum fuisse colligimus codicem, quo Herve-

tus interpres est usus, illum deformant; posterior autem similior fuit ei quem nactum fuisse constat Joann. Leunclaviū, cum interpretationem suam Basileæ editam anno Christi 1570 adornaret, quam absoluta demum ista sumus adepti, dum has notas ad genuinam lectionem a depravatione codicem, et interpretem minus accurata versione asserendam attexeremus. Quia tamen adjunctæ margini fuerant apographi variantes lectiones ex Morelliano excerptæ, sæpe contigit ut operæ typographici, non Olivarii, sed Morelli exemplar secuti sint, neque delectum earum fuerit ausus corrector facere arbi-

trii sui: quam ob causam id nobis faciendum erit, ut quæ potissimum lectio sit amplectenda moneamus. Primum igitur notandum est in Olivarii codice titulum huius operi dari ejusmodi Ὀλυμπιάδι Γρηγόριος πρόλογος τῆς ἐρμηνείας τοῦ Ἀσματος τῶν ἁγμάτων. *Olympiadi Gregorius. Prologus expositionis Cantici canticorum.* In editione vero Leunclavii Basiliensi, Gregorius episcopus. Nyssæ pudicissimam Olympiadem in Domino salvere jubet: in Morelli codice ἐξηγήσεις ἀκριβῆς εἰς τὰ Ἄσματα τῶν ἁγμάτων. *Enarratio accurata in Cantica canticorum;* sed hi tituli pro arbitrio antiquorum varii sunt præfixi.

Col. 756 B. Παρίστασθαι. Amplexus est variam lectionem codicis Ol. typographus, et tamen verbum εἶναι retinuit ex M. sic autem scribendum, παρίστασθαι τῇ λέξει τῶν ἁγ. γρ. δοκεῖ, in altero erat παρίσταται et διὰ πάντων εἶναι δοκεῖν. *Leuncl. existimant sacrarum litterarum dictioni esse inhærendum,* omisit, διὰ πάντων vel διὰ παντός, perpetuo vel in omnibus.

Col. 758 D. Filios procreet. Interpres ediderat. *Propheta sit procreatus,* atqui παιδοποιεῖσθαι mediis verbi notione accipit etiam Leuncl. *ex scorto sobolem procreat,* et clarum est præceptum Osee 1, 2, *Et fac filios fornicationum,* neque assentiendum contendit Nyssenius illis, qui, ut ait Cyrillus Alexand. Ἀναπειθούσι παριστῆσθαι τὸ γράμμα καὶ τῆς ἱστορίας τὸ εἰκῶν καταφύξιζεσαι, *Persuadent litteram repudiare, et historiam vanitatis condemnare,* neque, ut ait Theodoretus, iis assentiendum est, qui non verentur dicere verba hæc rebus esse destituta, et quod Deus quidem ea jusserit, non tamen propheta fuerit assecutus; nec istam visionem fuisse imaginariam quasi nihil fuerit juxta litteram perpetratum, ut scribit Hieronymus, sed præter sensum historicum multis in Scripturæ locis allegoricum mysticumque sensum esse quærendum.

Col. 762 B. Quo pacto dicit. Non ut antea erat, quemadmodum dicit Theologus, ex vitiosa lectione M. Πῶς φησιν ὁ θεολόγος, post illa verba, in medio autem esse, pene integram periodum addidimus, ex Ol., quam et Leunclavius veram agnoscit. Sicut scriptum est Genes. 1, 51, *Viditque Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona.*

Col. 771 A. De gravi carne. Fastidum hoc loco mendum M. et illius calamo exarati libri, quo interpres utebatur, ineptam peperit versionem, ἀντὶ σαρκὸς Μαρίας γενόμενον pro βαρείας, pro carne *Mariæ factus pura intelligentia.* Leunclavius minime vitiosum nactus librum, pro carne gravi pura mens reddatur.

Col. 779 A. Quia ergo. Contrariam sententiam expresserat interpres, oportet ori addere potum, qui atrahitur ex fonte. Sic quoque vitiose M. προβλεῖται τῷ στόματι τὸν ἐκ τῆς πηγῆς. At integrius et emendatius alter: *Quoniam igitur is, qui e fonte potum atrahere vult necesse est os ad aquam apponat.* Ita loquebatur et Virgilianus ille pastor Eclo. 11.

Necdum illis labra admovi, sed condita servo.

Paulo post elegantem locutionem omissam restitimus λέπρος ἐπιπροσθούτης. Leuncl. nulla carnali lepra caliginem offundente.

Ibid. C. Sensus. Locutus est Proverbior. 11, 5, licet aliquantulum immutatus, τότε συνήσεις φόβον Κυρίου, καὶ ἐπιγνωσιν Θεοῦ εὐρήσεις. Tunc intelliges timorem Domini, et scientiam Dei invenies. Periodo quæ proximam sequitur, vinum enim et lac, suum sensum restitimus, quam ita Hervetus ediderat, *Quod enim gustus est luc et vinum; si illa sint ejusmodi, ut cadant sub intelligentiam, quæ en omnino,* etc.

Col. 785 A. Ut in vasis. Depravata Scriptura suavis istius comparationis odorem corrupperat; legebatur enim in M. ὡς ἐπὶ τῶν ἀγίων pro ἀγγέλων, unde interpres, ut in sanctis quorum effusus fuerit unguentum, et ἀπόλοιψθῆις ἐκ τῶν ἀγίων, ex vapo-

ribus sanctorum excepta qualitate. Ae Leuncl. *Perinde ne fieri consuevit in vasis, et ex obscura quadam de odoribus in vase relicta qualitate.* Ex his poterit lector intelligere, quid hæc editio cæteris præstet. Nam in utroque interprete multos defectus supplevimus.

Col. 787 B. Aulæ. Προπόλαια μὲν γὰρ ἐκ κλειτῶν ὑφασμάτων, hæc videtur lectio fuisse corrupta codicis, quo usus est interpres, *restibula quidem erant ex insignibus texturis.* Nec multo sanior ea, quam præ se fert ms. M., at cum ms. Ol. consentit Leuncl. ἀλλεῖται μὲν γὰρ ἐκ λιγῶν. *Nam externus tabernaculi hujus ornatus ex anluis quæ vulgaris essent telæ, velisque de caprarum pilis, nisi forte ἐκ λιτῶν pro ἐκ λιγῶν, reperit;* scriptum est autem Exodus xxvi, 1: *Καὶ τῇ σκηνῇ ποιήσεις δέκα ἀυλαίας ἐκ βύσσου κεκλωσμένης, καὶ ὑακίνθου καὶ πορφύρας: Et facies tabernaculo decem cortinas de bysso retorta et hyacintho et purpura.* S. August. *quest. ult. in Exod. ἀυλαίας, quas Græci appellant, Latini aulæ perhibent, quas cortinas vulgo vocant.* Poffuei lib. vii, c. 7, *Βύσσος λίνου τοῦ εἶδος παρ' Ἰνδοῦς: Byssus est lini quedam species, apud Indos,* et Plin. lib. xix, c. 1. *Asbestino lino principatum in toto orbe duci, scribit, proximum byssinum.* Linum quoque numerat inter ea materiæ genera ex quibus tabernaculi ornamenta confecta, lib. *De vita Moysis, col. 52 A, ἐσέροις δὲ λίνον, καὶ ἄλλοις τριχῆς πρὸς τὰς ὑφασμάτων χρείας.*

Col. 790 D. Licet mea. Breviora fuerunt hæc et mutila apud Hervetum, *Nunc mihi informata fuit pulchritudo, propterea quod: at Leuncl. Tametsi enim nunc in me pulchritudo luget, quæ mihi propterea est impressa, quod relictum me dilexerit.*

Col. 791 C. Et virgo meretrix. Hoc addidimus interpretationi, quod aberat etiam a ms. M., non item a Leunclavii textu, *et meretrix fit virgo, et Æthiopes nitidi.* Scripserat Hervetus, *et splendidi Æthiopes, neuter assecutus est genuinum vocis λαμπροί significationem, quam vel pueri sciunt eandem sonare sive albedinem cum splendore conjunctam: itaque recte Vulgate auctor, quod est Jacobi 11, 2, ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, in veste candida, vertit, non ut Theodor. Beza, veste splendida, et Lucæ xxiii, 41, ubi dicitur Christus ab Herode amictus ἐσθήτη λαμπρᾷ veste alba, scribit ille, veste splendida, et tamen contendit ineptus ille veterum censor Herodem Romani moris non ignarum voluisse illum notare quasi candidatum imperii: atqui non splendida, sed candida vestis dicebatur ea qua inducebantur, qui magistratum ambiabant. Polybius certe λαμπρᾷ dicere maluit idecirco petitorum togam quam λευκῆν. Plutarchus in *præceptis conjugalib. p. 144, Οἱ προσόντες ἐλέφαντος ἐσθήτη λαμπρᾷ οὐ λαμψύουσαν, οὐδὲ φοινικίῳ οὐ ταύροις. Qui ad elephantos accedunt, candido, qui ad tauros puniceo vestitu non utuntur.* Male Xylander *splendido;* non enim id colorem significat, sed fulgorem, et aurata vestis splendida potest dici, quæ alba tamen non est.*

Col. 799 A. Quæ damnata est. Hervetus corruptam nactus lectionem aberravit, et ex vicinia urbium in viam reductus non est, M. ms. συγκαταδικασθεῖσα τοῖς ὄμοις, *Gomorrhæ, quæ in domibus posuit condemnationes;* at Leunclavius, *Gomorrhæ una cum Sodomorum condemnata,* Deuter. xxxii, 55, *Et draconum vinum eorum, et venenum aspidum insanabile Græce, θυμὸς δρακόντων, ira draconum, male hic Leunclavius, draconum insanabilis animus in pravus Sodomorum torcularibus ebullit.* Utitur enim locutione sumpta ex Joë 11, 24, *Καὶ ὑπερχυθῆσονται αἱ λίθοι ὄνου: Et redundant torcularia vino;* rursus c. 111, 15, *Πλήρης ἡ κλῆθὸς ὑπερχεῖται τὰ ὑπολήξα: Plenum est torcular, redundant torcularia.* Sic ergo hic interpretari potes, *Ira draconum insanabili prava Sodomorum torcularia redundant.*

Ibid. B. O quantos. Hæc periodus a ms. M. et ab interpretatione Herveti exsulabat, sed asserta est et

reducta ab Ol. et Leunclavius eam ea expressit: paulo post etiam interpres uterque legisse videtur, *ὄρατος βότρως ὁ ἡλιάζων τῷ εἶδει*, Hervetus. *Botrus, qui præ se fert formam solis*. Leuncl. *qui specie sua Solem refert*. At *ἡλιάζειν* Lexica vulgata exponunt, in Helice subdiali consensu Atheniensi iudicare, vel ad solem expandere, *ἡλιάζεσθαι apricari*, *ἡλιάζω autem, solem referre, solis instar candicare, ἡλιόσθαι soli expositum esse*, itaque *ἡλιωμένος* potius hic, *racemus a sole ustus* dicendus esset, vel *ἡλιῶν, solis instar candicans*; at ms. Ol. *ἰδιάζων*, utrum aptius sit, lectori iudicet.

Col. 805 B. *Cum ergo ea*. M. ms. *ἐπεὶ οὖν ἐν μόνον ἔχει ἡ νοητὴ καὶ ἄλλος φύσις, ὡσαύτως ἡ δὲ*. Hervetus similem secutus librum: *Cum ergo una sola ea, quæ intelligentia percipitur, et est materie expertis natura habet, id quod semper similiter et eodem modo se habet, transit autem*. Nec multo melius Leuncl., *Quando igitur una tantum res eodem modo se semper habeat*; at *ἐμμονον* ut retineamus quod suggerat Ol. suadet quod sequitur τοῦ ἐστῶτος σχιζόμενος, *εἰ τὸ ἐστὸς καταλιπὼν*.

Col. 810 C. *Equitatu*. Τῆ ἔπιπῳ μου. Hervetus, *Equis meis*. Leuncl. *equæ meæ*. Nec aliter Ambrosius lib. 1, *De Isaac*, et in *Psalms*. cxviii. serm. 8, ubi tamen inquit non unam equam divitis regis accipiendam, sed absolute pro equitatu, et in homili. Origenis est, *equitatu meo*, quod ambiguitas Græcæ vocis facile patitur, ut observat Flaminius Nobilius, et confirmatur hoc loco a Nysseno, qui agnoscit, *ἔπιπῳ δούμων, copias equestres*, et ab interprete libri I Machabæorum iv. 1. *Καὶ παρενήθαλε χιλίαν ἔπιπῳ ἐλακτῆν. Et assumpsit mille equites electos*.

Col. 819 B. *Stratores*. Addidimus vocem hanc ab interprete omissam, ex utroque manuscripto, quam agnoscit etiam Leuncl. *qui regi equum instruunt, per ornatus anteriores*. Velut Onomasticon Græco-Latinum *strator*, *ἀναβολεύς*. Spartianus in Antonino Caracal. *Denique cum illum in equum strator ejus levaret, pugione latus ejus confodit*. Qui equum domini ephippio sternit, ipsunque in equum sustollit, *strator* vocatur. In Glossario, *ἐπιμακτῆς* vertitur *Metator*, qui seilicet domum præparat aut designat lib. xii. Cod. Justin. est titulus 24, *De stratoribus*, et constitutio Valentiniani et Valentis imp.

Col. 822 C. *Per odorandi*. Hujus quoque membri accessio militur auctoritate utriusque ms. M. et Ol. et Leunclaviani codicis, ex quo ille, *odoratu quesitum attingit, quasi corporis cujusdam proprietatem olfaciendi vi percipiens*; ut Hervetus *χρῶματος* videtur legisse, non *χρωτός*, nisi forte pro colore ipsam vocem *χρωτός* accipiendam putavit, ut apud Aristotelem et Xenophontem accipi, Budæus et alii annotarunt non solum pro corpore: tamen hic aptius Leunclavius corpus intellexit, ex quo manat odor propria olfactus objectum. Hic ergo scribe, *veluti cujusdam corporis proprietate ab odorandi facultate percepta*.

Col. 825 A. *Qualecumque*. Male in ms. M. *ἕτε ποτέ*. Unde interpres ediderat, *quod illum quidem quando est in essentia, quod eorum, etc.*, nos suffragante etiam altero interprete veram sententiam restituimus.

Col. 829 A. *Διὰ τοῦ ἀρθους*. Ita dixerat antea col. 828 c. *Κυπρίζοντος, ὑπερ ἔστιν ἀρθουόντα*. Apud Suidam etiam legitimas *κηπρίζουσαι ἀρθούσα*, pro quo apud Hesychium est *κυπρίζουσαι* rectius. Sic enim legitur Cantic. ii. 15. *Αἱ ἄμπελοι ἡμῶν κυπρίζουσαι*. *Vites nostræ florentes* Biblia Germanica *κυπρίζουσαι vineæ nostræ germinant*, et Hebraicam vocem *רִיחַן* germinare exponit auctor *Indicis Græci*. Paganus quoque pleraque verba Hebraïca florere simul et germinare, oriri et pullulare docet significare. Vulgata Latina ex Hebræo ibidem vertit etiam, *vinea nostra floruit*. At Leunclavius miror hic scripsisse, *Racemus meus flore suo maturescens*,

simplicius fuisset, *flore suo pullulans sive germi-nans*. Sequēbatur apud Hervetum, *qui seipsum super ligna ferebat, ostendens*, mendose quippe legerat, ut habet ms. M. *ἐπὶ ξύλων ἀναφέρον*, at Numer. iii. 24, scriptum est, *Καὶ ἦσαν αὐτῶν ἐπ' ἀναφορεῦται*. *Et tulerunt eum in vectibus*. Leuncl. *qui liqueis in fulcris ostendit sese*.

Col. 854 B. *Sive enim*. Quid legerit interpres non facile suspicari poteris, sive enim ad auri speciem coloratur, eundem etiam materiv splendorem in M. erat εἶπε γὰρ πρὸς χρυσοῦ εἶδος χραινεται κατὰ τὰς, Leunclavius autem, *Nam sive speculum aurum versus respiciat, aurum apparet*. At paulo post pro τὴν κοινῶν τὸν κάλλους, videtur legisse Herv. ut habet idem ms. M. τὴν ομοιοματὴν τοῦ κάλλους, *atrahens dispensationem pulchritudinis*, Leuncl. *pulchritudinis commanionem atraxisti*.

Col. 859 C. *Nata enim sum*. Pædus error in hunc locum irreperat, et parissimum filiorum candorem infererat, scriptumque fuerat: *Nascitur enim lilium ex corallibus*. Quod autem lilium et colore et odore reliquis floribus antecellat, ideo *κρίνον βασιλικόν* a Græcis dicitur regis floris apud Dioscoridem lib. iii. c. 107; Plinius lib. xxi. c. 5, *Lilium rosæ nobilitate proximum est, nec ulli florum excelsitas major; candor ejus eximius*.

Col. 845 A. *Nam lilium*. Mutilis erat in M. hic locus, ut in eo quo usus est Hervetus, *A spinis usque adeo, ut cum forma habeat etiam boni odoris delectationem ἀκάνθας τὸ κρίνον μέγχι*. Leuncl.: *Etenim lilium saltem speciei fragrantiaque ratione delectationem quamdam habet*. At necesse non fuit illud saltem adijci; superat enim sylvam reliquam lilium; at superatur a pomo. In sequenti pagina totum locum illum addidimus, in quo verba Davidis ex psalm. cxviii. citantur.

Col. 847 B. *Fulviri quippe*. Hoc membrum ex utroque codice Græco addidimus, quam accessionem etiam confirmat Leuncl., quemadmodum et alteram sub finem col. istius D. ut *domus lectum*; sed paulo post illud τὸ συναγέξ ἐφ' ὑπέρτου τινός cum interpretatur, altoque in loco consertim positus, *varietatem quamdam aspectui exhibet*, indicat se legisse fortasse ἐφ' ὑψηλοῦ τινος, et κατ' ὄψιν, cum Ol. non κατὰ τὴν πέψιν cum M., ex quo Hervetus, *in aliquo loco supino et aquabili sibi unitus per coactionem variatur*.

Col. 855 A. *Rejicit Eccles*. Interpres ediderat, *existimationem describit*. Legit nimirum ut præfert M. *καταγράφεται*: rectius Ol. *παραγράφεται* cum quo Leuncl. consentit: *opinionem nostram quædam quasi exceptione summovet*.

Col. 862 B. *Ejus qui omnia*. M. τοῦτου πᾶν ἐπι-βλέπει· Cui similis lectio manuscripti ex quo Hervetus, *Hoc quilibet viderit*. At cum altero ms. Ol. Leuncl. *Caprea visus acumen in eo, qui universum hoc intuetur, notat*. Allunt fortasse ad illum Ecclesiastici locum xliii. 16. *Ἡλιος φωτίζει κατὰ πᾶν ἐπέβλεψε*. *Et sol illuminans per omnia respexit*. Deo tribens, quod Salomon Soli, vel certe illius Jobi dicti sensum exprimens, de Deo loquentis c. xxviii. 24. *Αὐτὸς γὰρ τὴν ὑπ' οὐρανὸν πᾶσαν ἐφορᾷ*. *Ipse enim omnem orbem terrarum perspicit, vulgata, et omnia quæ sub celo sunt respicit*. Confirmat etymologiam τῆς δορκάδος Plinius lib. xxviii. c. 11, qui capreas et dorcades lippire negat, quod herbas quasdam edant. Etymologos, *δορκὰς παρὰ τὸ δερκω τὸ βλέπω, δερκερὰς γὰρ καὶ ζῶον εὐόματον*.

Col. 865 A. *Plantam*. M. ἐπεβλέπει τὸν χριστόν. Hervetus aequè mendoso usus libro, *ex æquo Christus immittit*, at *ἔργος* legit alter interpres, *Is ergo pariter omnia vestigiis suis subjicit*. Sed *ἔργος*, ut apud profanos auctores, non solum illud signum sonat, quod pes incedentis solo imprimi, ipsam etiam pedis imani partem, ita in Scriptura pro planta pedis vel ipso pede sonitur, eademque vox

Hebræis עֲלֵעָן calcæans et planta πέρνα et ἕγνος vestigium vertitur. Unde Deuteron. xi, 24. Τόπον ὃν ἔν πατήσῃ τὸ ἕγνος τοῦ ποδοῦ σου. *Locum quem calcaverit vestigium pedis vestri.* Vulgata, quem calcaverit pes vester. Ezechiel, xxxii, 15. Καὶ ἕγνος κτήνους μὴ καταπατήσῃ αὐτό. *Et vestigium jumentum non calcabit eam.*

Ibid. D. *Sed stat per.* Hoc membrum adjectivum ex Ol. et Leuncl. qui tamen hic dormitavit, neque potuit manuscripti mendii scopulum evitare quem Hervetus transiit. Legebatur enim in M. ἐπιγράφει τὴν τοῦ ἀέρος χάριν ὃ πλάστῃς τοῦ ἀέρος, quod ipse vertit, *deringit aeris gratiam ipse auctor aeris*, atqui locus Davidis, qui sequitur, admonet corrigendum τοῦ ἀέρος.

Col. 867 C. *Sit aspectus.* ὄψις et aspectum et faciem sonat: sed hic aptius scribes cum Leuncl. Quo enim pacto fieri potest ut in speculo venusta facies conspiciatur. Paulo post lacunam explevimus libri M. et interpretationis Herveti additis illis ἐπειδὴ ἀνέστη καὶ τὸ ἀγαθὸν ἔδειξεν, ubi tamen corrigendum, καὶ τῷ ἀγαθῷ, ut antea dixerat, καὶ πλεονάζον γίνεται, et paulo post τῷ φωτὶ προσεγγίσαται Leuncl. et vultum suum obvertit beno, ritus a tergo collocatis. Sic locutus est Clement Alexand. VII. Strom. pag. 507. Ἴνα οἱ ἀντιπρόσωποι τῶν ἀγαλμάτων ἱστάμενοι πρὸς ἀνατολὴν τρέπῃται δὲδοκῶνται, *Iti qui stabant vultu converso ad simulacra ad Orientem verti docerentur.*

Col. 886 A. *Sicut trunci.* Ea est lectio vulgatorum Bibliorum, ex quibus textus Cantici descriptus est, quia litteris fugientibus plerumque in libro, calamo exarato Ol. expressus erat, in aliis editionibus, ut in Vaticana, ὡς στελέχη καπνοῦ θεθυμαμένην σμύρναν καὶ λίβανον, *Incensa myrrha et thus.* Hervetus scripserat loco, sicut virgultum fumi ex suffitibus myrrhæ et thuris et universi pulveris aromatarum; pene ad verbum Latinam vulgatam acutus; at Leunclavius utrobique: *Instar stipitum fumi aromaticis suffita tam myrrha quam thure adeoque pulveribus aromatarum?* Theodoretus fatetur obscuram esse compositionem apud LXX, quod minus Hebræorum lingue deservierint: itaque Aquilam vertisse cum Symmacho, sicut similitudo fumi ex suffimento. Imitatur autem et virgulam sæpe suffimento fumus in aere veluti expressus. Alii ex Symmacho proferunt ὡς ἀναθυμίασις, sicut incensi evaporatio.

Col. 887 D. *Ad lectum vitæ.* Hervetus ediderat, vitæ materialis humano corpore obumbratus; at Leunclavius postea comperimus vertisse ex libro textuque Græco nostro simili, et miratur quo pacto tectus umbra descenderit ad infera hujus vitæ cubile, humani corporis natura ex materie crassa constante tanquam umbra quadam obvelatus, pro εὐσκαίως M. εὐσκαίως, rectius.

Col. 890 C. *Sub tegmine.* Sic maluit, quam cum interprete, supra petram, Leuncl. sub tecto petre anteriori muro vicinæ: neuter observavit usurpari verba Scripture ex cap. ii, v. 14. Cantici, Vide col. 858 C.

Ibid. *Dignam censet.* Interpres hoc tantum addebat, eo qui loquitur. Rursus est: at Leunclavius agnoscit eandem sententiam a nobis subjunctam his verbis, ipsum loquentis vultum clare intueri cupit, ejusque sermonem ab ipso excipere non amplius per alios loquente, aptius tamen illud ἀξιῶ verbes postulat, quam aut cupit, aut dignam censet. Hæc conveniunt cum verbis Apostoli ad Hebræos i, 1. *Multifariam multisque modis, etc.*

Col. 891 B. *Is qui sublimia.* Immutavimus Herveti verba promoveatur ad altos montes, sen ita se gerat is qui superne habet mentem, videtur legisse

τὰ ὑψηλὰ ὄρη, non ὀρεγόμενον. M. habuit τῶν ὑψηλῶν ὀρέων. Et infra δι' ἀκριθείας. At nostræ lectioni suffragatur Leuncl., qui expetit illa sublimia, quo minus ulterius progrediatur; sed periculum hic perperam fuit, et alteram inchoat ex sequentibus, cum adhuc sententia pendat. Paulo post inseruimus versus Davidis ex psalmo xvii, 12, ab interprete prætermissum, ubi observandum in aliis libris illud κύκλω αὐτοῦ, jungi cum altera parte versus κύκλω αὐτοῦ ἢ σαγήνη αὐτοῦ, *In circuitu ejus tabernaculum ejus*, quemadmodum et in vulgata Lat.

Col. 894 B. *Ut eo solam.* Hæc a nobis adjecta sunt, usque ad illa verba, *cujus omne signum*, eaque necessaria fuisse, neque supposititia indicat alter interpres, dum Græca sic exprimit, *Tamen agnoscit id quod quaereret, hoc ipsum esse, quod existere deprehendatur ex eo solo, quod quid sit percipi nequeat.* In M. erat τῷ ἐν μόνῳ τό, corrige τὸ ἐν μόνῳ τῷ. Ita Chrysostomus orat. i, *De incomprehensibili Dei nat.* pag. 552. Ὅτι ἀναρχὸς ἐστὶ καὶ ἀγέννητος καὶ ἀίδιος οὐδα, τὸ δὲ πῶς, οὐκ οἶδα. Οὐ γὰρ ὄχεται λογισμὸς πῶς οἶόν τε οὐσίαν εἶναι μήτε παρ' ἑαυτῆς μήτε παρ' ἑτέρου τὸ εἶναι ἔχουσαν. *Deum non incaptum, non genitum, sempiternum esse Deum non ignoro, sed quo pacto ita sit, intelligere nequeo.*

Et orat. 5, p. 587. Τασούτων ἀπατιτούμεθα μόνον ἰδέσθαι, ὅτι ἐστὶ Θεὸς, οὐχὶ περιεργάζεσθαι αὐτοῦ τὴν οὐσίαν. *Requiritur a nobis, ut Deum esse sciamus, non ut quid Deus sit indagemus, et auctor noster homil. 7. In Ecclesiast.* col. 752 A. ἀγαπῶσα τασούτων μόνον γινῶναι περὶ τοῦ ὑπερκαιμένου, ὅσον πεισθῆναι, ὅτι ἄλλο τι παρὰ τὴν τῶν γνωσθόμενων φύσιν ἐστὶ. Vide etiam orat. i, in illa verba, *Faciamus hominem.*

Col. 895 A. *Sed præcedamus.* Hic quoque trium quatuorve periodorum nova facta est accessio, quæ in interpretatione Herveti desiderabantur, et in ms. M. in Basiliensi deinde non omittas eas fuisse comperimus pag. 569. *Itaque ad proxime sequentia nostra progrediatur oratio, si qua forte ratione; eademque confirmat emendationem nostram, qua indicavimus legendum hic esse ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν ex Apostolo II Cor. iii, 18, μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου πνεύματος.* Leunclavius scripsit, qui de gloria in gloriam per sublimiorum cupiditatem transformantur. Paulo post pro ἐβρίζονται. M. ἐνριζοῦνται, emendandum, ἐνριζοῦνται.

Col. 898 D. *Quem qui accipit.* Quæ sequuntur interpres sic edidit, simul cum eo conversatur plenus fimo divini spiritus, αὐτῷ ζῆμα et μεμυρισμένος legit, pro ἐν τῷ ἄσθματι et μεμυρισμένος, in M. ms. mendose item ἐν τῷ ἄσθματι ὕπνου συγγίνεται τοῦ μεμυρισμένου. At Leuncl. quem si quis per respirationem attrahit, fragrantiam quamdam adipiscitur, spiritu illo abundante omni odore suavi repletus.

Col. 902 G. *Sed una omnibus.* Hæc aberant ab interprete usque ad pares numero, et a ms. non item a Leuncl. Ex iis omnibus una facta est eximia, quæ sola inter ceteras germinavit. Rursus *Jesus ille Nava filius lapides tot e Jordane sumit: historia refertur Numer. xvii, 5, et Josue ix, 1, et Hebr. ix, 4.*

Col. 906 B. *Non enim.* Additum est hoc membrum interpretationi, quod admittere videtur Leunclavius: *Nec enim illam in ætatem ea cadere possunt, in ms. M. brevius itidem fuit, οὐ γὰρ χωρεῖ τὸ πάθος ἢ νηπιότης.* Non enim capax est perturbationis infantia.

Col. 907 A. *Quis enim.* Interpres, *Quis est hic pacificus? is qui interemit*, quasi legisset τίς οὗτος ἐιρηνηκός; at consentit cum Ol. codex M. Leuncl. Nam quis tam pacificus ut ille qui hostilitatem omnem confodit? Ephesior. ii, 16, *interficiens inimicitiam in semetipso.* Paulo post addidimus ex

ms. *Ol. qu. per se ac sponte voluntur*, quæ mutatus est ex Propheta Zacharia ix, 16 : Διότι λίθοι ἄγιοι κολιούνται ἐπὶ γῆς αὐτοῦ. Nam lapides sancti voluntur in terram ejus. Alter interpres dixit, sara viva, quæque sponte sua, quemadmodum ait vates quidam, ad murorum harmoniam provoluntur. In ms. M. emendatius legebatur κολιόμενος.

Ibid. C. Israel sit Dominus. In ms. M. prorsus ita legebatur ut in eo codice quo usus est interpres, Κύριον καὶ παρὰ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεύς. *Israel sit Dominus a regno quoque ejus*, quoniam ipse est Rex. *Judworum accipimus testimonium*; sed quæ interseimus ex ms. *Ol.* plane ut gemina Leucl. agnoscat: Quod autem Dominus sit Rex Israelicus, etiam hostes ipsius testati sunt, qui ad crucem subscripserunt confessionem suam, quæ regnum ei tribuunt.

Col. 911 C. Ligna vero. Aliter scripserat Hervetus, quod manuscriptum fortasse lacuna et vitiosa interpunctio corruptum nactus esset, quæ et in Morelliano apparuit, fortasse per hæc nos esse vasa lignea et fitilia, et quos reprobos fecit in inobedientia, et fitilia per lignum fecit peccatum, nos fecit vasa lignea fitilibus. Pro dignitate autem. Legit ergo ἀπειθοῦσιν pro ἀπειθαίστα, verum in Basiliensi editione sic Latine reddebantur Græca quæ edidimus: Quædam vero lignea et testacea, fortasse nos per illa denotans, quos inobedientia quasi gypsa vitæ, et testacea reddidit, sicut et commissum in ligno peccatum nos ex aureis vasa lignea effecit. Verum ἀπογαῖον, non gypsum, sed in terram vertere, vel terram reddere sonat etiam apud Artemidorum, ut notat Budæus, et Zosimus lib. iv *Histor.* sic dixit Κερμέριον Βόσπορον ἀπογαῖοθῆνα, quod idem Leuclavius vertit, *Cimmerium Bosphorum ad terræ formam redactum.*

Ibid. D. Qui clam fovet. M. ms. ὁ ὑποστρέφων τῶν τοιοῦτων κέδρων τὴν ὕλην et ex simili Græco textu Hervetus, *Libanus convertens ejusmodi cedrorum materiam, ad nihilum redigitur*, sed a nobis stat Leuclav. et ὑποστρέφων legit et δένδρων. *Libanus, qui materiei talium arborum alimenta suppeditat.*

Col. 922 C. Neque si per aliquam. Hoc membrum solus ms. *Ol.* suggestit; nam ab altero interprete non agnoscitur: neque si deuratur, quidquam eorum, quæ fiunt, sentit. *Jol. Pofflux lib. vii, c. 34, κομμωτικής κομμῶν καὶ πέλειν; artis comptoria esse capillos comere et pectere, unde et Clemens lib. iii, c. 2 *Paradagogi*, καὶ τὴν ἡμέραν κομμωτικῆ προστετήκασι: ἡλιαμεύμεναί, ornandi artificio toto die sunt officæ, incluse conclavi.* Porro capillos sensu carere rursus ait homil. 15.

Col. 926 D. Ecclesia opus. Lectionem ms. *Ol.* quæ amplius videbatur, repræsentavimus; in altero ms. sic erat, κατενόησαμεν εἰς ὀδόντων χρεῖαν τῆ ἐκκλησίᾳ πληροῦντες ἐν τῷ διαλεπτύνειν. Jam ex utriusque comparatione poterit verior lectio coalescere, si ita scriberetur, ὡς ὀδόντων χρεῖαν τῆ ἐκκλησίᾳ πληροῦντος ἐν τῷ διαλέπτ. animadvertimus, ut pole qui Ecclesie dentium loco esset, dum communiendo conciliari dogmatibus claritatem. Vide infra de dentibus hom. 15.

Col. 950 B. Qui genas. ms. *Ol.* παραίσις ἐπιπρέποντος; sed appictam margini variantem lectionem ex ms. M. arripuit typographus, quam et Hervetus expresserat, *per ruborem qui apte fervet in genis*, at Leuclav. nunc per ruborem in genis insignem judicium percommode laudat.

Col. 954 D. Eam turrin. Mutata interpunctio sensum mutat: si ergo ut in ms. M. virgula post vocem περιεστοιχισμένην collocaetur, ille quem expressimus sensus emerget: sive post vocem πρόρον ponatur, ut in ms. *Ol.*, rectius ita cum Leuclavio interpretabere. *Et arbitror equidem significari nobis per hanc clypeorum multitudinem angelorum custodiam quæ turrin ejusmodi undique cingat.* Herv-

vetus περιεστοιχισμένον perperam legisse videtur. *Existimo autem eam turrin clypeorum multitudine in orbem circumdatam significare angelicum præsidium.*

Col. 955 A. Millia abund. In utroque ms. ἐϋθηρόντων legitur, at in vulgatis Bibliis εὐθυρόντων, latantium, Hieronymus ex Hebræo abundantium: ex aliorum sententia proprie vox Hebræa exigeret ἐπιθυρόντων, concupiscentium. Hæc varia lectio psalmi lxxvi, 18, quam profert etiam ex quibusdam libris auctor Indicis Græci Veteris testamenti, a Flaminio Nobilio non est annotata. Alter Davidis locus est psal. cxviii, 72, quem interpres omiserat. Leuclavius scriptum forte reperit εὐθυρόντων, *Latantium chiliades.*

Ibid. B. Quibus collum. Mendose in ms. M. ὁὺς ἐπιπέφυκε τὰς προκτινάς, quæ vitiosa lectio et interpunctio in errore induxit Leuclavius, cum verit, *Humeros intelligimus, quibus efficaciter agendi studia incumbunt, et quibus brachia nostram salutem operantur.* Aptius Hervetus dictionem collum repetit, quod adnatum esse humeris ait Gregorius ut Basilius ejus frater Homil. 3 in Hexaem. ursæ per breve esse humerose ingestum collum. Βραχίως, καὶ τὰς ὠμοὺς ἐνδοδουκῶς ὁ τροχὴ κεφαλῆ δι' ὀλίγων σφονδύλων πρὸς τὴν ῥάχιν συναπτεται. *Caput per colli paucas admodum vertebrae spinæ dorsi unitum esse.* Origenes quoque Homil. 4 in Numeros docet eos sacerdotes qui sarcinas operas et velatas humeris portant, significare sacra mysteria actu operum potius quam scientiæ revelatione esse cognoscenda, itaque per humeros opera indicari. Porro in tribus quæ sequuntur periodis, verum auctoris sensum restitimus ab interprete ignoratum, cujus verba consulto hic prætermittimus.

Ibid. D. Iis qui sciunt. Vitiosa lectio versionem alienissimam pepererat. Legit Hervetus, ut est in ms. M, τοὺς ἐπανισταμένους ὁ θεὸς ἔρχεται καὶ ποῦ ὑπάγει. *Affert iis qui surgunt Deus venit, et quo recedis:* at in ms. *Ol.* τοὺς ἐπισταμένους, ὅθεν ἔρχεται, et ita corrigendus est hic locus: *Joan. iii, 8.* scriptum est, ἀλλ' οὐκ οἶδας πῶθεν ἔρχεται καὶ ποῦ ὑπάγει. *Sed nescis unde veniat, et quo vadat.* Appliat Spiritui sancto Nyssenens, quæ in Evangelio sunt dicta de vento.

Col. 958 D. Testificans ejusmodi. Ambiguitas vocis μέλει, in causa fuit, ut aberraret a mente auctoris interpres scribens, *testificans quod ei cura sit probatio ecclesie.* At τοιοῦτον μέλος intelligit tale membrum corporis, cui comparatur doctor ecclesiasticus nempe mamillam. Mentio fit paulo post τῶν μελῶν τῆς ἐκκλησίᾳς, membrorum Ecclesie, porro ex ms. M. emendandum est, ὑποστρέφουσα, quod per se alit ubera? et in eodem legebatur ὅτι τὸ καθαρόν εὐδοῦσαι πρὸς τὴν τῶν, et fortasse τὸ δοκίμιον commodius scriberetur hoc sensu, *membrum Ecclesie inesse peritiam explorandi, quod puritatem prospero successu retineat, dum inter pura lilia pascitur, acute cernens:* vel certe τὸ δοκίμιον idem valebit quod δοκιμασία, qua voce utitur in *Epist. ad Letonium can. 4* Ὅπως ἂν τῆ ἐνοῦ τοῦ δοκιμασίᾳ ἐκκρίνη τὴν τοῦ θεοραποστομῆν κατὰστασιν, *Ut sua probatione de ejus, cui medela adhibetur, statu judicet.*

Col. 942 B. Tu autem. Hic duarum periodorum facta est accessio, quam et approbat editio Basiliensis, et quod sequitur, καὶν διαπαντός ὁ καθαρὸς τῆ καρδίᾳ male expresserat Herv. *etiam si sit mundo corde, qui potest aspicere.* Tangit duo loca Scriptura: I Cor. ii, 9; et Matth. v, 8.

Col. 946 A. Erucisset. Adlendum, instar naturæ rationis expertis elaboravit, malis studiis. Id enim exigunt Græca verba Gregorii, quemadmodum, et quæ adjectum col. 946 A, quod a bellua natura superetur, quod utrumque additamentum Leuclavius approbat, tametsi minus apte alterum exprimit, postquam natura belluæ hujus rerum posita est. Non enim dixit κατακρατητάτης τῆς φύσεως, sed κατακρατητάτης τοῦ θηρίου.

Col. 947 A. *Cor indidisti.* Verterat hic et alibi interpres cordifecisti nos, cujus inusitati verbi loco dixisse videtur S. Ambrosius in *psal.* cxviii, serm. 1, *Corde nos cepisti ab uno oculorum tuorum,* et in serm. 16, *Cor meum cepisti:* at in Germanicis Bibliis non *ἐκκαρδίωσας* scriptum est, sed *ἐκκαρδίωσας.* Stupefecisti nos, cum tamen exigent grammaticæ regulæ *ἐξεκκαρδίωσας,* si *ἐκκαρδίωσιν* sit stupefacere. In Vaticana et Plantiniana Bibliorum editione ut hic apud Gregorium legitur *ἐκκαρδίωσας,* quod Leunclavius recte, *cor indidisti,* quemadmodum et *ἐλύχωσας* est, animasti, nou, animam abstulisti, sic neque *ἐκκαρδίωσας,* cor abstulisti. Vulgata tamen ex Hebræo, *Vulnerasti cor meum.* V. Editio *ἐθάρσυνας,* fidere fecisti; Symmachus apud Theodoretum, excitasti et exponit idem, *ἐκκαρδίωσας,* *cor meum stupore affectisti,* et alii tres Patres, *in tui desiderium inflammasti.*

Col. 949 C. *Ἄργεϊ δὲ πάντως.* Interpres in ms. legit ut est in M. *Ἄργεϊ δὲ, alter autem ei imperat.* Sed Ol. ms. *ἀργεῖ,* cui suffragatur Leunclav. *altero plane quiescente.* Sub finem homilie col. 952 C, verum item sensum restituumus illi loco, καὶ ἡ νεῖσος τοῦ τραχήλου quem Hervetus sic ediderat. *Et torques colli tui divinum habent jugum, cum susceperis in te perfectionem.* At Leunclav. *Et colli tui conditio perfectionem consecuta est, cum jugum divinum in se receperit.*

Col. 955 A. *Nisi ipsa primum.* Interp. *nisi ipsa primum esset soror Domini,* atqui dixit *ἐαυτὴν ἐποίησε,* quod Leunclavius, *nisi prius sese Domini sororem effecisset per bona opera:* quod in disputatione de meritis operum non medioeriter potest valere.

Col. 958 A. *Cultus exhibebatur.* Amplexus est lectionem ms. M. typographus, quam etiam in suo repererat interpres, *omnia que cum igne habuerunt offinitatem.* At ms. Ol. non *ἀργυστεῖαν* legit, sed *ἀργυστεῖαν* et Leunclav. *aliique omnia quæcumque per ignem offerebantur.* Est enim *ἀργυστεῖα* cultus deorum Suidæ, apud quem *ἀργυστεῖα,* scribitur, et apud etymologum *ἀργυστεῖα,* sicut et hic apud Gregorium.

Ibid. D. *Quæ ei accedit.* Hoc membrum loco movimus, ne ad *eamdem* posset referri, non ad copiam donorum, ut Græca sonant. De verbo *προσφέρεσθαι* vide que infra annotavimus in col. 1085 D, sed et immutativus quod hic scripserat interpres, *intelligis ex disciplinis, quoniam sit doctrina:* quippe lectionem exprimens M ms. *νοεῖς δὲ πάντως ἐκ τῶν μαθημάτων τὴν διδασκαλίαν ἦρτις ἐστὶ.* At Leunclavius legit *μαθημάτων,* et *διδακταλίου,* et *haud dubie animadvertis ex ipsa doctrina, quoniam sit illa magistra.* Paulo post *ἐπιπτάμενον* exhibet ms. Ol. *pervolantem pratum,* et Leunclav. *in pratum quis involans:* non ut ms. M. *ἐπιπτάμενον* et Hervetus, *sed stantem in prato inspiratorum a Deo.*

Col. 966 C. *Primum obvio.* Sic malumus quam cum Herveto, *τῆς προχείρου λέξεως, que nunc habemus in manibus:* nam *πρόχειρον,* inventu facilem, promptum et omnibus obvium sensum appellant Græci Patres, quem alii litteralem vel historicum qui nimirum ex ipsa prima vocum nativa significatione pendet. Leunclav. *Si quis saltem ipsa nuda verba, et omnibus obvia intueatur.*

Col. 970 B. *Et nutriat.* Ὑποσρέφουσα, non ὑποσρέφουσα, ut præ se ferebat interpres, *contineat et averiat,* uterque tamen noster ms. priorem tuetur lectionem et Leuncl. *amaro gustatu contineat et ulat.* Sub finem hujus pagine pro, *in primis et glandibus* scripsimus, quod *prunis* Damascenis aut *glandibus,* Leunclav. *sita in perceptione brabylorum, vel nucum, vel similium fructuum,* sed τὰ βράβυλα Suidæ sunt τὰ κισσόμενα Διαμακρινά. Clearchus apud Athenæum l. ii dicit Ὑδῖνος καὶ Συκελεύσας βράβυλα καλεῖν τὰ κοκκύμυλα, *Rhodiis et Siculis pruna vocare brabyla,* sed factum esse pruno vulgari ambitu minorem.

Col. 971 C. *Sunt enim unum.* Interpres, *sive utrumque, sive perfecta virtutis sive divinitatis acquisitionem.* Sed hæc mutila erant et obscura. Paulo post pro *Fistula,* scripsimus, *calamus, et cinnamomum.* Licet enim *κάλαμος,* arundinem etiam significet ex qua fistula fit pastoralis, que et canna dicitur, quod ex canna conficiatur: tamen a Latinis auctoribus dicitur non fistula, sed calamus odoratus, ut a Plinio lib. xii, c. 22, aliquem Dioscorides lib. 1, c. 17, *κάλαμον ἀρωματικόν,* alii *κάλαμον εὐδωμον* appellant, vel etiam *junceum odoratum.*

Ibid. D. *Cinnamomum.* Mendose ms. M. *ἐπαγγέλλεσθαι* pro *ἐπαγγέλλεσθαι,* quod mendum adhaserat etiam libro interpretis, *cinnamomi autem varium et multiplicem operationem exsultare.* Leuncl. astipulatur alteri ms: Ol. *multiplicem et variam efficacitatem polliceri.* Porro ut recte admonet Delius noster, que hodie canela dicitur vernacula lingua, potius est easia veterum, etsi nonnulli hæc duo confundant.

Col. 974 D. *De Amalthea.* Vitiosa scriptio narrationem fabulosam magis deformavit; nam pro *χορηγός* in ms. M. erat *χορηγός,* ut in libro ms. Herveto forte fuit *χορηγός:* quam ob causam verterat, quod *de Amalthea fabulose Græcam confixit narrationem, quam fabulantur fuisse nutricem illius arietis.* Certum est tamen Jovem Cretensem designari, ut ex libro Leunclavii constat, *quam Cretensis illius nutricem fuisse fabulantur,* et Lactantio lib. 1, c. 21, *Ipsius Cretici Jovis sacra capella est Amalthea Nymphæ, que uberibus suis aluit infantem, de qua Germanicus Cæsar in Arato carmine:*

... Si vere Jupiter infans:

Ubera Cretæe multis fidissima capræ,

Sidere que cloro gratum testatur alumnum.

Idem tradit ex Museæ Hyginio lib. ii, c. *De Hæniocho,* sed ex Parmeniscio non Nympham, sed capram id nominis habuisse docet, cum addit ad Melisseæ Cretæ regis filias Jovem esse delatum, que quod læc non haberent, ei admisisse capram Amaltheam nomine. Bionorus Siculus scribit lib. v Nymphas Jovem sibi commendatum melle cibasse, καὶ τῆς αἰγῆς τῆς ὀνομαζομένης Ἀμαλθίας τὸν μαστῆον εἰς διατροφήν παρεῖλοντο. *Et capræ Amaltheæ ut vocatur ubera ad pleniorum nutritionem ei porregerunt.* Simile postea mendum insecerat illi loco ἅ οἶν ἐπίστυσε, quorum loco in ms. M erat ἅ οἶν ἐπίστυσαι τοῖς περὶ τῆς, et Hervetus quasi esset *ἐπίστυσαι.* *Sene ergo sistit sancta Scriptura in que narratur?*

Col. 978 D. *Sicut fons.* Antea vitiose, sicut dicit Apostolus, *Ex Deo exiit et venio,* quo vitio laborat et ms. M. *καθὼς φησιν ὁ Ἀπόστολος.* Certum est tamen hæc esse Domini verba Joan. viii, 42, *Ex Deo processi et veni,* cui similis alius Joan. xvi, 27, *A Deo exiit,* utrobique est ἐξῆλθον.

Col. 985 A. *In Proverbio.* Hoc est in libro Proverbiorum, quem locum non consulit Leunclavius, cum vertit, *nomine tenuis secundus, appellatur, cum nemini secundus ac prosper sit.* Proverb. xxvii, 16. Ita scriptum est: *Βορέας σκληρὸς ἀνεμος, δόγματι δὲ ἐπιθέξωσ καλεῖται.* *Boreas asper ventus, nomine autem dextor vocatur.* Itaque hic interpunctio corrigenda est. Paulo post pro illis verbis, *ut adversus animi perturbationes et vitia obtineat dominatum,* substituumus, *ea que ad. a. p. et v. obtineat dominatum.* Adjectivum Græco textui vocem κράτος ex M. que decrat in Ol., sed in utroque mendose scriptum erat ἀναδόσασθαι pro ἀναδύσασθαι. Similis locutio Gregori Nazianzeni orat. 20 *Εἰς Βασιλικῶν* pag. 519, de Maximo agentis, *Θράσει τε πολλῶ βέων καὶ φιλονεικῶν τὸ τῆς ἀσθεῖας κράτος ἀναδύσασθαι.* *Ingenti audacia fvens, atque impatiatis principatum consequi summo studio contendens.* Leuncl. hic interpretatur, *que sibi adversus vitia imperium usurpat.*

Col. 987 A. *Ut eum assequi.* Hoc membrum ab interprete omisissimum agnosci ut verum Leunclavius, *ut assequi eum inferioribus possint* : at non animadvertit, paulo post illa verba τῆς ἐτοιμασίας τῆς καρδίας mutuatum esse Gregorium a Davide Psal. ix, 11, *Preparationem cordis eorum audivit auris tua*; vertit enim, *promptoque corde illi gratificatur*. Denique Hervetus, qui scribit, *promptoque et parato corde eam pravenit.* Atqui hæc præparatio cordis est sponsa, quæ prævenitur, non cordis sponsi. Unde Theodoretus in Psal. ix, τὴν δὲ ἐτοιμασίαν τὴν προθεσίαν ὁ Σύμμαχος εἶρηκεν. Οὐδας, φησὶν, ἀκριβῶς, τίνος ἐπιθυμοῦσιν οἱ πένητες, καὶ ποίαν προθεσίαν ἔχουσιν. *Preparationem Symmachus dixit propositum.* Nosti, inquit, diligenter, *cujus rei cupidi sint pauperes, et quod habeant propositum.*

Col. 987 D. *In præsentī.* In ms. M. mendum hæsit, cui simile Herveti librum infererat, τὸ παρόν ἐστὶ κρηπὶς, ἀλλὰ τὸν ἐκαστοῦ τὸ μέλι. In eo cum quod adest, est fundamentum, sed ex scribo mel efficit, quando in suo jaro fructus. Leunclavius nonnihil ab auctoris mente discedit, licet lectionem nactus nostræ germanam, ἢ πιερὶς, ἀλλ' ὄρον ἐκαστοῦ, nimirum lactuæ transitorii adhibentur, sed quem ad panem obsonii loco mel adhibeatur, posteaquam suo tempore, etc., atqui panem istum vult auctor in obsonium sibi mel ellici, vel eum sibi mel obsonium elicere, vel adhibere mel obsonii loco : quemadmodum postea fieri sitienti craterem. Quinto commodius fortasse ad præcedentem periodum ita referrentur ista, ut verbum γίνεται eum voce τὰ φυτὰ jungeretur, hoc sensu, plantæ nimirum hortorum istorum fructus producent, et plantæ fiunt myrrha, fiunt panis, fiunt crater : quanquam hoc de fructibus plantarum aptius intelligitur. Illud vero πρός τὸ παρόν idem sonat quod ex præsentī rerum statu, hoc est dum in hac vita versamur, agrestes fiunt lactuæ : sens enim vult Dominus in hoc sæculo tentari et alligi.

Col. 990 D. *Orationi.* Interpres ediderat, *orationum ineffabilem bene dispensas interpretationem.* Et paulo post scripserat, *que dicebat Agrippæ, nos Festi nomen repositimus; nec aliter legisse in suo libro Leunclavius constat ex interpretatione.* Sic igitur, Actorum xxvi, 25, scriptum est. *Non insanio, optime Feste, sed veritatis et sobrietatis verba loquor* : sed aderat tamen et audiebat ista rex Agrippa cum Festo.

Col. 994 C. *Propterea quod.* Hoc membrum ab utroque manuscripto suppedatum mirari sumus ab Herveto prætermissum, non a Leunclavio, qui uberius dixit. Solet enim illi quod præstantius ac melius est, quasi caligo quædam offundi ab eo, quod est pejus. Cui sententiæ gemina est illa Philonis in libro, quem de hoc argumento conscripsit, περὶ τοῦ τὸ χειρὸν τοῦ χειρὸς ἐπιπέσει, de eo, quod deterius potiori solet insidari.

Col. 1002 A. *Fuit aliquando.* Interp. *Nempe quod sponsa quidem esset nigra, et sequentis periodi initium pariter restitutum est, quam ita perverterat. Deinde cum essent superati qui in ipsa pugnaverunt.* Atqui seipsam dicit fuisse nigram, se vineam non custodivisse, ac proinde fuisse supratam, non vicisse, ut antea locutus est col. 797 B, ἡττηθεῖσα ὑπὸ τῶν πολεμίων τὸν ἀπεκλιῶσα οὐκ ἐρύλαξεν. Ita et Leunclav., quo tempore ab his victa, qui in ipsa depugnabant, vineam suam non custodit. Sub finem paginæ nigrore ignorantie scripsimus, ἀνοίας, non eum Herveto, *amentie*, quasi legisset ἀνοίας, quo pacto mendose in ms. M. scriptum fuit : sed Leunclavii liber ateri ms. Ol. suffragatur, *ignorantium nigredine per aquam abluta* quodque jam præcesserit, ὅτι ἐκαστὴν ἀνοήτατα.

Col. 1005 C. *Ex hac gutta.* Hervetus, *ipsam fluvium, qui per hanc guttam efficitur.* Non conjunxit voces illas διὰ τῆς ψευδέως eum verbo ἀναλογιστάσθαι, sed quasi esset τὸν διὰ τῆς ψευδέως γεννηθέντα, ut

Leunclav. *Quid existimandum sit ipsum Dei fluvium posse, colligi ratiocinandum de hac ipsa gutta potest.*

Col. 1006 D. *Nec facile possit.* Addidimus hic multa præterita ab interprete ex Evangelio citata. Matth. ix, 16, et Marci iv, 21, ad finem usque periodi istius loco scripserat hoc tantum interpres, *fit scissura deterior, adeo ut ex ea aperta sit deformitas. Propterea dicit.* Leunclavius autem eadem adjicit, et ita vertit locum Marci, *supplementum ipsum tollit novum a veteri, et pejor scissura fit.* Sed illud tollit ambiguum est : potest enim conjungi eum voce πλήρωμα quarto casu, quasi homo ipse auferat supplementum vestis, vel ut τὸ πλήρωμα sit in recto, quasi supplementum vel plenitudo tollat, sive detrahat aliquid de veste trita, quæ ad eam implendam et sarciendam erat addita. In sequenti periodo citatur locus ex Proverbiis xxii, 21. Πᾶς γὰρ μέθυσος καὶ πορνολύπος πωροῦσεται, καὶ ἐνδύσεται διεβήθηγμένα καὶ βαυβόθη πᾶς ὑπυβόδης. *Omnis enim ebrius et scortator mendicabit, et induetur dirupis et laceris omnis somnolentus.* In Germanicis Bibliis πορνολύπος vertitur leno, sed apud Hesylium non solum est ὁ ἐταροτρόφος, sive πορνιστοσκόλος, sed etiam ὁ πόρνος, quæ vox in Novo Testamento passim scortatorem et fornicatorem sonat, non gaudium, ut hoc ipso in loco vertit Leunclavius. Sic Ecclesiastici xxii, 22. Ἀθρόωπο πόρνω πᾶς ἄργος ἔδύς. *Vulgata Lat. Homini fornicario omnis panis dulcis.*

Col. 1007 C. *Latum illud.* Non γιτώντα ἀποβλήθῆντα dixit, ut videntur legisse Hervetus et Leunclavius resumpturan se tunicam illam rejectam, sed πηλὸν ἀποβλήθῆντα, ut antea, πηλὸς ἰδύς, et πηλοῦ τῆς ἔδουης mentionem fecerat.

Col. 1010 D. *Quod sit intelligitur.* Expansivus ineptam lectionem, qua duæ istæ periodi copulatae in unam fuerant, qui intelligitur per opera quod forte sit in futuro sæculo : quasi non in hoc quoque sæculo Deus esse intelligatur ex operibus : sed et in duabus sequentibus periodis sensum immutatum restitimus, quem exhibet quoque Leunclavius, hæc sola dictione προπικῶς omissa.

Col. 1011 C. *Quid sit homo.* Ita quidem legitur in M., sed verior lectio Ol. τί κατ' οὐσίαν ὁ οὐρανὸς ἐστὶν ex qua Leunclav., quid eorum natura sua existat, vel sol, vel quid aliud ex rerum mirabilium numero. Nata videtur varietas ex similitudine copulariæ descriptionis ὁ οὐδὸς, et ὁ ἄνος, apud antiquarios ; et in sequenti periodo, quæ perpetua ab hæc fuerat avulsa legit Hervetus non θροεῖται, sed θρωεῖται. Ea de causa cor divinam aspici operationem, *aspicit, inquam* : neque minus vitiose scriptum fuit in M. προσωεῖται πρός τὴν οὐρανόν, sed astipulatur Ol. codici Leunclav. Merito cor ad affectionum divinam considerationem consteruatur, sed ab ejus interpretatione discessimus paulo post, ubi vorterat, *Τὸ καθάρων καὶ εὐλογίων τοῦ νομίου καλλός.* Puritatem et pulchritudinem sponsi expertem rerum crassarum : usus est verbo θροεῖται. Dominus Matth. xxiv, 6, Ὅρατε μὴ θροεῖσθε. Videte, ne turbemini, et Apostolus II. Thessal. ii. Μήτε θροεῖσθε διὰ πνεύματος. Neque terramini per spiritum.

Col. 1016 B. *Πρός τὸν πλοῦτον.* Interpres videtur legisse *πρός τὸν πλοῦτον, ad enarrationis navigationem intenta est.* Et hæc fortasse aptior esset lectio. Mirum tamen est, cum καθαρῶς τῆς λέγος dicatur, cor interpres gubernatoris in locum proreum substituerit, qui proreæ, non puppi, quæ clavum continet, præest. Addidimus etiam omisissam ab eodem interpretationem illorum verborum καὶ πλήρη τὰ ἔσταιον.

Col. 1015 D. *Esse repletos.* Ita mahimus, quam eum Leunclavio, *digitos meos integros non nisi myrrham esse* : nam πλήρωμα τῶν σακτύλων, est, id quod digiti continent, quod illos complet, ut πλήρωμα γίνεται τῆς πόλεως apud Aristotelem Politic. iv, quæ civitatem complectit. Ita psalm. xxiv,

1, Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. *Domini est terra et plenitudo ejus, ubi Didymus in Catena intelligit πάντα τὰ πληρούμενα ταύτην ἔθνη, gentes omnes, que terram complectit; unde et hic dicitur paulo post περιπλωσθαι τοὺς θαλάσσιους τοῦ ἀρώματος τοῦτου.*

Col. 1019 B. *Myrrha pleni.* Emendandum est, *digiti mei myrrham uberem*, et in Græco συμύρην πληρῆν. Est enim error antiquarii, sive illius qui apographum tradendum operis typographicis exscripsit, et obscurioribus litterarum inutilis est deceptus. In hunc tamen sensum recidit Hebræus textus, ex quo Vulgate auctor, et *digiti mei myrrha probatissima.* Nam eadem vox Hebraica συντιμήσεισιν vertitur IV Reg. xii, 4. ἀργύριον συντιμήσεως, argentum estimationis, et xxiii, 16. ἀργύριον δοκιμῶν, argentum probatum.

Col. 1022 B. *Fructus.* Immutavit Pauli verba, non sensum ad Romanos vi, 25. Τὰ γὰρ ὀφύοντα τῆς ἀμαρτίας ὁ θάνατος. *Stipendia enim peccati mors.* ὀφύοντα enim exponit Gregorius Nazianzen. *orat. 9, ad Julianum p. 155, Τὸ βασιλικὸν σιτηρέσιον καὶ τὰς ὑπαρχουσὰς ἐκ νόμων τοῖς ἀξιωματικοῖς δωρεάς. Regiam annonam, et ea munera que iis qui dignitates obtinent, lege constituta sunt.* Et processerit apud Paulum ibidem, ἔχετε τὸν καρπὸν ὕμῶν ὡς ἀγιασμόν, habetis fructum vestrum in sanctificationem.

Ibid. D. *Inter duas.* Legis videtur interpretes τῶν δύο ζῶν, pro τῶν δύο ζῶων, dum ita vertit, qui inter duas vivere cognoscitur: ut perempta priore lubi experti victoriarum tribuat. Non vidit scilicet alludi ad locum illum prophetae Habacue iii, 2, Ἐν μέσῳ δύο ζῶων γνωσθήσῃ. In medio duarum vitarum cognoscetis; atque ita legendum docent Eusebius lib. vi, *Evangel. demonstrat.* cap. 15. Μιᾶς γὰρ οὐσης τῆς κατὰ Θεὸν ζωῆς, καὶ θατέρας τῆς κατὰ ἄνθρωπον, καὶ τῆς μὲν θνητῆς, τῆς δὲ αἰθέρου, ἀμφοτέρων εἰκότως ὁ Κύριος διὰ πείρας ἐλθὼν ἐν μέσῳ δύο ζῶων γνωσθῆναι λέγεται κατὰ τὴν τὴν Ὁ' ἐπιμνησίαν. Cum enim una secundum Deum sit vita et altera secundum hominem, et illa quidem mortalis, hæc vero sempiterna, merito cum utramque expertus esset Dominus, atque eo modo vivisset, in medio duarum vitarum esse cognitus dicitur, ex interpretatione, quam Septuaginta ediderunt. Et Theodoretus in Abacum iii. Ἐμὸς δὲ δοκεῖ μὴ ζῶα, ἀλλὰ ζῶακς εἰρηχεῖναι τὸν Προφήτην τῆν τε παρούσαν καὶ τὴν μέλλουσαν ὧν μέσος ὁ δίκαιος κριτῆς ἀναφαίνεται, *Mihi vero videtur non animalia, sed vitas propheta diavise presentem et futuram, quarum medius iudex justus existit.*

Col. 1025 A. *Interpres addebat, sed semper proficiendo superiora ingreditur, et extra percepta procedat.* Itaque legis videtur ἀλλὰ πάντως διὰ προσκοπῆς. Eligat lector utrum malit: fortasse utroque aptius erit: πάντως omnino. Paulo post καταπονοῦντος malivus verti affligente, quam superante: sic enim scriptum est Exod. ii, 11. Κατανοήσας δὲ τὸν πόνον αὐτῶν ὅρα ἄνθρωπον Αἰγύπτου τυπτοντά τινά Ἐβραῖον. Considerans autem afflictionem illorum videt Ægyptium hominem percipientem Hebræum. Vulgate item ex Hebræo dixit percipientem.

Col. 1028 D. Ὅσον ἐκεῖνός ἐστι. Emendandum ex manuscripto Ol. ἐκεῖνός ἐστι. Leonel. in Basiliensi editione verterat, *Propterea hic etiam anima vocat Sermonem quantum potest, nec potest quantum vult: quippe que plus velit quam possit, imo ne tantum quidem velle potest, quantum velle vult: ideoque tantum vult, quantum toto animi studio velle potest.* Fortasse scripserat, quantum ille vult, quasi legisset, ὅσον ἐκεῖνός προλάττειν, nimirum λόγος Sermo, aut verbum. Nos manuscripti textus sensum expressimus.

Col. 1031 D. *Manum suam.* Non animadvertit interpretes locum esse psalmi cii, 7. Κύριος φυλάξει σε, Κύριος σκεπή σοι, ἐπὶ χειρὰ δεξιάν σου. *Domini custodia te: Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.* Chrysostomus exponit, ἀπὸ

μεταφορᾶς δὲ τῶν ἐν παρατάξει ἐστότων παρὰ τὴν χεῖρά σου στήσεται τὴν δεξιάν. *A metaphora autem eorum qui stant in acie, stabit ad manum tuam dexteram.* Theodoretus jungit hunc cum altero psalmi xv, 8, loco: *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi ne commovear.* Et hoc in loco igitur, inquit, cum prope manum tuam dexteram existentem te protecturum, et custoditurum, et omni auxilio dignaturum. Non ergo suam, sed populi sui dexteram tegit Deus: quamobrem hic scribendum: *qui dum custodit, manum dexteram protegit.*

Col. 1034 D. *notatus verbero.* Atqui non dixit μαστιγίας, que vox verberonem et dignum verberibus hominem sonat, sed στιγματίας, stigmatias, quod stigmatate notatum et compunctum servum sive jure, sive injuria.

Col. 1035 B. *Quem assequi.* φωνεῖ τὸν ἀνέφικτον. Leonclavius, *vocat eum qui vocari non potest.* Atqui locutionem eandem melius ante expresserat col. 1029 A. Ἐπεὶ οὖν ἀνέφικτός ἐστιν τῇ τοῦ καλοῦντος ὁρμη. *Itaque cum is, qui vocat, assequi studio suo vocatum non possit.*

Col. 1037 C. Ἄλλου. Emendandum videtur τοῦ ἀγαθοῦ, quo pacto legisse interpretem verisimile est, item quoque sub finem homiliae ἐν τῷ καιρῷ ταξάν [sic] interpretabatur, *jaculatione dilectionis nequaquam frustranea, pro lethali plaga percussa.*

Col. 1039 A. *Exsecranda perjuria.* Aberravit ab auctoris mente Leonclavius, quod Scripturæ locum non animadvertit ab eo exponi. Sic enim scriptum est Zachariae, v, 5. Αὐτῇ ἡ ἀρὰ καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ κλέπτου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ ὀμνύοντος τῷ ὀνόματί μου ἐπὶ ψεύδει. *Hæc est execratio, et ingreditur in domum furis, et in domum jurantis in nomine meo mendaciter.* Ait falcem volantem esse execrationem vel maledictionem que nleiscitur perjuria. Unde Cyrillus in Commentario. Ἀρὰ γὰρ θεία τοὺς ψευδορκεῖν εἰσθότας καὶ μονοουχὶ δρεπάνῳ τοὺς ὑβριστάς ἀποκείρουσα γόστον ἀποφανεῖ δωματίων, καὶ πυρὶ δώσει τροφήν καὶ εἰς οἶκον ἀνδρός εἰσελθούσα τοιοῦτου συνελέσει τε πάλιν αὐτὸν καὶ καταδόνῃσει γεννιώς. *Maledictio enim divina pejerare solitos plane occupabit, et propemodum falce protervos demetens fennum tectorum reddet, et igni alimentum dabit, et in domum talis viri ingressu ipsum conficiet, et agitati strene.* Theodoretus eodem modo intelligit: Ἀρὰν τὴν τιμωρίαν ἐκάλεσε τὴν κατὰ πάσαν χωροῦσαν τὴν οἰκουμένην καὶ τοὺς τῆ ἀδικίαν ἐργασαμένους ἐπαγομένην. *Maledictionem punitionem appellavit in omnem orbem terrarum pervadentem, que omnibus iniquitatem in se admittentibus infertur.* Sic igitur hic interpretare, *ejicit e vita maledictionem, que infertur ob perjuriam, dum per juramenti prohibitionem otio falcem astringit.*

Ibid. C. *De sententia Michæ.* Memoria lapsus est: non enim apud Michæam, sed apud Zachariam reperitur ista c. ix: Ὅτι εἰ τι ἀγαθὸν αὐτοῦ, καὶ εἰ τι καλὸν παρ' αὐτοῦ. *Quia si quid bonum ejus, et si quid pulchrum ab ipso.* Ita legitur in Germanicis Bibliis παρ' αὐτοῦ, quam lectionem Gregorius confirmat, in aliis tantum est, καλὸν αὐτοῦ. Quasi nimirum idipsum velit, quod apostolus Jacobus i, 17: *Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum esse descendens a Patre luminum.* Cyrillus in Commentario non aliter interpungit, ac sensus Gregorii requirit: Ὅτι εἰ τι ἀγαθὸν, αὐτοῦ, καὶ εἰ τι καλὸν, παρ' αὐτοῦ δῆλον, καὶ ὅτι τοῦ πάντα ἡμῖν τὰ πρὸς εὐσέβειαν διανέμοντος Θεοῦ. *Quasi si quid bonum, ejus est, et si quid honestum, ab ipso est, nempe a Deo omnia nobis ad pietatem largiente.* Theodoretus pariter in textu legens παρ' αὐτοῦ, sic explicat: Αὐτῆς, φησὶ, καὶ οἶνον καὶ σίτον χορηγεῖ· ὁ μὲν οὖν ἀληθὴς Θεὸς τοιαῦτα καὶ ἐργάζεται καὶ χαρίζεται. *Ipse, inquit, vinum et frumentum donat. Deus quidem verus talia et conficit et largitur.* Denique apud

hieronymum in textu ex LXX: *Et si quid bonum, ab eo, frumentum juvenibus.*

Col. 1042 C. *Aliam conversionem.* Aliam verborum istorum versionem ex editione quinta Hexapli Origenis esse depropterea annotavit hoc loco interpres: quod inter reliqua fragmenta veterum interpretum Græcorum a se collecta Flaminius Nobilius non retulit. Paulo post mendam a nobis sublatam est, ubi in ms. τὰ τῷ Θεῷ δοκοῦντα legebatur pro Θεῷ οὐκ οὐκ. Rursus supra 1041 ἀναλωτικῶν τῶν θηρίων veterat interpres *absumendi quasdam bestias*: quasi cum lateret dictionem θηρίων apud medicos et alios auctores peculiariter de bestiis venenatis intelligi, quæ icu morsive relinquunt venenum, unde quod Dioscorides lib. 1, c. 120, de vitice dixit: Καὶ τὰ φύλλα ὑποθυμώμενα καὶ ὑποστρωγύμενα θηρία διώκει. Καὶ καταπλαστώμενα ἐπὶ τῶν θηροῦδῆκτων βοηθεῖ. Plinius, lib. xxiv, c. 9, interpretatus est: *Et illinantur utraque folia adversus aranearum morsus, vel peracētis tantum suffitu aut substratum fugant venenata.* Idem etiam de cervis hoc ipsum tradit quod hic Gregorius, lib. iii, c. 52: *Est cervis cum serpente pugna; vestigant cavernas, nariumque spiritus extrahunt renitentes. Ideo singulare abigendis serpentibus odor austro cervino cornu.* Hinc illud apud Tertullianum *De pallio*, cap. 5: *Tacco ceruum, quod ipse atatis suæ arbiter serpente pastus veneno languescit in juventulem.* Origenes *Homil. 5 in Canticum*: *De cervis dirinxit quod sancti quique accipiuntur, quæ ob hoc in mundum venerunt, ut serpentis venena perimerent.* Itaque inde nomen accepit, auctor Plutarci, lib. *De solertia animalium*: Ἐλάφῳ καὶ τοῦνομα πεποιήται παρώνυμον οὗ τῆς ἐλαφρότητος, ἀλλὰ τῆς ἐλξεως τοῦ ἔρως. *Cervo non a cursus, sed serpentes utrahendi facilitate elaphi nomen apud Græcos est.* Ideo recte hic scripsimus, *absumendi bestias venenatas*: et *Homil. 5 in Canticum* supra, col. 861, c. τὸ ἀναλωτικῶν θηρίων vertendum est, *ut et bestias venenatas absument.* Porro quod LXX dixerunt, ἐν δυνάμει, in virtutibus aut potestatibus. Quinta editio edulit, κατὰ τῶν δορξάδων, quia ἰσὺ ἰσαβί capream sonat, ut *Cantic. ii, 9*, ὄμοιος τῇ δορξάδι, similis caprea, et ἰσὺ ἰσαβί δυνάμει virtutem et exercitum, ut *Genes. xvi, 27*, ὁ ἀρχιστρατήγος τῆς δυνάμεως, est dux exercitus, sive magister militiæ.

Col. 1051 C. *Uno modo.* Interpres scriptum offensus videtur ἐν τροπῇ, non ἐν τῷ ῥότῳ, cum vertit, *Quia vero in mutatione consistit quilibet caro, sed quod addit, in mutatione consistere corpus humanum non indicat.*

Col. 1054. C. *Gaude, gratia.* Leunclavius hic mutationis avidus, more Protestantium, qui rebus novis student, noluit usurpare verba Vulgatæ editionis Latine, *Ave, gratia plena*, sed scripsit, *Gaude, per gratiam dilecta*, ut Erasmus, *gratiosa*, et Beza, *gratis dilecta*. Castellio, *accepta*. Sed cum admittat Beza participium passivum *καταχρησμένη* deductum a verbo *χαρίζω*, quo utitur Paulus *Ephes. i, 6*, negare non potest ut illic *ἐχαρίτωσεν* indicat non Deum nos gratis dilexisse, verum amabiles et dilectione dignos reddidisse, ita quoque sanctissimam Virginem, dum *καταχρησμένη* dicitur, non designari gratis a Deo dilectam solum, aut Dei favore præventam, sed unice charam Deo fuisse ostendi, et gratia ad habitum inhaerentem repletam, atque infusis virtutibus ac donis, quæ in justificatione donari solent. Ita locum exponit Apostolus Joan. Chrysostomus *Homil. i in cap. i ad Ephes.*: Οὗκ εἶπεν ἡ ἐχαρίτωσεν, ἀλλ' ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς, τοῦτ' ἔστιν οὗ μόνον ἀμαρτημάτων ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ καὶ ἐπεράτους ἐποίησε. *Non dixit, quum gratis donavit, sed gravis fecit, hoc est, non solum liberavit a peccatis, sed etiam fecit amabiles*; et addit exemplum, ut si quis hominem morbo confectum et senio, statim formosum fecerit juvenem; et Theodoretus: *Dignus qui amaretur nos effecit mors Domini; per illam enim*

peccatorum depositis maculis divina imaginis characterem recepimus. Denique *Ecclesiastici xviii, 17*, Καὶ ἀμψότερα παρὰ ἀνδρὶ καταχρησμένῳ. *Vulgata vertit, sed utraque cum homine justificato, alii ad verbum, cum homine gratio, quoniam gratia gratum faciens et justificatio se mutuo sequuntur.*

Col. 1055 C. *Guttis aqua.* Ὑδατος legitur in ms. O, non νυκτός, nocturnus, ut repert scriptum interpres, aut ipse sponte corrigendum censuit, fortasse quia supra in ipso textu præcessit col. 999 C. Ἐξάδων νυκτός, guttis noctis. Ita paulo post omiserat idem interpres, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Λόγου, a Verbo divino, vel a Deo Verbo significari existimo. Paulo post perverterat ordinem Leuncl. scribens, *publicanus ille, et alter prædo et persecutor.*

Col. 1058 C. *Alius videns.* Notavimus locum ex lib. *I Regum*, c. ix, 11, ubi propheta dicitur olim esse dictus videns. Ἦδες ἔλεγον ἕκαστος ἐν τῷ πορεύεσθαι ἐπρωτῶν τὸν Θεόν· Δεῦρο, καὶ πορευθῶμεν πρὸς τὸν βλέποντα· *Hæc loquebantur unusquisque, cum iret ad interrogandum Deum: Veni, et camus ad videndum.* Symmachus autem eo loco Græco vertit: Ὅν γὰρ Προφῆτην τότε ἐκάλουν, κατὰ τὸ ἀρχαῖον Ὅρωντα· *Nam prophetam tum temporis antiquo more vocabant videm.* Ergo idem verbum Hebraicum et βλέπων et ὄρων Græce reddidit, sed et ab ipsis LXX eadem notione usurparat *I Paralipom. ix, 25*: Τοῦτους ἠριθμησε, καὶ ἔστρεψε Δαβὶδ καὶ Σαμουὴλ ἐ ὄρων· *Hos numeravit, et constituit David et Samuel videns, utrobique est 787 quod etiam Gen. xlii, 55. σέπτωμα vertitur.*

Col. 1085 A. *Contingit incredulos.* Leuncl., *contingit incredulos*, quasi scriptum esset, τῶν ἀπίστων pro τῶν ἀσπίδων; hæc illi venit in mentem ut ad Isaie textum hæc referret, quem hic annotarat exponi. Sic enim est cap. v, 8: Καὶ παῖδιον μικρὸν ἐπὶ χεῖρην ἐγγόνων ἀσπίδων τῆν χεῖρα ἐπιθήσει, καὶ οὐ μὴ καταποήσονται· *Et puer parvulus in foraminibus, et in cubile solum aspidum manum immittet, et non ledent.* Paulo post idem interpres ediderat: *Atque etiam una cum hoc principe multorum initio sublimitates*: atqui non eum principe initio sublimitates ait cornuere, sed eum Libano condidere, hoc est sublimitates adversus veritatem erectas. Hæc enim pertinent ad finem capitis decimi *Isa. v, 34*, Ὁ δὲ Λιβανὸς σὺν τοῖς ὑψηλοῖς πεσεῖται· *At Libanus cum excelis eadet.* At sublimitatem quæ se erigunt meminist Apostolus *II Cor., x, 5*: Καὶ πᾶν ὑψωμα ἐπαρημύμενον κατὰ τῆς γνώσεως Θεοῦ· *Et omnem altitudinem extolentem se adversus scientiam Dei.* Denique *Ecclesiast. x, 14*, dicitur, Ἀρχὴ ὑπερηφανία ἀμαρτίας· *Initium peccati superbia.*

Ibid. D. Salubriter utuntur. Recte hunc Salomonis versiculum interpretatus est, nihil fortasse de illa *Proverbiorum* sententia cogitans, cap. vi, v. 6, cujus Gregorius voces usurpat: Προεβήτε πρὸς τὴν μέλισσαν, καὶ μέθε ὡς ἐργάτις ἔστιν, ἥς τὸν πόνους βασιλεῖς τε καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑψίαν προσφέρονται· *Vel proficiscere ad apem, et discas quod operatrix est, cujus labores et reges et privati ad sanitatem afferunt.* Sic enim Latine convertunt Basilenses Veteris Testamenti editiones, non animadverso usu verbi προσφέρεσθαι quod idem nomenquam valet, quod cibum sumere, et apud Plutarchum Alexandro, ἐχθρὰς προσφέρεσθαι sonat, *vesci piscibus*, ita quoque πόνους προσφέρεσθαι laboribus apis vesci, vel eos in cibum assumere significat, et apud Nyssenium μέλι, ὁ βασιλεῖς προσφέρονται, *mel, quod reges in cibum assumunt.* Citat eodem modo locum istum S. Ambrosius lib. v *In Hexameron*, c. 21: *Operationem quoque quam venerabilem operatur, cujus labores reges et mediocres ad salutem sumunt*; et paulo post: *Regibus pariter ac mediocribus uquali suavitate dulcescit.* Tractat eandem sententiam noster auctor in sermone *De dicitate Filii et Spiritus*, c; ὑψίαν ἐπιπέδους, quæ licet

absit ab Hæbræo, tamen a Græcis Patribus frequenter usurpatur.

Col. 1086 B. *Quibus cuiuslibet*. Restitui, ni fallor, hunc locum vitiosa interpositione atque interpretatione non mediocriter inobscuratum; sic enim Leuncl.: *Illi videlicet, qui universam hominum naturam per primitias massæ suæ sibi circumdedit, quæ cuiuslibet nationis pars aliqua continebatur*. Atqui massam Gregorius non dicit fuisse Christi, sed nature humanæ, ex qua suam carnem delibavit; neque relativum ἐν ᾧ, fuit ad φύσιν ἀνθρωπίνην, sed ad ἀπαρχήν referendum; siquidem humana natura non aliquam partem Judaicæ vel Græcæ nationis, sed totam nationem Judaicam, et omnes alias continebat: primitias igitur sive carnem Christi dicit aliquam partem fuisse singularium nationum, quia totius massæ, hoc est nature humanæ, pars erat. His germani sunt alij nostri auctoris loci, ut in Catechetico libro, cap. 52: Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἄλλοθεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἡμετέρου φυχάματος ἡ θεοδύτης σὰρξ ἦν. *Quoniam enim non aliunde quam ex nostra massa caro erat, quæ Deum susceperat*; item *Homil. de occursu Damini*: Ἀγιάζει δὲ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ οὐ μόνον τὰ τῶν ἀνθρώπων πρωτότοκα, ἀλλ' ἤδη καὶ πᾶν τὸ ἀνθρώπινον φύλον διὰ τῆς ἐν αὐτῷ ἀπαρχῆς τοῦ ἡμετέρου φυχάματος. *Sanctificat autem Deo et Patri non solum hominum primogenitos, sed etiam omne genus humanum per eas quas in sese misit, nostræ massæ primitias*.

Col. 1087 B. *Ego cognato*. Perperam ordinem inverterat interpres. *Meus es, cognatus meus, et ipsius ego sum*. At hoc primum dicit sponsa se a seorsum pendere. Sic Theodoretus exponit: *Ego ex eo pendo, et illi meipsum dicavi; num ipse me orbi prætulit, sibi que copularit*. Justus Orgelitanus: *Ego regnum Christi, Christus rex meus. Ego corpus ejus, ipse caput meum*. Apud Hæbræos quando possessionis vel dominiū mentio fit, solet dandi casus vim habere genitivi. Eadem ratione col. 1095 correximus quod Leunclavius scripserat, *eaque de causa vita Christus est, quod est Græcæ, ἐμοὶ τὸ ζῆν, eaque de causa mihi vivere Christus est, vel, ut sponsa loquitur, Ego cognato meo*. Quæ de prompta sunt ex Apostolo *Ad Philippenses* 1, 21, et ostendunt ineptam esse Theodori Beza: versionem, qui Calvinum secutus, quem doctissimum appellat interpretem, in hoc loco Pauli existimat sicut in propositione, sic etiam in ratione Christum esse utriusque membri subjectum, quasi intelligatur, κατὰ τὸ ζῆν et κατὰ τὸ ἀποθανεῖν, quamobrem interpretatur.

Mihi enim Christus est et in vita et in morte lucrum. Atqui Gregorius hic ita citat ea verba, ut Christum dicat vitam suam esse sponsa non lucrum.

Ibid. C. Ut sit splendor. Interpres, ut *splendor Dei nostri nobis contingat*. Substituimus in horum locum verba Vulgatæ Lat. et locum Davidis annotavimus. Paulo post erat in ms. lacuna; desunt enim Græca verba, quibus exprimitur illa, quæ virgulis sunt duabus inclusa, *quidquid tandem fuerit sive fuligo*. Rursus addimus illa quæ interpres omiserat *ibid. A, vita sua conspicuum se reddidit*.

Col. 1097 C. *Καὶ ἐμπεριπατεῖν*. Mendose ms. liber repetebat, καὶ ἐνοικεῖν, nos substituimus genuinam lectionem ex Apostolo *II Cor. vi, 16, ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω*. *Habitabo in eis et inambulabo*. *Levit. xxvi, 42*: Καὶ ἐμπεριπατήσω ἐν ὑμῖν, καὶ ἔσομαι ὑμῶν Θεός. *Et ambulabo inter vos, et ero vester Deus*. Illud igitur ἐμπεριπατεῖν est ex *Levitico*; illud autem ἐνοικεῖν ex propheta Ezechiele, inquit Beza: verumtamen Græcæ apud illum legitur tantum c. xxxvii, 27: Καὶ κατασκήνωσός μου ἐν αὐτοῖς, καὶ ἔσομαι αὐτοῖς Θεός, καὶ αὐτοὶ ἔσονται μοι λαός. *Et erit tabernaculum meum in eis, et ero eis Deus, et ipsi erunt mihi populus, nec in tota prophetia Ezechielis reperitur verbum ἐνοικεῖν*. Ad sensum igitur citavit Scripturam Apostolus non ad verbum.

Col. 1106 A. *Quæ bene incedunt*. Ad verbum esset: *Inter quatuor illa, quæ prospere gradiuntur, unum hoc etiam ex iis quæ bene incedunt, esse numeratum, hircum ducentem caprarum gregem*. Locus autem est *Prov. xxx, 51*: Τρία δὲ ἐστίν, ἃ εὐδώς πορεύεται, καὶ τὸ τέταρτον καλῶς διαβαίνει· σκύμνος λέοντος ἰσχυρότερος κτηνῶν, ἢ ἀσπαστέρεται, οὐδὲ καταπήσσει κτηνός, καὶ ἀλέκτωρ ἐμπεριπατῶν θηλείας εὐθύχως, καὶ τράχος ἡγούμενος αἰπόλου, καὶ βασιλεὺς δημηγορῶν ἐν ἔθνει. *Tria sunt quæ prospere gradiuntur, et quartum quod bene incedit; catulus leonis fortior bestiis, qui non avertitur, neque horret bestiam, et gallus magnanimitèr circa gallinas obambulans, et hircus præcedens gregem caprarum, et rex concionans in populo*. Paulo ante col. 1105, post adverbium προσφῶς addendum ἀρμολήσεται, ex ms. quod a librario nimium festinante prætermisum est.

Col. 1111 C. *Ferre uterum*. Alludit ad illud *Isaie xxvi, 18*: Διὰ τὸν φόβον σου ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν, καὶ ὠδινῆσαμεν, καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας. *Propter timorem tuum in utero accepimus, et parturivimus, et peperimus spiritum salutis*.

IN LIBRUM DE IMAGINE DEI

FRONTONIS DUCÆI NOTÆ.

Vindicat hunc libellum Nysseno codex antiquissimus Regiæ Bibliothecæ Medicæ, itemque alter, qui inter manuscriptos ducis Bavaricæ libros servatur, ut ex eorum Catalogo liquet, numero 40, *Nysseni liber De imagine sive creatione hominis*. Ac licet in altera ex duabus homiliis, quæ adjungi solent B. Basilii *Orationibus in Hexæmeron*, sed Nysseni sunt proprie (non enim plures quam novem Basilio tribuit Suidas, de hac questione disserent), hoc tamen non impedit quominus ut verum Nysseni opus agnosceretur illud *De hominis opificio*; sic neque vetabit quidquam quominus hoc tanquam verum ejus γέννημα legamus. Notum enim est sanctos Patres sæpius de eodem argumento tractatus habere, vel libros scribere solitos, atque hunc

ipsum Gregorium de pauperum amore, de professione Christiana, de resurrectione pluribus locis disseruisse. Porro similitudinem illam ab oculo sumptam usurpat etiam Gregorius Nazianz, in *Tetrastichis*.

Τᾶλλα βλέπων ὀφθαλμῶς, αὐτὸν οὐ βλέπει.
Τούτου χάριν σύμβουλον εἰς ἅπαντ' ἔχειν.

Oculus videtur cætera, at se non videt:
Ergo monitorem rebus in cunctis habet.

Cic. *Tusc. 1, ut oculus, sic animus sese non videns, alia cernit*. Philo Jud. περὶ τῶν μετονομαζομένων, non longe ab initio, Ὁ ἐν ἐκάστῳ νοῦς ἀγνωστος ἡμῶν ἐστίν. *Mens que in unoquoque inest, incognita nobis est*.

Col. 1550-D. *Ut Methodio visum est.* Citat hunc eundem Methodium postea in suo symposio, cuius meminit et Hieronymus in catalogo script. his verbis : *Methodius Olympi Lyciae, et postea Tyri episcopus, nitidi compositique sermonis, adversus Porphyrium confecit libros, et symposium decem virginum, de resurrectione opus egregium et multa alia, quae vulgo lectitantur, et ad extremum novissimae persecutionis, sive ut alii affirmant sub Decio et Valeriano in Chalcide Graeciae martyrio coronatus est.* Et lib. 1, Apologiae adversus Rufinum, eundem appellat martyrem clarissimum et eloquentissimum; et in XII cap. Danielis virum disertissimum. Epiphanius haeresi 64 fragmentum ejus proferit ex lib. *De resurrectione contra Origenem, et vocat ἀνδρα λόγιον καὶ σφόδρα περὶ τῆς ἀληθείας ἀγωνισάμενον, virum doctum, et qui pro veritate plurimum decertavit.*

Col. 1551 D. *Cum lapis aliquis.* Praecipue si allidatur lapidi, quem pyritem vocat Augustinus lib. XXI. *De civit. Dei* cap. 5, ex Plinio lib. VII, cap. 2, et lib. LXVI, cap. 19 : *Pyritum genus est lapidum plurimum habens ignis. In exploratoribus castrorum maxime necessarii, qui clavo vel altero lapide scintillas edunt, quae exerceat sulphureatis aut fungis aridis vel foliis dicto celerius ignem praebent.* Usus est eadem comparatione Gregorius Nazianzenus orat. 51. *Λογισμὸν δὲ εἶναι τὸν ταύτην ἐκκαλοῦμενον, ἵνα ἡ φύσις εἰς ἔργον προέλθῃ, καθάπερ λίθος πυρίτης σιδήρῳ χροουθεῖς, καὶ οὕτω σιδήρος γένηται.* *Rationem enim esse, quae eam excitet, ut natura in opus prodeat, quemadmodum silex ferro pulsatus, atque ita ferrum fiat.* *Scilicet corrigendum suspicor οὕτω σπινθήρ γένηται, atque ita scintilla fiat, vel, igniculus fiat, ut in eadem orat. dixit τὸν σπινθήρα τοῦ καλοῦ διὰ τῆς προαιρέσεως ἀνάψας, ac virtutis igniculum per arbitrii libertatem exsuscitans.* Sic Dioscorides lib. V, cap. 145 ait τὴν πυρίτην σπινθήρας ἀφιέναι, *scintillas edere et τὸ ἐκ πυρίτην φῶς non ferrum, sed flamma vel igniculus elicitor.*

Col. 1551 C. *Non obscurum est nostram.* Similem Trinitatis figuram animadversam in anima nostra reperies apud Athanasium in quaestionibus ἐνὶ δὲ ἡ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου μία μὲν, τρισυπόστατος δὲ, τρία πρόσωπα ἔχει ἡ ψυχὴ· καὶ πῶς ἄκουσον. "Ἔστιν ἡ ψυχὴ ἐν πρόσωπον, ἡ δὲ ψυχὴ γεννᾷ τὸν λόγον, καὶ ἰδοῦ ὁ λόγος ἄλλο πρόσωπον· ἡ ψυχὴ ἐκπορεύει καὶ τὴν νοῦν, καὶ ἰδοῦ ἡ νοῦς ἄλλο πρόσωπον." *Est autem anima hominis una quidem, sed tribus subsistentiis constans, tres subsistentias habet anima; et quomodo? aucti. Est anima una subsistentia, anima vero generat rationem, et ecce ratio altera*

subsistentia; anima autem mittit spiritum; et ecce spiritus tertia subsistentia. Ceterum hic vocem ἀγεννήτου reddidi, *ingenti*, quod a Latinis Patribus usurpetur hae notione, ut minime genitum sonet, Hilario 2. *De Trinitate* qui et lib. VI ejus loco utitur voce innascibilis, et Augustino lib. V et XV. *De Trinit.*

Col. 1555 B. *Apostolum hominem.* Quo loco id dixerit Apostolus, non liquet: mihi quidem certe alius nunc non occurrit locus praeter hunc Colossens. I, 15, *Ὁς ἐστὶν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως. Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturae.* Atqui de Christo dicitur hoc, non de homine quovis. Legimus quidem I Cor. XI, 7. *Virum esse εἰκόνα καὶ δόξαν Θεοῦ, Imaginem et gloriam Dei, et Christum Dominum esse εἰκόνα Θεοῦ imaginem Dei, sed τὸν ἀνθρώπον εἶναι κατ' εἰκόνα Θεοῦ τοῦ ἀοράτου non legimus: itaque memoria lapsus hic quoque videtur Nysseus.*

Ibid. Sapientes profani. Hieronymus accedit interpres Gregorii scribens in I Ezechielis: *Plerique juxta Platonem rationale animae, et irascitimum, et concupiscitivum, quod ille λογικὸν et θυμικὸν et ἐπιθυμητικὸν vocat: sic enim emendandum est ad hominem et leonem ac vitulum referunt.* Apud Platonem lib. IX *Politic.* lego τὸ λογικὸν τῆς ψυχῆς, quod Cicero lib. I *De divin.* vertit, *Ea pars animi, quae mentis et rationis sit particeps, et τὸ ἐπιθυμητικὸν, ea pars animi quae voluptate alitur, et τὸ θυμικὸν, tertia pars animi, in qua irarum existit ardor.*

Col. 1559 A. *Neque adventitio.* In ms. legebatur, *οὐ κτιστῶς, ἀλλ' ἐπεισάκτως, corrigimus οὐ κτιστῶς, οὐδ' ἐπεισάκτως.* Est enim ἐπεισάκτων Dionysio, quod ascitium et adventitium est, ut apud Justinum in *Dialogo* pag. 286, ἀπολιπεῖν ἐπεισάκτων, *hereditatem adventitium relinquere.* Et paulo post, tanquam figuris quibusdam, pro ὡσπερ ἴνων, legimus ὡσπερ τῶπων τινῶν χαρακτηρίζεται.


Ibid. B. Neque Pater, neque Filius ante. Addidimus post οὕτε Πατήρ, illud οὐθ' Υἱός, quod sequeretur verbum pluralis numeri προὑπηρχόν, et sensus id exigere videretur.

Col. 1542 B. *Tanquam in speculo.* Emendandum est in Graeco καθὼς ἐν ἐσόπτρῳ, pro καὼς ἐν ἐσόπτρῳ; et rursus, εἰ μὴ φοβερόν ἐστι legendum fortasse, εἰ μὴ φορτικόν ἐστι, vel σφαλερόν ἐστι, *Nisi forte insolens sit, aut, importunum, aut periculosum: vel si manuscripti lectionem retinere malis, Nisi forte reformidandum sit dicere.*

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

S. GREGORIUS, NYSSENUS EPISCOPUS	
Notitia ex bibliotheca Fabricii.	9
Prolegomena editionis Morellianæ.	43
Veterum testimonia	43
Prefatio de S. Gregorio Nysseno, et ejus operibus.	53
IN HEXAEMERON liber vel explicatio apologetica.	62
DE HOMINIS OPIFICIO.	
Caput primum. — In quo de mundo particulatim disseritur, jucundeque ea quæ hominis ortum præcessere, commemorantur.	125
Cap. II. — Quam ob rem creatis rebus cæteris, ultimus omnium homo conditus sit.	151
Cap. III. — Hominis naturam omni creato quod cernimus præstantiorem esse.	154
Cap. IV. — Hominis opificium in omnibus imperatoriam quamdam auctoritatem ostentare.	155
Cap. V. — Hominem divini imperii imaginem exhibere.	158
Cap. VI. — Cognationis quæ menti cum natura est, indagatio; ubi obiter et hæreticorum, qui Anomœi dicuntur, doctrina refutatur.	158
Cap. VII. — Quam ob rem nullis natura sit armis homo, nihil isque tegumentis instructus.	159
Cap. VIII. — Quam ob rem recta sit hominis figura, tum etiam manus sermone causa factas esse; denique et de animorum discrimine disseritur.	145
Cap. IX. — Hominem sic conditum esse, ut instrumenta ad sermonem necessaria habeat.	150
Cap. X. — Mentem per sensus agere.	151
Cap. XI. — Naturam hominis totam consideratione nostra perspicere non posse.	154
Cap. XII. — Qua parte contineri princeps animi facultas (quod ἄγερμονιὸν Græci vocant) putanda sit. Quæ lacrymarum ac risus causæ, explicatur. Theorema denique physicum de materiæ, naturæ, ac mentis inter se mutuo nexu.	155
Cap. XIII. — Somni, oscitationis, insomniorum causæ indicatæ.	163
Cap. XIV. — Mentem certa quadam in corporis parte non existere, declaratur: præterea corporis et animi motuum discrimen expositum.	174
Cap. XV. — Animam proprie et esse eam et dici, quæ ratione utitur; cæteris tantum appellationem cum hæc esse communem.	175
Cap. XVI. — Accurata dicti illius divini consideratio, <i>Faciuntus hominem ad imaginem similitudinemque nostri.</i>	178
Cap. XVII. — Quid respondendum dubitantibus, quomodo animi ortum fuissent si homines illi principes nulla se peccati labe polluerent.	187
Cap. XVIII. — Perturbationes in nobis animi, alienas a ratione, ex hac cum brutorum natura cognatione oriri.	191
Cap. XIX. — Adversus illos qui affirmant eorum honorum, quæ bona altera in vita expectamus, fruitionem non nisi in cibo ac potu fore.	195
Cap. XX. — Quæ fuerit in paradiso vita, quodve sit lignum vetitum.	198
Cap. XXI. — Resurrectionem ex mortuis non tam propter prædictionem Litterarum sacrarum, quam necessariæ rerum ordinem omnino expectandam esse.	202
Cap. XXII. — Refutatio illorum qui objiciunt: Cur non jam olim excitatum ex morte sit hominum genus, quidve post quædam temporum intervalla resuscitatio expectetur, si quidem res bona esse putanda sit.	205
Cap. XXIII. — Qui mundi originem aliquam esse fateantur, eum et finem ejus fore aliquando, non posse non concedere.	210
Cap. XXIV. — Refutatio illorum qui aient materiem et Deum coeterna esse.	211
Cap. XXV. — Quo pacto quis etiam alienus a doctrina Ecclesiæ, possit adduci, ut Litteris sacris resurrectionem ex mortuis fore affirmantibus fidem habeat.	214
Cap. XXVI. — Resurrectionem fore, abhorrens a vero non videri.	225
Cap. XXVII. — Fieri posse, ut sparso in elementa universitatis humano corpore, quod proprium tamen unicuique est ex illa communitate restituatur.	226
Cap. XXVIII. — Adversus eos qui animas ante corpora tradunt existere, vel contra, corpora, priusquam animos, esse condita. Fabulis etiam consentanea de animorum migrationibus doctrina evertitur.	230
Cap. XXIX. — Idem esse cum animo, tum corpori, existenti principium, probatur.	234
Cap. XXX. — Humani corporis structuræ quedam altius ex ipsa medicina breviter repetita contemplatio.	259
IN HÆC VERBA: <i>Faciuntus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.</i>	258
DE VITA MOYSIS, sive de perfectione vitæ ex præscripto virtutis institutæ.	208
TRACTATUS IN PSALMORUM INSCRIPTIONES.	454
EXPOSITIO IN SENTUM PSALMUM.	607
EXPOSITIO IN ECCLESIASTEN SALOMONIS.	615
COMMENTARIUS IN CANTICUM CANTICORUM.	755
DE ORATIONE DOMINICA. Orationes quinque.	1119
DE BEATITUDINIBUS orationes.	1194
IN ILLUD: <i>Quando sibi subjecerit omnia, tunc ipse quoque Filius subjicitur ei qui sibi subjecit omnia.</i>	1505
QUID SIT: <i>Ad imaginem Dei et similitudinem.</i>	1527
VARIORUM NOTÆ.	1546
In Bibrum de hominis opificio.	1546
In VILAM MOÏSIS.	1565
In Ecclesiasten.	1582
In Cantica canticæ.	1590
In opuse. de imagine Dei.	1597



BR
60
P36
t.44

Patrologiae cursus completus ...
Series graeca

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

